BIBLIOT... NALE VITT. EMANUELE
12
32 D
178

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

1

14-18-2-29


12 32 D 8

COMPENDIVM TOTIVS
Philoſophię tam naturalis q̃ moralis, Reuerendi.p.Fratris Hieronymi Sauonarolę de Ferraria ordinis prædicatorum, nunc primum in lucem editum.





Qui cupit alta σοφῶν, abſtruſaq; dogmata noſſe,
Hunc legat, hoc vno codice, doctus erit.



VENETIIS. M. D. XXXIIII.

ET si philosophię studium ab oĩbus mortalibus, qui rõne viget, summo animi desiderio, miraq; cordis voluptate appetatur: quippe q̃ cæteris hominũ studiis, tum perfectione, tum nobilitate præstat: plurimi tamẽ ab eius inquisitiõe, ob librorum in quibus traditur obscuritatem, atq; prolixitatem, nec non innumerarum pene opinionum diuersitatem, retrahũtur. Ne quis igitur, tam nobili, tanq; vtili exercitio, quod humanæ vitæ solatiũ censetur, huiuscemodi occasiõe priuetur, en hocce opus cunctis offertur, in quo cum breuissime, tum clarissime, cuncta fere, quę ad vtrãq; philosophiã spectant, naturalem. s. ac moralem, præcępta traduntur. vnde cõpendium totius philosophiæ inscribitur. Quod quidẽ a doctissimo viro, Hieronymo Sauonarola, familiæ p̃dicatoriæ, primo editum, necnõ ab eodem, ex summorum philosophorum libris extractum, adehinc a viris etiam doctis omnicum diligẽtia castigatum, ac locupletatum, nũc primum pro communi studiosorũ vtilitate, est in lucem traditũ. Et ne quid eius perfectioni deesset, sed omni ex parte cõsummatũ haberetur, excusum est, cum annotatiõibus locorum in margine, vnde sumptæ sunt ipsius libri conclusiones, cũq; postillula, pro ordinandis tum libris, tum librorum conclusionibus ad singulos eorundem. Accipe itaq; cãdide lector munus oblatum, quod tibi, cunctisq; literarum amatoribus, cum ad philosophica capienda, tũ ad sacras literas perdiscendas, moresq; humanos componendos, haud modicam facultatem præstabit. Nam veluti enchiridion quoddã, solatiumq; itineris, quo ad patrios lares tendimus, semper tibi, tum domi, tum foris præsto aderit. Vale.

COMPENDIVM PHILOSOPHIAE FRATRIS HIERONYMI DE FERRARIA ORDINIS PRAEDICATORVM.

INCIPIT LIBER PRIMVS DE ENTE IN COMMVNI, ET DE IIS, QVAE IPSVM SEQVVNTVR.



Mnes hoĩes natura scire desiderant. poemio
1 Omnes.n.homines, sicut & aliæ res meta.
suam perfectionem desiderant, & naturaliter ad propriam operationem inclinantur, cupiuntq; maxime coniungi suo principio. perfectio autem intellectus est scientia, & intelligere ac scire est operatio hominibus propria, per quam ẽt maximẽ suo principio coniunguntur. inest igitur homini naturale desiderium sciendi. huius etiam signum est sensuum dilectio. Non.n. diligimus sensus propter hoc solum, quia sunt nobis vtiles, & necessarii, sed etiam propter ipsum cognoscere vnde magis diligimus sensum visus, eo quod p ipsum res melius cognoscimus & plures eoꝝ differentias nobis demõstrat, q̃ cæteri sensus.

2 *Homo arte, & rationibus viuit cætera vero animalia imaginationibus & memoriis.* vbi su.

Sunt.n.quædam animalia, quæ tantum habent sensum tactus, & phantasiam.i.imaginationem quandam confusam, non autem memoriam, & hęc solum sensu & imaginatione confusa viuunt, quędam autem habent memoriam, quæ etiam participant aliquid prudẽtiæ ex

quodam naturali instinctu, & hęc si non habent auditũ, non sunt disciplinabilia, si autem habent, sunt disciplinabilia, non tamen habent experimentum, quod est ex collatione plurium singularium in memoria retentorum. Bruta autem non possunt talem collationem facere, vnde hæc animalia viuũt imaginatiõibus & memoriis. Homo aũt potest facere talem collationẽ. rõ.n. hominis inferior est collatiua singulariũ & intentionũ indiuidualiũ, vnde ex multis memoriis vnius rei colligit experimentũ. Ex multis aũt experimẽtis fit vniuersalis quædam accæptio de omnibus similibus, & sic fit ars, vnde homo viuit arte & rõnibus. per artem.n. & rationem conuersatur homo in vita præsenti.

vbi su. *Homines experti plus proficiunt in operando, q̃ scientes & artem habentes sine experimento.* 3

Actiones.n. sunt singulariũ per se: vniuersalium aũt per accidens. non.n. per se homo sanat, vel sanatur, sed sortes. homo vero & aĩal per ipsum sortem, cum igitur scientia & ars sint vniuersaliũ, experiẽtia aũt singulariũ, patet ꝙ experti plus proficiunt in operãdo q̃ sciẽtes.

vbi su. *Scientes & artem habentes sapientiores sunt expertis.* 4

Quia scientes causam cognoscunt, non autem experti, item quia scientes docere possunt, non aũt experti, signum autem scientis est posse docere, item quia experti per sensum magis cognoscunt, q̃ per intellectum, scientes autem per intellectum: sensum autem non dicimus sapientem, sed intellectum. ergo. &c.

vbi su. *Scientiæ speculatiuę sunt nobiliores actiuis, & magis dignę nomine sapientiæ.* 5

Speculatiuæ.n. multum homines nobilitant, & faciũt eos admiratione dignos, non quidẽ propter aliquã vtilitatẽ, sed propter hoc, qa melius sciũt dicere causas rerũ, & subtilius inquirere omnia, hæc aũt non faciũt actiuæ

4

vnde hoies acquisitis necessariis vacant studiis hmōi,& talibus hominibus dantur ex publico stipendia.

6 *Sapientia est circa primas causas & prima principia rerum.* vbi su.

Sapientes.n.cōiter ab hominibus appellantur ij,qui possunt omnia scire,vt conueniens est,& maxime difficilia,& qui habent de rebus certitudinē, & sciunt dicere causas rerum,& maxime primas,& qui habent scientiā, quę est propter se.i.propter scire,& nulli famulatur,sed magis ei alię famulantur,& qui sciunt bene omnia ordinare & disponere,& bene omnibus persuadere,hæc autem oīa manifeste cōpetunt consyderāti causas primas, & prima principia rerū,sapientia ergo est circa talia.

7 *Sapientia est scientia speculatiua.* vbi su.

Hanc.n.quærunt hoīes propter scire, vt ignorantiā fugiant,propter ignorantiā.n.admiratio hominibus accidit,& propter admirari cœperunt hoīes philosophari. qui.n.admiratur,ignorare videtur,vt ergo ignorātiā fugiat,quærit causam rei,de qua admirationē habet,vnde non quærit causam propter aliquam aliam necessitatē, sed solū propter scire,cuius signū est,quia hoīes omnibus acquisitis,q̄ sunt vitæ necessaria,hanc scientiam q̄sierunt.sapientia igitur est inuenta solum propter scire, est ergo speculatiua,cuius finis est cognitio veritatis.

8 *Sapientia est libera.* vbi su.

Quia est solum gratia sui,& gratia cognoscendæ veritatis,& ad nullam aliam scientiam ordinatur,sed magis omnes ad ipsam, quia consyderat vltimum finem, qui est causa causarum omnium.

9 *Sapientia non est proprie humana possessio.* vbi su.

Natura enim humana multipliciter est serua,& impedita propter multas huius vitæ necessitates, est tamen quærenda, quia multum homo proficit quantumlibet

parum de ipsa capiat.

vbi su. *Sapientia est honorabilissima.* 10

Est.n.maxime diuina, & quia est maxime de deo, & quia eam deus maxime habet.

vbi su. *Oẽs aliȩ scientiȩ sunt magis necessariȩ q̃ ista sapiẽtia.* 11

Magis.n.prosunt ad necessitatem vitæ & minus propter se quæruntur, hæc vero nulla dignior est, quę magis perficiat & beatificet hominem, cum sit maxime de prima causa.

2. meta. t.c.3. *Sapientia est scientia veritatis.* 12

Versatur.n.circa primã veritatẽ, quia versatur circa prima entia & primas causas, quæ maxime veritatẽ habent, immo circa ipsam veritatẽ, in vno quoq;.n.genere est vnũ primũ, quod est maxime tale, & causa aliorũ, q̃ sint talia, in genere ergo entium, & verorũ est vnũ primum ens, & vna prima veritas, quod vel quæ est causa essendi & veritatis omniũ rerũ. vnumquodq;.n.sicut se habet ad esse, ita & ad veritatẽ, & circa hoc primũ ens sapientia versatur, & circa primam veritatem istam.

vbi su. t.c.1. *Cognitio veritatis partim facilis est, partim difficilis.* 13

Facilis quidem est, quia nullus ita est expers veritatis, quin aliquid cognoscat, & licet vnus solus parum apponat ad veritatẽ, tamẽ facile est, vt multi faciant magnam veritatis aggregationem, & maxime quia nullus est, qui erret circa prima principia, iuxta prouerbium, in foribus quis delinquet? difficilis autem est, quia difficile est cognoscere composita resoluendo vsque ad vltimas causas, & componentia vsque ad compositionem perfectam. impeditur enim homo quandoq; ex imperfectione rerum, quæ adeo parum habent de veritate & entitate, vt vix quid sint, apprehendi possit, quandoq; vero ex imperfectiõe intellectus nostri, qui se ad immaterialia & manifestissima naturæ habet, sicut nocticoracis oculus ad lucem solis.

14 *Consueta libentius audiuntur & discuntur.* vbi su. t.c.14.

Consuetudo.n.est altera natura.inclinat.n.ad vnum per modum naturæ,naturalia autem facilius recipiuntur. Consuetudo.n.magnam vim habet.vnde propter diuersas cõsuetudines diuersi diuersimode disciplinas accæptant.quidam.n.vt mathematici, volunt in oĩbus demonstrationes,alii exempla sensibilia,alii authoritates poetarũ vel sapientum,alii volunt,quod subtiliter & cũ magna certitudine res inquirantur,quia sic sunt consueti audire & discere,quidam autem econuerso tristantur,si quid cum diligenti discussione inquiratur.

15 *Absurdum est quod homo simul quærat scientiam & modum sciendi, qui conuenit ei.* T.c.15. s.t.ibi.

Oportet.n.primo quęrere modum,qui scientiæ conuenit.nõ.n.est facile, quod homo simul duo capiat,nã sæpe dũ simul duo capere quærit,neutrũ capit,oportet igitur prius discere logicã,q̃ aliis scientiis comparata est modus sciendi in omnibus,licet in se sit scientia.

16 *Modus sciendi optimus qui est per diligentẽ & certã inquisitionem non est in omnibus scientiis quęrendus.* T.c.16.

Quædam.n.sunt,in quibus non est omnimoda certitudo propter materiam,vt in naturalibus,in quibusdam autem est,sed non est nobis nota,vt in immaterialibus,in mathematicis autem est certitudo nobis proportionata,vnde in illis est hic modus quærendus.

17 *In omni doctrina a notioribus nobis est incipiendum.* 1.phy.t. c.1.

Sic.n.facilior est disciplina,quia faciliter magis nota ducunt in cognitionem eorum quæ sunt nobis ignota, vel minus nota,quæ tñ sunt secundũ naturã notiora.

18 *Magis indistincta & confusa sunt nobis magis nota.* vbi su.t. c.2.

Intellectus.n.nr̃ pcedit de potẽtia ad actũ.pus.n.cognoscit vnũquodq; in potẽtia & postea in actu,& iõ pcedit cognoscẽdo de potẽtia pura ad cognitionẽ indistin-

ẽtiá rerũ,& cõfusam vsq; ad pfectá & distinctá cognitio/
nẽ.ꝑus ergo cognoscit indistincta & cõfusa q̃ distincta.

vbi su. *Communiora sunt magis indistincta.* 19

t.c.4. Semper.n.cõiora continent minus communia indi/
stincte, sicut genus indistincte & confuse continet oẽs
suas species,& spẽs indiuidua. Sed minus cõia distincte
continent magis communia, vt species genera.

Sá.tho. *Ens est illud, qđ cõcipitur ab intellectu tãq̃ notissimũ.* 20

de en. Est.n.omnium cõmunissimũ cum de omnibus præ/
proœ. dicetur,& omnia addant supra ipsum, vnde oportet qđ
sit indistinctissimum & per cõsequens nobis notissimũ,
iccirco ab ipso incipiendum est.

4.met.t. *Est aliqua scientia quæ speculatur ens inquantũ ens,* 21
c.1. *& ea quæ insunt ei per se.*

Hæc.n.non debẽt omnino ignota remanere, cum ex
eorum cognitione aliorum cognitio depẽdeat, oportet
ergo quod aliqua sciẽtia consyderet ens tanq̃ subiectũ,
& ea, quæ ei insunt per se. scientia.n.consyderat subiectũ
suum & proprietates eius.

vbi su. *Huiusmodi scientiam oportet esse vniuersalem.* 22

Non.n.scientiæ particulares cõsyderant de ente vni/
uersali, sed partes entis.i.entia particularia, ens ergo in/
quantum ens non potest consyderari nisi a sciẽtia vni/
uersali, quæ est metaphysica.

vbi su. *Hæc scientia consyderat primas causas & prima prin/* 23
cipia rerum.

Omnis.n.scientia consyderat causas & principia sub/
iecti sui, ista igitur scientia quærit causas entis inquantũ
ens & eius principia: hæc aũt non possunt esse nisi primę
causæ vniuersales omnium rerũ,& prima principia: pri/
mas igitur causas & prima principia consyderat.

vbi su.t. *Ad consyderationẽ huius scientię pertinent oĩa entia.* 24
c.2. De omnibus.n.prædicatur ens: vnde oĩa continent

ſub ente,& quãuis ens non prædicetur vniuoce,tamen prædicat̃ analogice,& hoc ſufficit ad hoc, quod omnia entia ad vnã ſcientiã pertineant.ſcientia.n.vna eſt vnius ſubiecti.ſufficit aũt q̃ð ſit vnũ analogia. p̃ncipale.n.ens eſt ſubſtantia.Alia vero in tm̃ dicuntur entia,inquantũ ad ſubſtantiam referunt̃,& de omnibus conſyderat hęc ſcientia,inquantum ſunt entia vel ſubſtantiæ.

25 *Prima principia complexa pertinent ad conſyderationem huius ſcientiæ.* vbi ſu.t. c.1.

Prima principia cõplexa ſunt,quæ omnibus entibus poſſunt conuenire vt eſt illud, non contingit idẽ ſimul eſſe & nõ eſſe & illud,vnũquodq; cõtingit vel affirmare vel negare,hæc igit̃ cum omnibus entibus cõueniãt,nõ pertinent niſi ad eum,qui cõſyderat ens inquãtũ ens.

26 *Hęc ſcientia principaliter de ſubſtantia determinat.* vbi ſu.t. c.2.

Cũ.n.ens de omnibus p̃dicet̃ analogice & omnia dicantur entia inquantũ ſunt ſubſtantiæ vel referunt̃ ad ſubſtantiã,oportet quod ſubſtantia inter entia ſit principale ens.de principali aũt,a quo alia dependẽt,eſt principaliter determinandũ,de aliis autem conſequenter.

27 *Hęc ſcientia eſt prima inter omnes alias & dignitate & natura.* 6.met.t. c.2.

Quia non ſolũ conſyderat de omni ente,ſed ẽt principaliter de ſubſtãtia,& principaliſſime de ſubſtãtia principaliſſima,quæ eſt deus: & ſubſtantiæ ſeparatę: q̃ ſunt priores aliis & dignitate & natura.

28 *Illa pars huius ſcientię,quæ eſt de ſubſtantia ſenſibili, prior eſt ea,quæ eſt de inſenſibili ordine doctrinæ.* 4.met.t. c.4.

Subſtantia.n.ſenſibilis eſt nobis notior,q̃ inſenſibilis,qa p̱pinquior eſt ſenſui,a quo incipimus diſcẽtes, a notioribus ãt nobis ſemp eſt incipiẽdũ,vt dictũ ẽ ſupra.

29 *Omnes partes huius ſcientię continuantur ad vnum.* vbi ſu.

Habent.n.pro genere ens,& vnũ,in quibus vniunt̃,

ficut ēt mathematica h₃ diuerfas ptes, vnā principalē, vt arithmeticā, & aliā fecūdariā, vt geometriā, & aliē fe hñt cōfequēter ad iftas, vt profpectiua, mufica, & aftrologia, ideo primo de ente cōi tractemus, & de ijs, quæ ipm cōfequunť, deinde tractabimus de fubftātia fenfibili, vltīo aūt de fubftantia infenfibili, & maxime de deo gloriofo, qui eft in fecula benedictus. amen.

6.met.t. *De ente per accidens non eft fcientia.* 30

c.4.6. Ens per accidens, dico qñ duo ita cōiunguntť, qȏ vnū alteri accidit, vt muficū effe albū & hoīem effe muficum, qa ergo hæc in infinitū pñt variari, cū vni īfinita poffint accidere & īfinitū inquā tū huiufmodi fit ignotū, fequiť qȏ de hoc ente nō eft fciētia, fed de ijs, quæ funt femp aut frequenter: extra quæ eft ens per accidens.

3.met.t. *Ens per fe non eft genus.* 31

10. Nullū.n.genus ꝓprie de fuis differētijs prædicať. ens aūt de omni re prædicať: non igitur eft genus.

S. tho. *Enti non poteft addi aliqua natura extranea.* 32

De ue. Naturam extrnaeā ab aliquo dicimus, quæ aliquid fu

q.1.ar.1 peraddit ei per modū differentiæ vel accidentis. Ens aūt nō habet differentias, vt iam dictū eft, & de oībus effentialiter pdicatur. omnia.n.funt effentialiter entia. nihil ergo extraneum fibi poteft addi.

Vbi fu. *Id quod additur enti, eft modus effendi, quem non exprimit ens.* 33

Nā ens oīa fignificat indiftīcte. fignificat.n.cōfufe qȏ libet ens.i.oē qȏ eft quocūq; mō. Cu₃ igiť ad pticularia entia venimus, vt ad fubftantiā & quātitatē, & cætera p̄dicamēta, iam nō addimus enti aliqd reale extraneū ab eo per modū differētiæ vel accidētis vt dictū eft. fed exprimimus modos ipfius entis & modos effendi rerū qui nō exprimunť noīe entis vt patet vñ modi ifti non faciunt aliqd differre ab ente fecundū rem, nec ipfi quoq;

differunt ab ente secundũ rem, sed ratione tantum.

34 *Aliqui sunt modi generales entis, & aliqui speciales.* Vbi su.

Gñales sunt q sequunť ens inq̃tũ ens, in sua.s. cõitate: vt sunt res, vnũ aliqd, verũ, bonũ. Ens.n. exprimit affirmatiue esse rei in se, qa ens sumiť ab actu essendi. res vero exprimit essentiã: vel quiditatẽ entis. vnũ vero negatiue exprimit modũ essendi entis generale; qui est in diuisio. vnũ.n. est ens indiuisum. Aliqd vero exprimit modũ generalẽ in ordine ad alterũ ẜm diuisione; .dr.n. aliquid quasi aliud quid. verũ aũt exprimit modũ generalem entis scđm quandã cõuenientiã, quã habet oẽ ens ad intellectũ. Bonũ vero ẜm cõuenientiã, quã habet ens ad appetitũ. Modi aũt speciales non sequunť ens in sua generalitate, sed trahunt ipsu; ad speciale, vt sunt dece; prædicamẽta, quæ nihil aliud sunt, q̃ decem modi essendi ipsius entis. vt esse p se, esse quãtũ, esse quale, eẽ ad aliqd, agere, pati: esse in tpe, esse in loco, esse situatũ, & habere. de quibus oĩbus in sequẽtibus est tractandũ.

35 *Res conuertitur cum ente.* Vbi su.

Quicquid.n. est res est ens, & ecõuerso. nam res exprimit ens ex parte quidditatis & essentiæ. omne aute; ens essentiam habet, quod.n. nullam habet essentiam, nihil est. Res igitur & ens conuertuntur.

36 *Aliquid conuertitur cum ente.*

Omne.n. qđ est diuidiť ab eo, qđ nõ est ipsum. oportet igitur ꝙ sit aliquid, qa op; ꝙ sit aliud quid ab eo qđ nõ est ipsum, oẽ igiť ens est aliquid & ecõuerso. Vbi su.

37 *Aliquid est posterius re.* Vbi su.

Posterius d co ẜ n rõnẽ, q: prius est intelligere quod aliqd sit, & q ditatẽ hẽat qđ ĩportat res quã qđ s.t aliud q.d ab al{o}.qđ ĩportat aliqd: absolutũ.n.ẽ pus relatiuo. 4.met.t. c.3.s.t.1

38 *Vnum conuertitur cum ente.* q.11.ar.

Omne enim ens aut est simplex & sic est indiuisum 1.

actu & potentia: aut est cōpositū. Compositū aūt non est ens actu, quādiu partes eius sunt diuisæ, ergo esse eius consistit in indiuisiōe. esse ergo cuiuslibet entis in indiuisione consistit, vnum aūt dicit ens indiuisum, igit quicquid est ens est vnum & econuerso, & inde est qđ vnū quodq; sicut custodit suū esse, ita custodit suā vnitatem.

vbi su. *Vnum non addit aliquid reale supra ens.* 39

Nam cum vnū & ens conuertantur, si vnū aliqd adderet reale supra ens, ita quod esset vnū per illud reale, quærendum est, qūo illud reale sit vnum, & si est vnum per aliud reale superadditum, quærendū est de illo qūo est vnū, aut ergo oportet in infinitum ire, aut in hoc stare, quod omne ens est vnum per suam essentiam & non addat vnum supra ens nisi rationem indiuisionis.

5. met. t. *Vnum multipliciter dicitur.* 40

c. 7. 8. 9. Vno modo aliqua dicuntur vnū per se, vt continua,
10 11. & habentia vnam formam, vt partes vini, & ea, quę sunt vnum genere, vel spē, vel diffinitiōe, vel quorum intellectus est indiuisibilis vt simplicia puta vnitas, & vt proprium & subiectū, alio mō secūdū accidens, vt accidēs & subiectum dicūtur vnum & accidēs cum alio accidente propter subiectū: & quū cōpositū dicit de subiectō. &c.

10. met. *Vnum & multa diuersimode opponuntur.* 41

1. c. 9. 21 Cum. n. vnum dicat multipliciter, & multa oportet
5. t. pria multipliciter dici, quia quot modis dicit vnum opposi-
4. 11. 2. torū, tot modis dicitur & reliquū, oportet igitur quod diuersimode opponant: maxime aūt duobus modis opponūtur. Vno modo per modū priuationis, secundum quod accipitur vnum, quod cōuertitur cum ente, prout dicit in diuisionē. sic. n. opponit multitudini, sicut indiuisum diuiso, alio mō sicut mēsura mensurato, secundum quod vnū accipitur, prout est principium numeri, opponitur. n. sic numero, sicut mensura mēsurato. multum etiam opponitur aliquando pauco secundū quod

multum importat quendam excessum.

42 *Priuatio entis quam dicit vnum funditur in ente.* s.t. pria

Priuatio.n.est in subiecto apto nato, hoc aūt non pōt effe nisi ens, quia nihil subterfugit rōnem entis, quod quidem accidit enti rōne suæ cōmunitatis, vnde etiam cum vnum de omnibus prædicetur, oportet quod multitudo sit quoddam vnum. vbi su. pmum.

43 *Diuisio est in apprehensione nostra prius q̄ vnum.* s.t. pria

Oportet.n prius intelligere ens, deinde q̄ō hoc ens nō est illud: & hæc est rō diuisiōis. ex hoc postea intelligimus vnū.i.qō est in se indiuisum & ab alio diuisum. vbi su. tertiū. itē sup.

44 *Vnum est prius multitudine.* 10. met. le. 4. co. 3.

Nihil.n. intelligimus habere rōnem multorum, nisi per hoc, quod intelligimus vnum nō esse alterū, & per hoc postea diuersam vnicuiq; attribuimus vnitatē, & sic intelligimus postea illa esse multa, quasi plura quorum vnumquodq; habet vnitatem, vnde vnum ponitur in diffinitione multitudinis. vbi su.

45 *Aliquid est prius vno.* vbi su.

Quia prius intelligimus hoc esse hoc, & hoc eē aliud quid ab hoc, quod est esse diuisum ab hoc, diuisio autē est prior vno, vt dictum est, vnde aliquid est prius vno.

46 *Verum conuertitur cum ente.* 2.met.t. c.4.

Cum.n.veritas sit adæquatio rei ad intellectū, vnūquodq; dicitur verum secundum quod adæquatur, vel adæquari potest intellectui, omne aūt ens intellectui diuino adæquatur: & potest adæquari intellectui humano secundū quod ab intellectu humano pōt vnumquodq; intelligi sicut est, vnumquodq;.n. sicut est ita cognoscitur, verum igitur & ens conuertuntur. s.t.pria. 16,3.

47 *Ens potest intelligi, absq; ratione veri.* s.t.pria.

Ens.n.est primum intellectū, vt dictum est, potest ergo rō entis absolui a ratiōe veri, ita vt intelligatur entis vbi su. tertiū.

ratio non intellecta ratione veri, nunq; tamē potest intelligi ens nisi assequatur ratio veri, quia intellectio est per adæquationem intellectus ad rem, vel rei ad intellectum, adæquatio autem hæc est ratio veri.

s.t.ʒ ve. *Verum est posterius vno.* 48

q.1.1. Prius.n.est intelligere rem secundum se, q; per comparationem ad alterum ens autem dicitur vnum secundum se dicitur aūt verum per comparationem ad intellectum. igitur vnum est prius vero.

s.t. pria *Falsum vnumquodq; dicitur per comparationem ad* 49
17. per *intellectum.*
totum.
6.met.t. Falsum.n.& verū sunt cōtraria, q̄ habēt fieri circa idē
c. 8. subiectū, vnde falsa res est, qn̄ non adęquaṫ intellectui, aut qn̄ ē apta nata facere falsam opinionē, vt auricalcū, & qn̄ applicatur ei, cū quo nō cōuenit, vt cū'diciṫ hoiem esse asinum, vnde intellectus dicitur falsus, qn̄ intelligit esse sicut nō est, vel nō esse sicut est, & homo dicitur falsus, quādo sequitur falsam opinionē & ēam diligit.

s.t. pria *Bonum conuertitur cum ente.* 50

5.3. Nā bonū vnumquodq; ēst, scd̄m quod est appetibile vnumquodq; aūt in tm̄ est appetibile inquātū habet aliquam perfectionē, in tm̄ aūt est perfectum, inquātū est in actu: Actus aūt omnis rei est esse. ergo vnumquodq; in tantum est bonum inquantum habet esse, ergo omne ens est bonum, & oē bonum est ens.

2.phy.t. *Bonum habet rationem causæ finalis.* 51
c.31. Omne enim agens agit propter finem, hoc autē non
s.t. pria est nisi bonum. ergo bonum est finis agentis.

5.4. *Bonum est sui ipsius diffusiuum.* 52
s.t.p̄ma Bonum enim est illud, quod est appetibile, ideo bo-
vbi su. num trahit appetitum, non autem trahit eum nisi vt
secūdū. communicet ei bonitatem suam & perfectionem. hoc ergo mō dicitur seipsum diffundere vnūquodq; bonū.

53 *Bonũ eſt prius ente in cauſando, ſed poſterius abſolute.* s.t. pri a vbi ſu. 2

Nam cũ ſint quatuor cauſę, materia eſt propter formã, & ideo ſimplr forma eſt prior in intentione, forma autem ab agente introducitur, vnde agẽs eſt prius forma. Agens autem mouetur a fine, qui eſt ipſum bonum prima ergo cauſa entis eſt bonum igitur eſt prius ente in cauſando nõ autem ſimpliciter, quia prius eſt, quod primo cadit in intellectu, hoc autẽ eſt ens, vt dictũ eſt.

54 *Bonum eſt poſterius vero.* s.t. pria 16.4.

Verum.n.eſt propinquius enti, quia reſpicit eſſe tantum quod eſt intelligibile. Bonum vero non ſolum reſpicit eſſe ſed etiam perfectiones ſuperadditas, quia ſic eſt appetibile, præterea bonum reſpicit appetitum & verum intellectum. Intellectus autem eſt prior appetitu. non.n.appetitur quod prius non cognoſcitur, igitur.

55 *Ratio boni conſiſtit in modo, ſpecie & ordine.* s.t. pria 5.5.

Vnumquodq;.n.bonum eſt inquantum eſt perfectũ. Ad perfectionem autem cuiuſq; rei concurrit forma cũ præcedentibus & ſequentibus ad ipſam, præcedentia ſunt principia efficientia vel materialia vel formalia. Et ſecundum hoc res dicitur habere modum vel menſurã per commenſurationem principiorum eius, forma autem dicitur ſpecies vel numerus, quia formæ ſeu differentiæ ſunt ſicut numeri. Conſequitur vero inclinatio ad finem, quę dicitur ordo ſiue pondus. ratio igitur boni in his tribus conſiſtit.

56 *Malum ſignificat abſentiam boni priuatiue.* s.t. pria 48.1.

Nam negatiue abſentia boni non facit malum aliter omnia creata eſſent mala, cum ab eis negetur multa bona, quæ ſunt in deo. priuatiue igitur ſignificat illam.

57 *Malum eſt in bono.* vbi ſu. ar. 3.

Nam cum ſit priuatio eſt in ſubiecto apto nato. hoc autem ſubiectum cum ſit ens, oportet, quod ſit bonum eſt igitur in bono.

vbi su. *Malum summum non datur.* 58
ar.4. Quia malum summum excludit omne bonum.igit
etiam subiectum.nullum ergo habet fundamentũ,ergo
omnino nihil est malum summum.

s.t. pria *Substantia est ens per se existens.* 59
3. 5. ad Substantia.n.non est in altero tanq̃ in subiecto,sed
primũ. ipsa est aliorum subiectum,vnde dicitur a substando,q̃a
pdi.c.de omnibus accidentibus substat.Et secundũ hoc prius cõ-
sba. uenit singularibus esse substãtiã q̃ generibus & specie-
bus.dicitur etiam substantia a subsistendo,& per se stan
do qa est ens per se.i.cui per se cõuenit esse,non in alio:
& sic primo vniuersali substãtię conuenit.est.n.hoc de
ratione substantiæ inquantũ substãtia est.dicitur etiam
substantia aliqñ essentia ab essendo,vñ quodquid est dr̃
substãtia reꝝ:& similiter forma q̃ dat esse dr̃ substãtia.

4.met.t. *Accidens est ens in subiecto.* 60
c.2. Non.n.est ens per se,sed est ens quia est entis.i.sub-
7.met.t. stantiæ. verũ aliqñ accidens proprie dicitur, vt qñ dici-
c.2. tur de forma realiter inhęrẽte subiecto,vt de albedine:
aliquando aũt non ita proprie.vt cũ dicitur de aliquo,
quod tantũ secũdũ rationẽ inhæreat,vt dextrũ,vel sini
strum in columna:& adhuc minus proprie,cum dicitur
de subst ãtia quod accidat alteri,vtputa quod vestis acci
dat sorti.habet.n.nomẽ accidẽtis,licet non sit accidẽs:
dicitur etiam accidens ens per accidens, de quo locuti
sumus supra in.xxx.conclusione.

5.met.t. *Quantitas est accidens cui primo inest diuisio in par-* 61
c.18. *tes componentes.*
Intellige autẽ de diuisiõe materiali.oẽ.n.quod sic di
uiditur,vel est quantũ discretũ,vt numerus, vel conti-
nuũ,vt linea,per se igitur quãtũ est quod per se diuidi-
tur.per accidens vero,quod per alterũ diuiditur,vt albe
do,motus,& tp̃s.multum aũt & paucum,longum,& bre
ue,latũ & strictum,profundũ & altum, graue & leue,&
similia

similia non sunt quantitates. sed passiones eius.

62 *Qualitas est ens: secundum quod vnumquodq; denominatur quale.* 5.met.t. c.19.p/ di.ca.5.

Hoc autem primo modo est vniuscuiusq; differetia substantialis, secundum quã res dicitur qualis. cum.n. q̃ritur qualis est homo, couenienter r͞ndemus, rationalis, vel bipes. verũ hæc qualitas in substãtiis. i. differẽtia substantialis substantiarũ non est proprie secundũ rem qualitas, sed habet solum modum qualitatis, habitus autem, seu dispositiões substantiarum, siue in anima, siue in corpore, siue in materia siue in forma, potétię quoque naturales ad agendum vel ad patiendum, & similiter passiones substantiæ, & ea, q̃ sentiri possunt & percipi aliquo sensũ exteriori. i. visu, auditu, olfatu, gustu, tactu, quæ dicuntur passibiles qualitates, & similiter figuræ rerum & formę sunt propriæ qualitates. secundum istas. n. vnumquodq; dicitur quale.

63 *Ad aliquid est ens, cuius essentia est ad alterum.* 5.met.t. c.20.p/ di.ca.4.

Vt duplum, dimidium, pater, & filius, dominus & seruus &c. verum hoc ens non videtur aliquid reale ponere secundum ordinem quem dicit, sed solum fundamentum illius ordinis quod quidem non est nisi accidens. substantia. n. est per se, non autem ad alterum. ordinatur autem vna substãtia ad alteram per quantitatem vel principium quantitatis, vel per aliquid, quod habet modum quantitatis, vt duplum, & dimidiũ, quæ in quantitate fundantur, similitudo autem fundatur in vnitate qualitatis, ordo quoq; loci ad locatum fundatur in eo, quod habet modum quantitatis. i. secundũ ꝙ habent rationẽ mensuræ & mensurati. Similiter vna substãtia ad alteram ordinatur per actionem & passionem, vt pater ad filium, & econuerso, vel per id, quod habet modum actionis & passionis, vt habitus ad habituatum, & hoc potest esse aliquãdo secundũ præteritã

actionem, vt in patre & filio, aliquando secundũ pręsentem, vt calefaciens, & quod calefit, aliquando secũdũ futuram, vt calefacturũ, & calefactibile. Itaq; ordo vnius rei ad alteram fundatur vel in quantitate, vel in actione & passione, quia intellectus per hoc cõsiderat vnam substantiam ad alteram ordinari, si ergo nulla est in re quantitas, vel actio & passio, vnde intellectus ordinem accipit, relatio, quam intelliget, non erit realis, sed tantum vt relatio eiusdem ad idem, & speciei & generis. si autem sit aliquod illorum ex parte vnius extremi, tantum erit relatio realis ex parte illius solum, vt relatio scientiæ ad scibile. si autem aliquod illorum sit in re ex parte vtriusq; extremi, erit relatio tota realis, quę quidem in re nõ ponit nisi fundamentum, & perficitur ordo ab intellectu: nec tamen potest dici, quod si intellectus non esset, nec ipsa relatio esset, quia semper fundamentum est tale, vt si intellectus sit, possit ad alterum actu ordinari. remanet. n. radix illius ordinis a qua relatio habet esse reale.

lib. sex. *Actio est ens secundum quod aliquid agere dicitur.* 64

pn. ca. 1. Vt est calefactio & frigefactio, secundum quas aliqs dicitur calefacere, vel frigefacere.

Passio est ens, secundum quod aliquid dicitur pati. 65

vbi. s. ca pi. 3. s. t. pria. 79. 2. Vt est calefieri frigefieri dicitur autem passio aliquando q̃cunq; suscæptio, vt suscęptio scientiæ dicitur, passio. aliquando suscæptio eius, quod est cõtra naturam, vt cum aqua suscipit caliditatem, & homo ęgritudinẽ, vel aliquid triste, sed de iis subtilius tractabimus in iis, quæ dicemus de motu inferius.

Quando est esse in tempore. 66

s. tho. 2. cõ. g. c. 13. Esse autem in tempore nil aliud est, q̃ mensurari a tempore, vt esse in die, esse in anno, & esse in præterito vel præsenti, vel futuro. Quid sit aũt tempus posterius dicetur. quando autem materialiter dicit tẽpus, & rem

tēpore mensuratā, formaliter aūt est id mēsurari, quod in anima perficitur, vnde quando est ens, quod habet perfectionē ab anima, sicut dictum est de relatione.

67 *Vbi est esse in loco.* vbi.5.

Est.n.esse in domo, esse in cœlo, & in loco proprio, in quo nihil est nisi ipsum corpus locatum. sed quid sit locus, dicetur infra. vbi ergo realiter & materialiter dicit locum & locatum. sed esse in loco quod est formale perficitur ab anima, ita quod vbi est ens reale habens tamen perfectionem ab anima. locus enim realis est, & similiter locatum. sed illud esse in loco nihil est intra locatum: sed per animam perficitur, vnde realiter est aliquid in loco, tanquam in extrinseco. sed esse illud intrinsecum idest esse in loco perficitur in anima, sicut dictū est de quando.

68 *Situs est esse sic in loco.*

Dico autem sic, quia non est simpliciter esse in loco hoc enim est vbi (vt dictum est) sed est esse in loco secundum aliquem modum, vt esse supinum vel stantem in loco. Situs ergo non solum dicit locum & locatum materialiter, sed & partes sibi inuicem correspondentes secundum aliquem ordinem. modus ergo essendi in loco ipsius locati secundum partes est formale in situ. Nec est dicendum quod formaliter situs dicat relationem. esset enim in prædicamento relationis. nam non videtur conuenienter dictum quod aliquę sint relationes, quæ non continentur in prędicamento relationis. situs igitur dicit quendam modum essendi in loco, qui non est relatio, sed ad ipsum immediate sequitur relatio, q[uia] ex hoc modo essendi sequitur ordo quidam partium in loco vnde etiam solet dici, quod situs est ordo partium in loco, quia explicatur ab eo, quod est magis notum. vnde est relatiuum secundum dici, non autem secundum esse, quia principaliter non dicit relationem, &

5.met.t. c.24.

ipsum quoque est ens habens perfectionem ab anima, vt patet ex dictis.

5.met.t. c.25. *Habitus est ens, vel esse, quo aliquid dicitur alterum habere.* 69

Vt est esse armatum, esse calciatum, vel annulatum, vel vestitum & similia. dicit.n.rem habentem, & habitũ materialiter, formaliter autẽ esse tale, quod etiam perficitur in anima, vt dictum est de aliis supra. Quãuis igitur habere & haberi videatur dicere actionem vel passionem, non tamen est actio, vel passio. nec etiã relatio, sed verũ est, quod ad hoc esse sequitur quidam modus actionis & passionis, & quædam relatio, vt dictum est de situ, excępta enim substantia, quantitate & qualitate, cætera pdicamẽta perficiuntur ab anima. Passio autẽ & actio, quando, vbi, situs, & habitus sunt relatiua secundum dici, non aũt secundũ esse. dicunt.n. modũ essendi principaliter, qui non est ordo nec relatio, sed ad ipsum seqtur relatio, sed propter minimã entitatẽ, quã habẽt, & minimã distinctionẽ q̃ est inter illũ essendi modũ & relationẽ, q̃ immediate sequitur ex illo, visum fuit quibusdam, quod ista sex pdicamenta sint q̃dã relatiua.

5.meta. t.c.1. *Principium multipliciter dicitur.* 70

Principium enim dicitur vnde incipit motus vel magnitudo, & vnde bene incipit aliquid, & in eo quod generatur, illud quod primo fit, vt cor in animali. & primum efficiens aliquid non inexistens & principium in disciplinis, & potestas regis in regno.

vbi.s. t. c.2. *Causa maxime quatuor modis dicitur.* 71

Est.n.causa efficiens, finalis, materialis, & formalis, & in plus se habet principium q̃ causa, quia aliquid est principium quod non est causa. vt principium magnitudinis, vnde incipit motus. sed nulla est causa, quę nõ sit principium rei cuius est causa.

Te.c.4. *Elementum est ex quo componitur aliquid primo, in* 72

quo existit, & non diuiditur in partes diuersarum specierum.

Vt ignis, aer, aqua & terra. & similiter literæ, ex quibus componuntur syllabæ, vel dictiones, & prima principia indemonstrabilia dicuntur elementa, & est minus

73 comune, q̃ causa. elementum. n. est causa materialis.

In causis efficientibus non proceditur in infinitum.

Sic. n. causa haberet ante se causam. non ergo prima causa daretur. ergo nec aliæ, quia causę inferiores mo- 2. meta. t. c. 6.

74 uent in virtute primæ.

Nec in materialibus proceditur in infinitum. vbi. s. t. c. 7.

Si. n. hoc fieret ex hoc & illud ex alio, & sic in infinitũ nunq̃ daretur effectus. Præterea materia quæ est illud, ex quo aliquid fit, est media inter esse & non esse, modo suscipiens esse, modo non esse. impossibile est autem media esse infinita positis extremis, & positis infinitis mediis, impossibile est extrema inueniri.

75 *Nec in causis formalibus.* T. c. 10.

A forma. n. sumitur species & esse rei, quã significat diffinitio, oporteret ergo in diffinitionibus procedere in infinitum. nihil ergo contingeret cognoscere. Res. n. non cognoscitur perfecte, nisi eius diffinitio habeatur. infinitum autem non potest intellectu comprehendi.

76 *Nec in causis finalibus.* T. c. 8.

Sic. n. nullus esset finis. non. n. daretur vltimum, in hoc autem est ratio finis, præterea cum omnia appetãt bonum, & agant propter finem. finis habebit rationem boni, tollet̃ ergo ratio boni, & sic nullus conabitur operari, & sic non erit aliquod agens per intellectum, tolleretur ergo intellectus practicus.

77 *Species causarum non sunt infinitę.* vbi. . ts. c. 13.

Nihil. n. contingeret scire. scire. n. arbitramur vnumquodq;, cum causas omnes eius cognoscimus.

5. meta. *Natura multis modis dicitur.* 78

t.c.5. Vno.n. modo dicitur generatio nascentium, seu natiuitas quasi nascitura. Alio mō pncipiū huius natiuitatis. Tertio principium cuiuscūq; motus intrinsecum vt materia & forma. Quarto modo essentia, vel quidditas rei. dicitur etiam materia artificialium natura eorum.

T.c.6. *Necessarium est quod non contingit aliter se habere.* 79

Vt deum esse, vel hominem eē animal. dicitur etiam necessarium quod non contingit aliter se habere, si aliq̃ res ponatur, quod dicitur necessarium ex suppositiōe, vt cibus est necessarius aīali si debet viuere, vel quod non cōtingit aliter se bene habere, vt necesse est bibere medicinam. aliquando etiam dicitur necessarium, quod violēter fit, sicut qñq; dicimus. vis me hoc facere coegit.

T.c. 13. 14. *Ens dicitur multipliciter.* 80

Nā primo diuiditur in ens per se & ens per accidens. Ens per accidens dicitur, vel cum accidēs dicitur de accidente, vel accidens de subiecto vel econuerso. secundo. Ens per se diuiditur in ens extra animā, qd̄ significat figuras pdicamētorū. s. substantiā quantitatē &c. & in illa diuiditur, & in ens in anima quod dicitur ens verum, & est illud ens quod significat veritatem propositionis, sicut non ens illi oppositum significat falsitatē, vnde cōsistit in compositione & diuisiōe & circa partitionē contradictionis, de quo ente non oportet hic agere, tū quia causatur ab operatiōe intellectus & sic pertinet ad scientiam de intellectu, tum quia consistit circa entia per se extra animam, circa quę intellectus facit compositionē & diuisionem: & sic non ostendit aliam naturam entis præter illa, licet quandoq; dicatur ens isto modo quod non est ens illo modo, pro quanto intellectus considerat aliquid quod nō est ens in se, vt quoddam ens, sicut negationē & huiusmodi, & tale dicitur ens ratiōis quod consideratur a logico. Tertio diuiditur ens per actum &

potentiam, quæ diuisio competit omnibus modis entis supradict s, quia in omnibus dicitur aliquid in actu & aliquid in potentia.

81 *Vnum dicitur multipliciter.* 8.t.c.7. vsq; ad 12.

Nam vltra modos superius dictos cum de vno agetur, dicitur vnum numero, vnum specie, vnum genere & vnum analogia siue proportione, licet hæc diuisio sit magis logica illa vero superior metaphysica, vnum numero dicuntur quorũ materia est vna, specie, quorũ ratio est vna, genere, quæ habent vnum modum prædicandi, analogia, quando vnum se habet ad illud, sicut aliud ad aliud, quod contingit dupliciter, vel quia duo habent habitudinem ad vnũ, sicut sanum dictũ de vrina & medicina, dicũtur.n.in ordine ad sanitatẽ animalis, vel quia est eadem proportio duorum ad diuersa, sicut tranquillitatis ad mare, & serenitatis ad aerem.

82 *Potentia dicitur multipliciter.* T.c.17.

Primo quod est principium motus, vel mutationis in alio inquantum aliud, quæ est ratio potentiæ actiuę, secundo quod est principium motus vel mutationis, ab altero inquantum alterum, quæ est ratio potẽtiæ passiuę, tertio quod est principium agendi vel patiendi non quomodocunq; sed bñ, vel ßm q homo disponit. quarto omnis forma & dispositio, ßm quã aliqua redduntur impassibilia vel immobilia omnino, aut non de facili, & tot etiam modis dicitur possibile, & opposita eorum.s. impotẽtia & impossibile, licet possibile & impossibile dicantur etiam aliter ßm habitudinem terminorum.

83 *Actus etiam dicitur multipliciter.* 9.met.t.c.11.12 scdo de aia.t.c.5

Dicitur.n.de forma quæ est actus primus, & de motu siue operatione, quæ est actus secundus, & primo mõ diuiditur in actum substantialem & accidẽtalem, sicut est quædam forma substantialis quæ dat esse simpliciter in actu, & quædam accidentalis, quę dat esse in actu ßm

quid.tot etiam modis dicitur esse in actu,& vltra illos, dicitur aliquid esse in actu perfecto quando est totũ in actu vt entia permanẽtia,& aliquid in actu imperfecto, qui.s.habet admixtam potẽtiam,vt infinitum,entia successiua & huiusmodi,vltra modos dictos ipsius actus, & ipsum esse rei dicitur actus,qa est actualitas rei, & diuiditur in esse essentię,& esse existentię, & etiam in esse substantiale & accidentale.

9.met.t.c.13. *Actus simpliciter est prior potentia,non aũt in eodẽ.* 84

Primum patet ex hoc quia ad hoc ꝙ aliquid reducatur de potentia in actum,requiritur aliquid in actu existens,cum nihil reducat se de potentia in actũ, vnde potẽtia semp præsupponit actũ,& ẽ sermo de potentia passiua,nam actiua est actus quidam eo modo quo forma dicitur actus, secundum patet ex hoc, quia in his quæ fieri debent, vnumquodq; est prius in potentia q̃ in actu,de aliis partibus entis,scilicet substantia quãtitate quot modis dicãtur patet ex supradictis cum de illis ageretur.

5.meta.t.c.13. *Eadem dicuntur multipliciter.* 85

Quædam sunt eadem per se,quædam per accidens: quædam eadem genere,quædam eadem specie,quædã eadem numero, quædã diffinitione,quædam proportione,& fere tot modis quot modis dicitur vnum & tot modis dicuntur diuersa quæ sunt partes multitudinis sicut idem est pars vnius.

vbi.su. *Differentia dicuntur multipliciter.* 86

Primo & proprie quando aliqua conuenientia in aliquo vno,aut numero,aut specie,aut genere aut proportione,sunt diuersa, secundo & cõmuniter quando aliqua sunt diuersa,siue conueniant in aliquo vno siue non,& sic idem sunt differentia & diuersa.

vbi su. *Similia dicuntur multipliciter.* 87

Primo quum aliqua plura patiuntur simul aliquid,

siue patiantur idem, siue diuersa. secundo quum patiuntur idem, sicut duo ligna quum comburuntur. tertio quorum est vna qualitas, sicut duo alba. dicitur autem aliquid maxime simile alteri, quando est simile illi s̃m plures qualitates illius, aut s̃m illam, quæ est illi maxime propria, & tot modis dicuntur dissimilia.

88 *Opposita dicuntur multipliciter.* vbi sup.

s. Contrarie, contradictorie, relatiue, & vt habitus & priuatio, & duobus modis cognoscuntur, primo ex terminis motuũ siue mutationũ, qui semper sunt oppositi. s. terminus a quo, & terminus ad quẽ, & ex hoc ꝙ nõ possunt inesse simul eidem subiecto, prima horũ. s. contraria etiam multipliciter dicũtur, nam principaliter dicuntur contraria quæ plurimum differũt in eodem genere, vt album & nigrum, aut in eodem susceptibili, vt sanum & ægrum, aut in eadem potestate, vt congruum & in congruum. Secundario vero dicuntur cõtraria per habitudinem ad contraria dicta. s. aut quia habent contraria in actu, aut quia sunt susceptiua contrariorum, aut quia sunt factiua seu passiua contrariorum in potẽtia, aut quia sunt agentia vel patientia contrariorum in actu, aut quia sunt generationes & corruptiones contrariorum, vel etiam habitus & priuationis.

Diuersa specie multipliciter dicuntur. vbi su.

89 Primo quæ sunt in eodem genere nõ subalterna nec diuisa oppositis differentiis, vt scientia & albedo in q̃litate, secundo quæ sunt in eodem genere, & diuidũtur per aliquas differentias siue oppositas siue non, vt bipes & quadrupes. tertio quæ diuiduntur per contrarias differentias siue ipsa sint contraria siue non, vt album & nigrum homo, & asinus. quarto quæ sola specie differunt, vt species specialissimę. quinto quando aliqua accidentia sunt in eodem subiecto, & tamen differunt ab inuicem: quia plura eiusdem speciei, non possunt simul

esse in eodem subiecto. Et per oppositum ad prædicta dicuntur eadem specie.

T.c.16. *Priora dicuntur multipliciter.* 90

Nam quandoq; dicitur aliquid prius altero ꝑm tempus quia est in priori tempore, aliquando ꝑm naturam, quia est prius intentum a natura aliquando ꝑm naturã. aliomõ.i.generatione naturę quia prius generatur, sicut animal prius generatur q̃ homo, & tamẽ homo est prius intentum a natura, aliquando ꝑm locum vt quod est propinquius alicui principio vel termino, aliquando ꝑm ordinem disciplinę, aliquando ꝑm dignitatem, aliquando ꝑm causam, quia causa est prior effectu, dicitur etiam prius a quo non conuertitur essendi consequentia, & si qui sint alii modi.

T.c. 21. *Perfectum dicitur multipliciter.* 91

Primo ꝑm quantitatem cui nulla pars deficit de requisitis ad suam integritatem, secũdo ꝑm virtutem cui nihil deest de requisitis ad suam virtutem vel bonitatẽ, tertio ꝑm finem.i.quod est assecutum finem suũ, & primo ac secundo modo dicitur aliquid perfectum vel absolute, vt mundus in primo modo & deus in secundo, vel in aliquo genere, vt homo, medicus & huiusmodi, vtimur etiam perfecto secũdo modo translatiue in malis vt cum dicimus perfectum furem & huiusmodi, & hi modi dicuntur ꝑm se, sed in ordine ad aliud, dicitur aliquid perfectum vel quia facit aliquid perfectum, aliquo priorum modorum, vel quia habet aliquid perfecte, sicut habens perfectam scientiam, vel quia imitatur vel repræsentat aliquid perfecte.

T.c.22. *Terminus dicitur multipliciter.* 92

Dicitur aũt terminus vltimũ cuiusq; rei, & primo dicitur terminus magnitudinis vel habẽtis magnitudinẽ vt punctus in linea, linea in superficie & superficies in corpore. secũdo vltimum ad quod est motus vel actio,

vt quantitas in motu augmēti. tertio id cuius gratia ali qd fit. s. finis. quarto diffinitio rei dicit̃ terminus, & aduerte ꝙ si terminus comparetur ad principiū tot modis dicitur, quot & principium, & amplius quia omne principium est terminus & non conuertitur.

93 *Secūdū ꝙ, & secūdū se siue ꝑ se dicūtur multipliciter.* T.c. 23.

Nam ſm ꝙ dicitur primo de forma seu essentia rei ſm quam dicitur aliquid esse, secundo de subiecto cui primo natum est inesse aliquid. tertio de causa. quarto prout significat positionem & locum. ſm se autē vel per se dicitur. primo quando diffinitio vel pars diffinitiōis dicitur de aliquo, secundo quando aliquid ostenditur inesse alicui sicut primo subiecto, tertio id cuius nō est aliqua causa. quarto prout aliquid inest alicui soli.

94 *Dispositio dicitur multipliciter.*

Dicitur autē dispositio ordo partium in habentibus partes, & dicitur primo ſm ordinem partium in loco, & sic est prædicamentum situs. secūdo prout ordo partium attenditur ſm potentiam & virtutem & sic est prima species qualitatis. tertio prout ordo partiū attendit̃ ſm spēm & figurā totius, & sic est differētia quātitatis. T.c. 24.

95 *Habitus & habere dicuntur multipliciter.*

Dicitur. n. habitus primo de eo quod est mediū inter hominē vestitū & vestē, & sic est vnū prædicamentum quid autem sit dictū est supra. secundo de dispositione ſm quā aliquid disponitur bene vel male, & sic est prima species qualitatis. habere aūt dicitur aliquid primo qn̄ habet aliud in sua facultate vel dispositione, sicut febris dicitur habere hominē. secundo ſm ꝙ aliquid cui inest, aliqd dicitur habere illud, sicut materia habet formā. tertio prout cōtinēs dicitur habere cōtentū. quarto ſm ꝙ prohibens aliquid operari vel moueri dicit̃ habere illud sicut fabulose dicit̃ Atlas habet cœlū, sustinēdo ipsum ne cadat. Similiter autem se habet esse in aliquo T.c. 25. 28.

ſicut habere,& modi eſſendi in aliquo conſequuntur ad modos eſſendi.

T.c.26. *Paſſio dicitur multipliciter.* 96

Primo quidem de qualitate ſm quã fit alteratio, & eſt tertia ſpẽs qualitatis. ſecundo de ipſis alterationibus quæ fiunt ſm illas qualitates, vt calefieri & huiuſmodi. tertio ſpecialiter de illis alteratiõibus quę ſunt nociuæ & ad malum terminatę, vt ęgritudo. quarto adhuc magis ſpecialiter, de illis quæ habent magnitudinem nocumenti, ſicut magnę calamitates.

Priuatio dicitur multipliciter. 97

T.c.27. Primo ex parte aptitudinis quã importat quando aliquid non habet quod natum eſt haberi, quando non habet aliquid quod natum eſt habere, quando non habet tunc quum natum eſt habere, & ſm ꝙ ablatio cuiuſq; rei per violentiam dicitur priuatio. ſecũdo ex parte negationis, negatio alicuius abſolute dicitur priuatio, vel cum habetur defectiue, vel cum habetur parum, vel cũ habetur male, vel cum nullum habetur quod natum eſt haberi, & ſic dicitur propriiſſime.

T.c.29. *Ex aliquo eſſe dicitur multipliciter.* 98

Quandoq; primo & proprie, vel ſicut ex materia, vel ſicut ex primo mouẽte, vel ſicut ſimplex ex compoſito, vel ſicut ſpecies ex partibus ſpeciei, quandoq; proprie ſed non primo ſed ſm partem, & hoc ſm quęcunq; modorum prædictorum. tertio improprie, quãdo inter illa eſt tantum ordo, vt nox fit ex die.

T.c.30. *Pars & totum dicuntur multipliciter.*

31. Pars quidem dicitur primo de parte quãtitatiua ſiue aliquota ſiue non. ſecũdo de parte ſubiectiua, tertio de parte eſſentiali, ex qua. ſ. conſtat natura rei, & quarto de parte diffinitiua, Totum autẽ dicitur primo de toto vniuerſali, ſecundo de toto eſſentiali, tertio de toto integra- 99

T.c.32. li ſiue quantitatiuo, dicitur & de toto diminuto quod

dicitur colobon, quod non habet locũ nisi in toto quãtitatiuo, quod est dissimilium partium, cuius diminutio nõ aufert substantiam & nomen totius sicut homo sine manu.

200 *Genus & diuersa genere dicuntur multipliciter.*

Genus quidem dicitur primo de cõtinua generatione multorum conuenientium in eadem natura specifica, vt hominum genus. secundo de principio generante a quo est illa multitudo, tertio de primo & communi subiecto rerum diuersarũ formarũ. quarto de eo quod ponitur in diffinitione & dicitur in quid de diffinito & diuiditur differentiis quæ sunt qualitates eius, diuersa aũt genere philosophice loquẽdo, dicũtur primo quorum subiectum primum .i. materia est diuersa ita ꝙ nõ transmutantur inuicem nec in aliquod tertium, secundo quæ continentur sub diuersis prædicamentis. T. c. 33.

201 *Falsum dicitur multipliciter.*

Dicitur .n. primo de rebus, vel qñ dicitur esse quod non est, quod quandoq; est contingens, quandoq; impossibile, vel de eo quod in se est aliquid, sed non est id quod apparet vt somniũ. secundo dicitur de diffinitiõe & de illa quæ nullius rei est, quæ dicitur falsa per se, q̃ s. constat ex partibus repugnantibus, & de illa quæ est alicuius quidem, sed non eius cui attribuitur, quæ dicitur falsa per accidens. tertio dicitur de homine, primo de illo qui eligit sermones & rationes falsas & delectatur in illis, secundo de illo qui causat in alio ratiões falsas vt appareat alius quã sit, & sic hypocrita dicit̃ falsus & proditor, & adulator.

202 *Finitum & infinitum dicuntur pluribus modis.* San. t. 1. q. 7. per totum.

Dicitur .n. finitum in quantitate, quod est terminatũ siue in continua quantitate siue In discreta in formis dicitur finitum, quia forma ad determinatam materiam coniuncta dicitur finita: & similiter materia sub determi

nata forma dicitur finita. Dicitur etiã finitum esse quod est determinatę essentię: infinitum autem, quod ad nullam essentiam determinatur. vnde infinitum aliquãdo dicitur negatiue pro non determinato, & hoc modo eẽ non determinatum ad essentiam & forma non determinata ad materiam, & materia nõ determinata ad formam dicuntur infinita. aliquando autem dicitur priuatiue quod scilicet est aptum habere finem & non habet. & hoc est ꝓprie in quãtitate, de quo erit iferius sermo.

s.t. prio phy.t.c. 2.3.4. *Non sufficit cognoscere res in generali.* 105

Cognoscere.n.res in generali est cognoscere indistincte & confuse, quia specialia in generalibus continentur indistincte. oportet autem habere distinctam scientiam de rebus iccirco non sufficit nobis scire quid sit ens generaliter, & ea quæ ipsum cõsequuntur, nisi ad proprietates cuiuslibet entis descendamus. Itaq; de ente in cõmuni, & de iis, quæ consequuntur ens inquantum ens hęc dixisse sufficiat.

Explicit liber de ente, & de iis, quæ consequuntur ens inquantum ens.

Postilla breuissima super hoc opus pro ordinandis tũ libris inter se, tum conclusionibus librorum, & primo in primum librum qui est de ente & consequentibus ipsum, a communioribus.n.incipiendum est.

Tria igitur tractat auctor in hoc libro. primo tractat de ipsa prima philosophia quæ est circa ens, vsq; ad cõclusionem vigesimã. secundo de ipso ente & partibus eius a vigesima, vsq; ad.70. tertio vsq; ad finem libri distinguit nomina communia quæ pertinent ad hanc scientiam. Quo ad primum duo principaliter intendit. s. circa quid versetur hæc scientia, & quomodo se habet ad

consíderationem veritatis.primũ horũ declarat.11.cõ/clusionibus hoc ordine,quia primo præmittit dignita/tem scientiæ in communi ex hoc ꝙ naturaliter appeti/tur ab omnibus in prima cõclusione,secũdo pmittit ordinem cognitionis ac diuersos gradus eius tam in brutis,ꝗ̃ in hominibus in secunda.tertio cõparat illos gra/dus adinuicem,ſm actionem in tertia,ſm cognitionem in quarta, & ſm nobilitatem in quinta.quarto deducit intentum ex præmissis.s.circa quid versatur hæc scien/tia quæ sapientia dicitur in sexta, ostendens ꝙ est cir/ca primas causas & prima rerum principia,q̃nto ex hoc declarat qualis sit hæc scientia ponens quatuor condi/tiones eius in septima,octaua,nona,& decima, quibus præfertur aliis scientiis in nobilitate,licet postponatur illis in necessitate,quod declaratur in vndecima.secũdũ intentum declarat.9.conclusionibus hoc ordine,nam primo ostendit ad hanc scientiam pertinere considera/tionẽ veritatis in vniuersali in conclusione duodecima & quomodo homo se habet ad illã in tertiadecima.hoc n.determinare spectat ad hanc scientiam ex eo ꝙ cõside rat veritatem in cõmuni,tertio quis est modus conue/niens ad eius considerationẽ in quartadecima,& quali/ter oportet prius acquirere modum sciendi q̃ scientiam in quintadecima non tñ eundem in omnibus scientiis quod ostẽdit in sextadecima.quarto docet vñ incipien/dum est.s.a cõmunioribus in decimaseptima subiũgẽs q̃ sint ista cõmuniora in decimaoctaua,decimanona,& vigesima in qua cõcluditur ab ente incipiendũ esse tãq̃ a cõmunissimo,& hæc de primo.Quo ad secũdum tria ostendit,primo supponit esse aliquã scientiam quæ cõ/siderat ens inquãtum ens inquirens quæ & qualis sit,a cõclusiõe vigesimaprima vsq; ad trigesimã, secũdo agit de ente & passionibus q̃ cõuertũtur cũ ipso,a trigesima, vsq; ad q̃nquagesimamnonã.tertio de partibus entis a 59.vsq; ad.70.Circa primum horum primo supponit

esse aliquā scientiam quæ cōsiderat ens inquantum ens vt dictū est, in cōclusione vigesimaprima, secūdo ꝙ nō ē aliq̄ sciētia particularis sed vniuersalis i vigesimasecū da & ne putaretur esse alia a scientia superius dicta quæ sapientia siue prima philosophia dicitur, ostendit tertio quæ considerat hæc scientia, quo ad principia simplicia & causas, in vigesimatertia: quo ad materiam, in vige simaquarta, & quo ad principia complexa, in vigesima quinta. per hæc. n. ostenditur ꝙ est eadē cū superius di/cta, q̄rto declarat de quo principaliter agit in vigesima/sexta, quinto declarat ordinē eius ad alias sciētias in vi/gesimaseptima, & ptiū eius inter se in vigesimaoctaua, & vigesimanona. Circa secūdum. s. ipsum ens quod est subiectū quia diuiditur in ens per se & ens per accidens. primo remouet ens per accidēs a consideratione huius sciētiæ, in cōclusiōe trigesima. secūdo agit de ente p se, ostendens an sit genus sicut multi crediderunt in trige/simaprima, ex quo habetur, ꝙ non est vniuocū sed ana/logum, & quia omne cōe recipit additionem cōsequen ter declarat, qd non possit sibi addi in trigesimasecūda, & quid possit. s. modus quidā, in trigesimatertia, osten/dēs in trigesimaquarta qui, & quot sunt isti modi entis. tertio agit de passionibus eius cōmunissimis q̄. s. cōuer tuntur cū ipso, quarū prima est res de qua in trigesima/quinta. secūda aliquid, de qua per comparationē ad ens in trigesimasexta, & per comparationē ad rem, in trige/simaseptima. tertia est vnum, de qua plura docet. primo qūo se habet ad ens, & quo ad conuersionem in trigesi/maoctaua, quo ad additionē vero in trigesimanona. se/cundo declarat tria pertinentia ad ipsum. s. multiplicita/tem in quadragesima. oppositionē in q̄dragesimapria & fundamentū priuationis quā importat in quadragesi masecūda. tertio comparatur tribus aliis. s. diuisioni in quadragesimatertia. Multitudini in q̄dragesimaquarta, & ipsi aliqd siue secūdę passiōi in quadragesimaquinta.

quarta

quarta passio entis est verū de qua ostendit primo q̄uo se habet ad ens, quo ad conuersionem in quadragesima-sexta, & quo ad intellectum in quadragesimaseptima. secundo quomodo se habet ad vnū in quadragesimaoctaua, & quia oppositorum est eadem disciplina, agit tertio de falso in quadragesimanona. quinta passio & vltima est bonū, de quo docet multa, primo q̄uo se habet ad ens quo ad conuersionē in quinquagesima. secundo q̄uo se habet ad ipsum quo ad prioritatem & posterioritatem, & q̄a hoc implicat rationē causandi, prius declarat quā causalitatē importat in q̄nquagesimaprima. & eius fundamentum in quinquagesimasecunda, & postea cōparatur enti modo dicto in quinquagesimatertia. tertio agit de ipso per cōparationē ad verū. in q̄nquagesimaquarta q̄rto declarat partes integrātes ipsum in q̄nquagesima-quinta quod intellige de bono creato, & de bono vt q̄d non vt quo. demum ratiōe superius dicta agit de malo, & quid sit in quinquagesimasexta. & in quo fundatur. s. in bono in q̄nquagesimaseptima ex quo deducit in quinquagesimaoctaua ꝙ non datur summum malum.

Circa tertium. s. partes entis, quia diuiditur per substantiam & accidens, prius agit de substantia in cōi in cōclusione quinquagesimanona. deinde de accidente in cōi in sexagesima. quia vero accidens diuidit̄ in nouē genera, cōsequenter agit de illis hoc ordine, quia primo agit de quantitate in sexagesimaprima, & de qualitate in sexagesimasecūda, quæ sunt entia absoluta, & quantitas prius inest substantię q̄ȝ qualitas. secundo de relatione quę est respectiuum, in sexagesimatertia. tertio de aliis sex principiis quæ important absolutum cum respectu quorum primum est actio quia causatur immediate a qualitate, de qua in sexagesimaquarta. secundū passio quæ causatur ab actione de qua in sexagesimaquinta. tertiū quando quod causatur ex actione & passione, impassibilia. n. non sunt in tempore, de quo in sexagesimasexta. quartū

vbi.quod est minus cõmune q̃ quãdo: de quo in sexagesimaseptima. quintũ est situs quod dicit modũ ipsius vbi.s.essendi in loco, de quo in sexagesimaoctaua. sextũ habere quod cõuenit solum hominibus & his quæ sunt instrumenta eius vnde est minus cõe cæteris omnibus de quo in sexagesimanona. Quo ad tertium principale distinguit nomina pertinentia ad hanc scientiam hoc ordine quia primo distinguit nomina quæ significãt causas & principia subiecti a septuagesima, vsq; ad octuagesimam hoc modo ꝙ prius distinguit significantia causas cõmuniter. s. principium in septuagesima: causam in septuagesimaprima: & elementum in septuagesimasecũda hæc.n.tria se habent consequenter, & quia si causæ eẽnt infinitę non facerent cognoscere, cũ infinitum vt sic sit ignotum, ideo cõsequenter probat ꝙ non proceditur in infinitum in causis, in septuagesimatertia, septuagesimaquarta septuagesimaquintą, & septuagesimasexta, septuagesimaseptima ſm quatuor genera causarũ deinde vnũ nomen significans causam in speciali. s. naturã in septuagesimaoctaua: & alterum quod consequitur ad rationẽ causæ. s. necessarium in septuagesimanona. secundo distinguit illa quæ significant subiectum. s. ens in octuagesima, & vnum, in octuagesimaprima, & partes entis. s. potentiam in. 82. & actum, in. 83. cõparans illa adinuicẽ in octuagesimaquarta. alias autẽ partes entis. s. substãtiã quantitatẽ & hmõi, non diuidit, quia earũ diuisio patet ex dictis: & significãtia partes vnius cũ sibi oppositis, ab octuagesimaquinta, vsq; ad nonagesimã in qua diuidit aliqd cõsequens rõnem vnius. s. prius. tertio diuidit ea q̃ significãt ꝓprietates q̃sdã vsq; ad. 100 nec multũ refert quo ordinenť q̃uis sit ordo inter illa, addẽs duo significãtia ens impfectũ. s. falsum i. 101. & ĩfinitũ in. 102. omittẽs accidẽs qđ ẽt significat ens imperfectũ. qa eius diuisio patet ex superius dictis cum de illo ageretur. Demũ in vltima continuat librum ad sequentes.

INCIPIT LIBER SECVNDVS DE PRINCIPIIS ENTIS MOBILIS.



1 *Onsiderans entia specialia prius debet tractare de substantia q̃ de accidentibus.* 7.met.t. c.4.

Substãtia.n.principalior est & prior natura & diffinitione & tempore & ratione,& accidens neque cognoscitur, neq; diffinitur sine substantia.prius igitur de substantia tractandum est.

2 *Scientię diuersificantur secundum diuersum modum diffiniendi.* 6.met.t. c.2.

Diffinitio.n.est medium in demonstratione,& principium sciendi vnumquodq;,diuersitas autem principiorum & medioꝝ diuersificat scientiam.diuersi modi ergo diffiniendi diuersificant scientias.

3 *Tria sunt genera scientiarum speculatiuarum.*

Quia tres sunt modi diffiniendi diuersi. Quidam.n. diffiniunt cũ materia sensibili.s.subiecta sensibilibus q̃litatibus,vt naturalis philosophus. Quidã diffiniũt absq; materia sensibili,sed non absq; materia intelligibili vt mathematicus.qui cõsiderat quantitates nõ cõsiderans eas,vt subiiciũtur qualitatibus sensibilibus,vel vt sunt in corporibus subiectis istis qualitatibus,sed secundum quod sunt in substantia materiali,& qũocunq; se habeãt ad istas qualitates non curat. Quidã aũt diffiniũt absq; omni materia vt metaphisicus,qui considerat ea,q̃ sunt separata ab omni materia,siue sint secundũ se tota separata, vt deus & intelligentiæ,siue sint separata secundũ partem, ita quod non dependent ab aliqua materia, T.c.1. s.t.ibi.& primo phy.in procẽ.

poreitas sequitur ad ens mobile sicut passio ad subiectū. ideo de ipso, demonstratur tanq̄ passio. propter quod non bene dicitur quod corpus mobile sit subiectū, sicut nō bene diceretur, quod, risibile homo, esset subiectum in scientia de homine: licet possit dici, quod per corpus mobile intelligatur idem quod ens mobile. i. ens cōpositum ex materia & forma, ad quod postea sequitur trina dimensio, quæ de ipso probatur in. 6. libro ideo beatus Thomas magis reprobat modū dicendi q̄ illud, qđ dicitur cum ait. Dico autem ens mobile, non corpus mobile, quia omne mobile probatur esse corpus, ac si diceret, & si defendi possit, non tamen congrue dicitur.

8 A *principiis subiecti & scientiæ est inchoandum.* 1. phy. t. c. 1.

Quia tunc arbitramur scire vnumquodq;: cum causas eius cognoscimus, & principia vsq; ad elementa ab illis igitur inchoandum est.

9 *Principia rerum naturalium oportet esse contraria.* T. c. 42. 43. 44. 45. 46. 47.

Principia autem rerum naturalium voco illa, ex quibus primo res naturales factæ sunt, & ex quibus componuntur. quia ergo nihil fit nisi ex opposito suo, vt ex non albo album, & non equo equus, iccirco oportet, quod ea ex quibus res naturales fiunt sint contraria.

10 *Non est tantum vnum principium rerum naturalium.* T. c. 50.

Cum. n. contrarietas sit in principiis ex quibus res naturales fiunt vt iam dictum est, & idem sibiipsi non sit contrarium, patet q̄ non est tantum vnum principium rerum naturalium. Non ergo rerum naturaliū est principium vnum, sicut quidam dixerunt aquam vel aerem, ita quod omnia ex aqua conficerentur, vel aere. oportet enim plura esse principia.

11 *Non sunt infinita principia rerum naturalium.* T. c. 51.

Infinitum. n. inquantum huiusmodi est ignotū ergo principia rerū naturaliū essent omnino ignota. res ergo naturales a nobis cognosci non possent, ignoratis. n.

principiis, necesse est ignorare ea, quæ sunt ex ipsis, igitur non sunt infinita.

T.c.5.2. *Non sunt tantum duo principia rerum naturalium.* 12

Cum.n. sint contraria, & vnum contrarium non fiat ex reliquo. non.n. ex non albo fit album, nisi quia subiectum non album fit album, & similiter ex nigro non fit album, quasi ex nigredine fiat albedo vel album. sed ex subiecto, in quo est nigredo: necesse est cõtrarietati principiorum aliquid subiici, vt ex vno fiat reliquũ, & sic res naturales generãtur. necesse est ergo duo esse cõtraria in generatiõe rerũ, & vnũ subiectũ sustentans cõtrarietatẽ illã. ergo non solũ sunt duo principia naturalium rerũ.

a.t.c.57 *Principia rerum naturalium sunt tantum tria.* 13

vsq; ad t.c.69. Sunt.n. duo contraria. s. priuatio formæ, & forma, q̃ dat esse rebus, & subiectum sustentans contrarietatem, vt vnum contrarium fiat ex reliquo, quia omne, quod fit, fit ex suo opposito. i. ex subiecto existente in opposito. i. sub priuatione rei factæ vel fiendæ. Ex nõ equo.n. fit equus. i. ex materia, q̃ primo est sub priuatiõe formæ equi hoc est q̃ est nõ equus fit equus, dũ forma equi informat̃. cũ ergo hęc tria sint sufficientia ad saluãdum rationem omniũ transmutationũ naturaliũ, & frustra fiat per plura quod potest ęque fieri per pauciora bene, patet quod non oportet ponere plura q̃; tria principia.

T.c.65. 66.67. *Duo sunt principia rerum naturalium per se, & vnum per accidens.* 14

Materia.n. & forma sunt per se, qa ex his fiunt res naturales & ex his cõponuntur. vnde permanent in cõposito priuatio aũt formæ est principiũ per accidens. i. per alterũ, inquantum. s. coniũgitur materiæ. quãuis ergo sit terminus, a quo per se incipit motus, non tñ est principiũ naturalium per se. hoc aũt in artificialiũ similitudine faciliter intelligimus. Ex infigurato.n. fit figuratũ, p̃ncipia aũt per se figurati, sunt materia, vt puta lapis, & for

ma, quæ est figura, vtputa imago Cæsaris. Infiguratũ aũt est per accidens. non. n. ex infigurato cõponitur statua, sed ex lapide, qui quidẽ lapis & si ẽt postquã est sub forma Cęsaris, fit priuatus multis formis aliis, quas posset habere non tamen illæ priuationes sunt per se principia huius statuæ, sed per accidens inquantũ coniunguntur lapidi. materia ergo rerum naturalium est primum subst ratum, quod omnibus formis substernitur, quod quantũ est ex se est pura potentia nullam habẽs formã, tamen nũquam est sine aliqua forma, & cum habet vnã, priuatur infinitis, & non potest cognosci nisi per analogiam ad formam. forma. n. est quæ dat esse & constituit speciem: materia autem suscipit hoc esse. quamuis ergo materia, dũ est sub vna forma habeat multas priuatiões non tamen priuatio est principium rei nisi per accidẽs. i. inquantum coniungitur materiæ. Duo ergo sunt principia per se, & vnum per accidens, quod est priuatio. Nã mãç T.c.69.

15 *Materia & priuatio differunt ratione.* T.c. 79.

Non. n. realiter differunt, quia priuatio est non ens si autem differunt, differunt ratiõe, quia materia prima, & priuatum formis idem sunt realiter. sed materia inquantũ materia habet aliquid, quod non habet inquãtũ priuata. quia cũ forma sit quid diuinũ & optimũ, oportet quod suũ cõtrariũ quod est priuatio sit nõ ens, & malum. Non aũt dicimus quod materia sit mala. Item materia appetit formam tanq; propriam perfectionẽ. sicut turpe appetit esse pulchrum, & fœmina esse virum. imperfectum. n. semper appetit suam perfectionẽ, at priuatio non appetit formam, cũ sit suũ contrariũ, aliter appeteret sui ipsius destructionem. differunt ergo ratione.

16 *Materia est ingenerabilis & incorruptibilis.* T.c. 82.

In omni. n. generatione & corruptiõe requirit͛ subiectũ & materia contrarietatẽ sustentans materia autẽ est primum subiectũ omniũ. nõ ergo potest generari, neq;

corrumpi.aliter oporteret esse aliud subiectum primum ex quo fieret materia,& sic esset aliquid prius primo.

2.phy. t.c.1. *Ad physicum pertinet tractare de natura.* 17

Ad physicum.n.pertinet tractare de rebus naturalibus,res autem naturales habent naturam,& nõ possunt cognosci,nisi cognoscatur natura.ideo ad physicũ pertinet tractare de natura.

2.physi. t.c.1.2. 3. *Natura est principium motus & quietis in eo in quo est primo & per se,& non secundum accidens.* 18

Naturalia.n.a non naturalibus,& artificialibus differunt,quia illa habent naturam,hæc autem non habent: sed non apparet alia differentia inter ista,nisi quia naturalia habent in seipsis principium motus & quietis per se,artificialia autem non habent per se principium motus & quietis inquantum sunt artificialia,sed solum per accidens inquantum sunt naturalia secundũ materiam. ergo natura est principiũ motus & qetis,sicut dictũ est.

Te.c.6. *Naturam esse non est demonstrabile.* 19

Naturam.n.esse est per se notum.ad sensum.n.cognoscimus naturalia & motum eorum: non igitur potest demonstrari.

T.c.7.8. 9.10. *Materia est natura.* 20

Est.n.principium motus passiuum.nihil.n.est aptum moueri per se,quod nõ habet materiam.sufficit autem ad hoc,quod aliquid sit natura,quod sit principium passiuum motus intrinsecum.materia igitur est natura.

T.c.11. 12.13. 14. *Forma est natura.* 21

Ab ipsa.n.res naturales appellantur.non.n.dicuntur simpliciter naturales prius q̃ habeant formã.Præterea omnis generatio & natiuitas,quæ dicitur natura,terminatur ad naturam.non aũt terminatur nisi ad formam ergo forma est natura.Vnde cum dicitur etiã quod res naturales generant sibi simile in natura non verificatur

nisi secundum similitudinem formæ. homo.n.generat hominem similem sibi secundum formam.

22 *Forma est magis natura, q̃ materia.* T.c. 12.

Res.n.naturales secundum materiam dicuntur in potentia tantum naturales.sicut & dicuntur esse tantum in potentia. At secundum formam dicũtur naturales simpliciter.cum.s.forma est introducta in materia:sicut etiã tunc dicuntur esse simpliciter.ergo forma est magis natura q̃ materia.

23 *Sciẽtia naturalis cõsiderat tã de materia q̃ de forma.* a.t.c.12 vsq; ad t.c.26.


Scientia.n.naturalis considerat de natura rerum naturalium, hæc autem est tam materia q̃ forma (vt dictũ est) quæ ad se inuicem ordinantur.igitur de vtraq; est consideratio naturalis.

24 *Scientia naturalis non diffinit res naturales absq; materia sensibili.* T.c. 19.

De ratione.n.rerum naturalium est natura, quæ est principium motus. Natura autem & principium motus est tam materia q̃ forma.ergo in diffinitione rerum naturalium ponitur tam materia q̃ forma. Materia autẽ hæc cum sit subiectum motus, quia est principiũ motus passiuum, non potest esse nisi materia sensibilis.ergo naturalis non diffiniet absq; materia sensibili.

25 *Essentia rerum naturalium est materia & forma coniunctę.*

Non.n.est sola materia, quia forma est magis natura earum, q̃ materia, quia eis magis dat esse naturale simpliciter.nec est sola forma, quia etiam materia est principium earum per se, vt dictũ est, & ponitur in diffinitione earum nec est aliquid tertiũ, quia illud esset accidẽs. forma enim solum cum materia sunt principia per se & substãtia compositi.ergo oportet quod essentia earum sit materia & forma coniunctę.ergo humanitas non est


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tantum materia, nec tantum forma, nec aliquid tertiū. sed est materia humana & forma .i. anima intellectiua coniunctę.

T.c. 26. *Vsque ad animam rationalem pertingit consideratio naturalis.* 26

Ad ipsum.n.pertinet considerare formam in materia. Anima autem ratiōalis aliqualiter est forma in materia vt infra ostendetur. ergo vsq; ad ipsam pertingit. non tamē vltra se extendit, quia anima intellectiua est vltima formarum naturalium.

T.c. 27. *Philosophus naturalis de causis consyderat. non tamē inquantum huiusmodi.* 27

Scientia.n.naturalis est speculatiua & propter scire. non autem propter operationem. scire autem arbitramur, cum cognoscimus causam rei. ergo considerare debet causas rerum naturalium, non tamen inquātum causæ sunt, sed solum inquantum sunt principia motuum, quia causa inquantum causa, non dependet a materia. naturalis autem solum considerat materialia.

a.t.c. 28 vsq; ad T.c. 32. *Causæ non sunt plures quam quatuor.* 28

Sunt autem hę efficiens, forma, materia, & finis. nam ad interrogationem factam, per propter quid, semper respondetur causa. sed nihil aliud vnquam respondetur quam al qua illarum quatuor. ergo non sunt plures causæ: & hoc rationabile est, quia cum causa sit ad quam sequitur esse, & esse sit a forma, quæ suscipitur in materia, quæ sit ex potētia ente, actu ens, fit autem hoc ab aliquo agente, quod agit propter finem, manifestum est, quod non reperiuntur plures causæ per se.

T.c. 31. *Finis est causa potissima.* 29

Est.n.causa aliarum causarum, quia alijs causis causalitatem prębet. materia.n.non esset causa, nisi haberet formam, & forma non esset causa nisi introduceretur ab

agente:agens autem non ageret:nisi moueretur a fine. finis autem immobilis permanet.est ergo primum mo uens &,prima causa.

30 *Modi causarum sunt plures.* T.c. 33.

Est.n. causa per se: & causa per accidens; causa prior, & causa posterior siue causa vniuersalis & causa particu laris, causa complexa & causa incomplexa siue compo/ sita, & simplex, & demum causa in actu: & cā in potētia.

31 *Physicus omnes istas causas considerat.* T.c. 70.

Considerat.n.philosophus de generatione rerū na/ 71. 72. turalium: ad quam concurrunt omnes istæ causæ.s.ma 73.74. teria, quæ fit in actu per formam & agens hoc faciens ꝓpter aliquē finē.ergo de oībus istis debet cōsiderare.

32 *Ex omnibus istis causis demonstrat sciētia naturalis.* T.c. 70.

Medium.n.demonstrationis est diffinitio. Ad perfe/ ctam autem diffinitionem concurrunt omnes causæ.& ideo per omnes causas demonstrat. aliter non arbitra/ remur nos scire, nisi omnes causas sciremus.

33 *Natura agit propter finem.* a.t.c.75

Tum quia semper agit eodē modo,& vt semper vel vſq; ad vt frequenter producit eosdem effectus. Quod.n. fit a T.c.88. casu vel a fortuna est vt in paucioribus,tum quia natu raliter vnumquodq; agitur, sicut natum est agi.sed na/ turalia: vt in pluribus: vel semper aguntur: sicut na/ turalr̄ sunt apta nata agi.sed sic agunt̄ ꝑ aliiquē finē: quem quærunt:ergo propter finem natura agit. tū qa ars,quæ imitatur naturā agit propter finē. Item hoc ap paret in formicis & apibus,& araneis:quæ sunt sine in/ tellectu.nā propter finem agunt a natura ductæ. Item in natura est peccatum.sed hoc non esset nisi ordinare/ tur ad aliquem finem. Item agit per determinata me/ dia.ergo signum est,quod habet determinatum finem. Item si non ageret propter finem:ex omni semine pos/ set quodcūq; indifferenter produci,qđ est falsum. Itē

omnes res naturales habent in seipsis principium quo mouētur a determinato principio per determinata me-dia, ad determinatum finem. non. n. mouentur indifferenter per quodcūque in quodcunq; a quocunq;. ergo patet quod natura quę est in ipsis aliquem finē intēdit.

T.c.87. vsq;. t.c.92. *Necessarium in rebus naturalibus non tam est ex materia, quam ex fine.* 34

Non. n. res naturales solum sunt tales ex necessitate, quia materia sic requirit. sed ēt est necessariū quod sint tales ꝓpter finē, si. n. talis finis debet seq necesse est talia media pcedere. ergo est necessariū ex suppositiōe finis.

T.c.37. *Causę singulares in actu sunt simul cū suis effectibus.* 35

Posito. n. vno correlatiuorum ponitur & reliquum causa autem singularis in actu & effectus eius sunt correlatiua. igitur sunt simul. præterea si non esset causa in actu causandi, puta ædificans: non actu ædficaretur. ergo causa est simul cum effectu in actu: qđ non semper accidit in causis quae sunt in potentia.

T.c.38. *In naturalibus oportet vniuscuiusque causam supremam requirere.* 36

Tunc. n. arbitramur nos scire cum causam vltimam seu supremam cognoscimus vniuscuiusq;. oportet igiť ad primam peruenire.

T.c.38. *Causis debēt proportionabiliter correspōdere effect⁹* 37

Vnumquodque. n. relatiuum habet correlatiuum sibi proprie correspondens. causa autem & effectus sunt correlatiua. igitur sibi correspondent: ita quod vniuersalibus causis debent respondere effectus vniuersales, & singularibus singulares: & similiter causis in potētia: effectus in potentia: causis in actu effectus in actu.

T.c.51. 52. *Fortuna est causa per accidens in iis, quæ sunt a proposito propter finem & in minori parte.* 38

Siquis. n. fodiens sepulchrum inueniat thesaurum

dicitur a fortuna inueniſſe:foſſio.n.ipſa eſt cauſa huius inuentionis per accidens:quia non fuit intenta propter inuentionem theſauri:ſed ad ſepeliendum mortuum.a propoſito autem fit,qđ fit ab intellectu,fiebat ergo hęc foſſio ab intelligenta:quia ab homine inquantum erat intelligens opus ſuum & finem,& fiebat propter finē.i. ad ſepeliendum mortuum. Quod autem ex hoc fuerit inuentus theſaurus:nō eſt:vt in pluribus:ſed vt in paucioribus.foſſio ergo hæc reſpectu theſauri eſt fortuna. & hoc idem in cæteris poteris conſyderare. fortuna eſt ergo cauſa per accidens:vt dictum eſt.

39 *Fortuna & caſus non omnino idem ſunt.* T.c. 58. vſq; ad T.c. 65.

Fortuna.n.eſt ſolum in ijs:quæ fiunt a propoſito.caſus etiam eſt cauſa per accidens in ijs:quę fiunt propter finem in minori parte etiam ſi non fiant a propoſito:vt in irrationalibus & in inanimatis multa fiunt a caſu,omnis ergo fortuna eſt caſus:non autem econuerſo.

40 *Fortuna & caſus reducuntur ad cauſam mouentem.* T.c. 65.

Omne.n.per accidens reducitur ad id:quod eſt per ſe.caſus ergo & fortuna cum ſint cauſæ per accidens:reducuntur ad cauſas per ſe.hæ autem non ſunt niſi natura & intelligentia:quia principium eorum: quæ ſunt a fortuna & a caſu eſt natura vel intelligētia:quæ ſunt cauſæ mouentes.ergo reducuntur ad cauſam mouētē.

41 *Fortuna eſt nobis ignota.* T.c. 53.

Cauſę.n.per accidens ſunt infinitę infinitis.n.modis variatur ens per accidens:cum infinita vni accidere poſſint abſque vllo ordine. Infinitum autem inquantum huiuſmodi eſt ignotum.igitur fortuna eſt ignota.

42 *Fortuna eſt cæca & abſque ratione.* T.c. 55.

Cum ſit.n.per accidens de ea nulla poteſt eſſe ratio, neque ars:neque ſciētia:Vani ergo ſunt omnes: qui volunt prædicare futura:quæ ſunt a caſu & a fortuna.

43 *Bona fortuna eſt incerta.* T.c. 57.

Fortuna.n.vt dictũ est ignota ē & absq; rõne,& de ea non est ars. sed bona fortuna est fortuna.ergo bona fortuna est incerta. Non est ergo credendũ diuinationibus, quia nullam possunt de fortuitis reddere rationem.

T.c.54. *Fortuna est prope nihil.* 44

Ens.n.per accidens est ens secundũ quid,& proprie nihil.sed fortuna est causa & ens per accidens.ergo est ꝓprie nihil.ens.n.per accidens non est ens simpliciter.

T.c.71. *Naturalia non sunt a casu,nec a fortuna.* 45

Quia ea,quæ sunt a fortuna sunt in minori parte,sed naturalia sunt semper vel,vt in pluribus,& eodẽ modo, & procedunt a suis causis quodã ordine,vt dictum est, igitur nõ sunt a casu,nec a fortuna.De principiis ergo entis mobilis & scientiæ naturalis ista sufficiant.

Explicit liber secundus de principiis entis mobilis.

Postilla in librum secundum.

Post scientiam vniuersalem quæ,scilicet est de ente vniuersali,sequuntur scientiæ speciales quæ sunt de diuersis generibus entis.inter quas prima ordine doctrinę est naturalis,vt declarabitur,ideo agit prius de illa, & primo quidem in cõi,siue quo ad cõia toti philosophiæ naturali vsq; ad quintũ librũ,secundo in speciali de partibus eius,in reliquis libris.Et quia subiectũ est primum consideratum in scientia,ideo in hoc secundo libro qui est primus sciẽtiæ naturalis agit de subiecto ipsius hoc ordine.primo quidẽ stabilit subiectum vsq; ad conclusionem octauam.secundo agit de principiis illius per q̃ cognoscitur,ab octaua vsq; ad decimãseptimam.tertio de principiis sciẽtiæ quibus deuenit̃ in cognitionẽ subiecti,vsq; ad finem libri. Quo ad primum anteq̃; stabiliat

ſubiectum, præmittit ordinem totius ſcientiæ natura/lis ad alias partes philoſophię primo quidem ad eas q̄ ſunt de accidentibus in prima concluſione ſubiungens modum quo diſtinguntur huiuſmodi partes philoſo/phiæ in ſecunda, & ex illo deducens numerum earum in genere in tertia. ſecundo declarat ordinem eius ad illas quæ ſunt de ſubſtantiis immaterialibus, præmittens in quarta fundamentum & in quinta deducens intentum ꝙ. ſ. a ſenſibilibus incipiendū q̄ eſt circa eſt ſcientia natu ralis. Demum ſtabilit ſubiectum in ſexta, & remouet in ſeptima id quod a quibuſdam putatū eſt eſſe ſubiectū. Quo ad ſecundum præmiſſo ordine huius libri qui eſt de principiis entis mobilis ad reliquos ſequentes. in cō cluſione octaua. primo declarat quãdam conditionem ſeu proprietatem cōmunem principiorum. ſ. contrarie/tatem in nona. ſecundo ex illa deducit numerum prin/cipiorum, remouēs vnitatem, in decima, infinitatem in vndecima dualitatem in duodecima, & in tertiadecima inferens trinitatem, qui eſt numerus eorum in genere. tertio declarat qualitatem eorū in quartadecima. quar/to naturam vnius illorum ſpecialiter. ſ. materiæ quia eſt magis ignotum, declarat inq; eius naturam, & per reſpe ctum ad priuationem cum qua videtur idem in quinta/decima & in ſe in ſextadecima. Quo ad tertiū duo princi paliter declarat iuxta duo quæ oportet primo cognoſce re in aliqua ſcientia, quæ ſunt ſubiectum, & mediū. pri/mo igitur declarat de quibus eſt ſcientia naturalis, quod eſt declarare ſubiectū, vſq; ad cōcluſionē vigeſimãſepti/mam. ſecundo ex quibus cauſis demonſtrat, quod eſt declarare medium, vſq; ad finem libri. Circa primum horum quia entia quæ conſiderat naturalis ſunt entia naturalia, nam ens mobile quod eſt ſubiectum eſt ens naturale, incipit a natura, & præmiſſo ꝙ eius conſidera tio ſpectat ad naturalem in concluſione decimaſeptima primo diffinit ipſam in decimaoctaua ex qua diffinitiōe

deducit in decimanona an sit demõstrabilis.secũdo declarat quot modis dicitur in vigesima,& vigesimaprîa, cõparando postea illos modos inter se in vigesimasecũda.tertio ex his deducit intentũ.s.de quibus considerat sciẽtia naturalis,in vigesimatertia,& quomodo diffinit in vigesimaquarta, ex quo deducit quę sit essentia rerũ naturalium, siue entis mobilis,in vigesimaquinta vbi nota ꝙ ſm aliam opinionem quæ videtur verior & magis conformis doctrinæ Ari.in.7.meta.& diui Thomæ in pluribus locis, essentia rerũ naturalium est aliquod tertium resultans ex materia & forma coniunctis,quod non est accidens,sed substantia composita,& differt realiter a partibus etiam simul sumptis, sed auctor sequitur hic opinionem quorundam. demum declarat terminũ cõsiderationis eius,quod sequitur ex dictis,in vigesimasexta. Circa secundum autem,scilicet medium, præmisso ꝙ naturalis considerat de causis & quomodo in vigesimaseptima.primo determinat de causis docens quot sunt causę in vigesimaoctaua,quæ potissima inter illas in vigesimanona,& qui modi causarum, in trigesima.secũdo quomodo physicus se habet ad omnes illas causas, & quo ad considerationem,in trigesimaprima, & quo ad demonstrationem in trigesimasecunda. tertio declarat duo quæ supponuntur in prædictis.s.naturam agere propter finem,cum in naturalibus sit causa finalis,& hoc declarat in trigesimatertia,& necessariũ in naturalibus sumi ẽt ex fine quod ostendit in trigesimaquarta. quarto declarat tria quæ sequuntur ex modis causarum,in trigesimaquinta trigesimasexta,& trigesimaseptima. vltimo de quibusdam causis immanifestis, scilicet fortuna & casu,quid sit primũ in trigesimaoctaua, quid secundum in trigesimanona,ad quã causam reducuntur in quadragesima quę attribuantur fortunę in.41.42.43.44.& demum quomodo se habent ad naturalia in quadragesimaquinta.

INCIPIT LIBER TERTIVS DE MOTV IN COMMVNI, ET DE IIS, QVÆ CONSEQVVNTVR IPSVM MOTVM.

1 D *philoſophum naturalem pertinet tractare de motu.* 3.phyſi. t.c.1.

Motus enim ponitur in diffinitiõe naturæ.igitur ignorato motu,neceſſe eſt ignorare naturam.ſi autem non cognoſcimus naturam,ergo nec res naturales.oportet ergo tractare de motu.

2 *Motus eſt actus entis in potentia in quantũ huiuſmodi.* Te.c.6.

Quando.n.mobile eſt adhuc in termino,a quo incipit moueri,nondum mouetur.ſimiliter nec quando eſt in termino,ad quem peruenire vltimo debuit, tunc.n. motum eſt,& non mouetur.tunc aũt mouetur,quando eſt in actu,in quo prius non fuit ,& ſimul tendit ad vlteriorem actum,ad quem adhuc eſt in potẽtia,illud ergo, quod mouetur,eſt in actu imperfecto & tendit ad vltimum actum.reſpectu igitur actus imperfecti eſt in actu, reſpectu autem vltimi actus eſt in potentia.ſi autem ſiſteret in actu imperfecto non diceretur moueri, ſed quieſcere.Tunc aũt dicitur moueri cum exiſtens in illo actu, tendit in actum vlteriorẽ,motus ergo eius eſt ille actus, dum mobile tendit ad vlteriorem actum ad quem eſt in potentia.motus ergo eſt actus entis in potentia inquantum huiuſmodi.

3 *Motus eſt actus mobilis inquantum eſt mobile.* T.c.16.

Eſt.n.actus entis in potentia inquantum huiuſmodi hoc aũt non eſt niſi mobile inquãtum eſt mobile actu.i.

inquãtum actu mouetur. est ergo motus actus mobilis inquantum huiusmodi.

T.c. 17. *Motus est in mobili.* 4

Actus.n.est in eo, cuius est actus. motus aũt est actus mobilis, ergo est in mobili.

T.c. 18. *Idem est actus mouentis & mobilis.* 5

Idem est.n.quod mouens agẽdo causat, & quod mobile patiẽdo recipit, hoc aũt dicit actus vtriusq;, mouentis quidem inquantum aliquid agit, moti vero inquãtũ patitur, igitur vtriusq; est idem actus.

T.c.10. *Actio & passio sunt idem motus realiter.* 6

Idẽ.n.realiter est actus agentis & mobilis patientis. Actio aũt est actus agẽtis & passio patiẽtis. ergo vnus & idem actus est actio & passio. actus autẽ mobilis seu patientis ab agẽte est motus. actio ergo & passio sunt vnus motus realiter: Differũt autẽ ratiõe, quia hic actus vt est ab agẽte dicitur actio, vt autem est in passo dicit passio.

a.t.c.10 vsq; ad t.c.27. *Actio & passio realiter sunt in patiẽte tãq̃ in subiecto.* 7

Cum.n.sint idẽ motus realiter & ille motus sit in mobili patet, quod ambo realiter sunt in mobili & passo. Est n.ab agẽte nõ in agente. aliter moueretur agens eo motu, quo alterũ mouet. est ergo in passo tãq; in subiecto.

T.c. 24. *Ad philosophũ naturalẽ pertinet tractare de infinito.* 8

Infinitum.n.cõsequitur motũ sicut & quodlibet cõtinuũ. Cõtinuũ.n.est diuisibile in infinitum. Cum igitur philosophus naturalis consyderet de motu, vt dictũ est & de aliis cõtinuis puta magnitudine & tempore, patet quod ad ipsum spectat tractare de infinito.

a.t.c.41 vsq; ad t.c.56. s.t.pria t.3. *Infinitum corpus sensibile dari non potest.* 9

Omne.n.corpus sensibile est mobile; cum habeat materiam, q̃ est principium motus. ergo oportet oẽ sensibile corpus habere aliquẽ determinatũ motum. sed si esset infinitũ nõ posset moueri nõ quidem motu recto, quia

omnia loca occuparet,nec circulari.oportet.n.in motu circulari quod vna pars trãsferatur in locũ alterius.sed hoc nõ est possibile in infinito,quia oporteret dicere qđ infinitum pertrãsiretur. nam si ab vno eius pũcto protrahantur duæ lineæ distãtes tm̃ oportebit protrahere, quod distabunt in infinitũ.nũq̃; ergo poterit vna ad locũ alterius peruenire,nec ẽt partes eius mouerent̃ in eo quia non esset maior ratio quod moueretur versus vnã partem q̃; aliam,aut etiam circulariter,quia si esset corpus infinitum,in eo nõ esset inuenire nec mediũ nec vltimum.ergo nõ potest esse corpus sensibile infinitum.

10 *Infinitũ in multitudine nõ potest dari actu in natura.* s.t. pria t.4.

Loquitur aũt nũc in rebus materialibus , & probatur cõclusio hęc,tum quia omnis multitudo materialis est in aliqua specie numeri,cũ nihil sit in genere,quod non sit in aliqua specie.omnis aũt species numeri est actu finita,cum numerus sit multitudo facta per vnũ,tum qa omnis multitudo est aliquid creatum loquẽdo de multitudine actu existẽte,de qua est sermo,omne autẽ creatum sub certa intentiõe creantis comprehenditur & continetur sub certo numero,ergo datur tamen tale infinitum in potentia,quia augmentũ multitudinis sequitur diuisionẽ continui,quod in infinitum est diuisibile.

11 *Infinitum est,cuius extra semper est aliquid accipere.* T.c.62. 63.

Infinitũ.n.cũ aliquo modo sit & nõ possit actu esse, vt dictum est secundũ magnitudinẽ,oportet saltẽ quod sit potentia , vt sit actu magnitudo finita diuisibilis in partes infinitas.Dicitur igitur hæc magnitudo actu finita,infinita in potẽtia,qm̃ extra ipsam,vel extra id quod acceptum est si diuidatur,semper est aliquid accipere.est ergo ratio infiniti,quæ dicta est.

12 *Infinitum in diuisione facit,vt nõ detur tam parua magnitudo,quin minor possit dari.* T.c.59. 60.67.

Cũ.n.nũquã cesset diuisio data q̃cunq; magnitudine

quantumcunq; minima, illa poterit diuidi in partes, quę sunt minores toto, semper igitur quacunq; magnitudine data potest dari minor.

vbi su. *In appositione infinita non oportet excedere quamcunque magnitudinem finitam.* 13

Sint.n. duæ magnitudines decem pedum, & vna diuidatur in infinitas partes proportionales. verbi gratia diuidatur totum in medietates, & medietas in medietates & medietas iterum in medietates & sic in infinitũ, & semper pars extracta apponatur alteri lineæ. Cum ergo semper aliquid remaneat diuidendum de altera linea patet ꝙ linea, cui fit additio nunq; erit viginti pedum. ergo patet quod per additionem infinitam non exceditur linea viginti pedum, immo nec æquatur. In numeris autem nota quod datur minimus numerus, vt binarius, non autem maximus, quia numerus causatur ex diuisione continui. Cum ergo semper sit diuidere, semper numerus poterit augeri in infinitum.

4.phy. t.c.1. *Ad philosophum naturalem pertinet tractare de loco.* 14

Ad philosophũ naturalem pertinet tractare de motu, & de motu presertim locali, motus autem localis est in loco. ergo ad ipsum etiam pertinet tractare de loco.

T.c. 24. 25. *Aliquid potest esse in seipso secundum partes.* 15

Totum.n. aliquando denominatur propter partes. nã totus homo denominatur albus. licet non sit albus nisi secundum superficiem. quando ergo vna pars totius est in altera, dicitur etiam quod totum est in seipso secundum partes.

T.c. 26. *Nihil est in seipso primo & per se.* 16

Aliquid est in aliquo primo, quod est in eo nõ secundum partes, sed secundum totum, vt quãdo vinum est in amphora, per se autem est, quando non est in altero, quia alterum, in quo est, est in illo, sed per seipsum, vt quando homo est in naui anima eius est in naui per ac-

cidens,qa eſt in corpore,quod eſt in naui:ſed homo eſt ibi per ſe.nihil ergo eſt in ſeipſo ſecũdũ totum per ſe,qa oportet eſſe diſtinctionẽ inter id quod eſt in altero,& in quo eſt alterũ,aliter idẽ ſecũdum idem eſſet id,quod eſt in altero,& in quo eſt alterum.ꝑterea modi,quibus dicitur aliquid eſſe in altero,oſtendunt eſſe diſtinctionem inter illud,quod eſt in altero,& illud,in quo eſt alterũ. Nã dicitur aliquid eſſe in altero ſicut pars in toto ſicut totũ in partibus,ſicut ſpecies in genere, genus in ſpecie ſicut forma in materia.ſicut materia in forma.ſicut effectus in cauſa efficiente.ſicut in cauſa finali.ſicut in vaſe. & hic vltimus modus eſt maxime proprius. T.c. 23.

17 *Nihil eſt in ſeipſo primo,& per accidens.* T.c. 27.

Eſſet.n.in ſeipſo ꝑ hoc,quod aliquod corpus in quo eſt,eſſet in ipſo & ſic duo corpora eẽnt in eodẽ quod eſt falſum. Nota aũt quod ſi deus dicitur eſſe in ſeipſo intelligendũ eſt negatiue,quia non eſt in altero. 28.

18 *Locus non eſt forma,nec materia.* T.c. 36.

Materia.n.& forma ſunt partes rei locatæ locus autẽ non eſt pars ſed ſeparatus eſt a locato.non igitur eſt forma vel materia. 38.

19 *Locus non eſt ſpatium.* T.c. 37.

Spatium,dicebant antiqui quantitatem ſeparatam a ſubſtantia corporea quæ dicitur trina dimenſio.i.longitudo latitudo.& profunditas,quæ penetrabat corpora locata,& hic erat ſecundum eos locus eorum. Primo igitur ſequebatur quod accidens ſit ſeparatum a ſubſtantia.ſecundo quod loci eſſet locus, quia ſi vas transferatur,oportet quod in alio loco collocetur. Cũ igitur ſpatiũ eius ſit locus aquę vel vini,patet ꝙ locus ille in alio loco locabitur. Præterea quod corpus nõ ſit ſimul cum alio corpore, nõ eſt ratiõe formæ,nec ratiõe materiæ, quæ ſecundum ſe ſunt indiuiſibiles,ſed ratione dimenſionum. Dimenſiones igitur loci & corporis locati non

poterunt esse simul. ergo locus non est spatium.

T.c. 39. *Locus est terminus immobilis continentis primum.* 20

40.41. Cōtinens primum dico, quod nihil aliud continet p̄ter locatū. Aer.n. totus est locus hominis cōis. sed cōtinens primum est ille a quo aliquis homo continetur, ita quod nihil aliud ab eo est contentum secūdum vltimā superficiem, q̄ est terminus eius tangens corpus locatū, Ille igitur terminus dicitur locus, qui in se duo habet. s. materiale, quod est ipse terminus cōtinentis primum & formale, quod est respectus ad centrum terræ & ad polos mundi. Cū ergo dicitur quod est immobilis intellige quātū ad formale. semper.n. manet distātia eadē respectu centri & polorum mūdi. etiam si varietur superficies, vt patet in naui, quæ est in fluuio, vbi aqua semper fluit & facit diuersam superficiem. vnde locus est idē propter eandem formam, sicut quāuis partes hominis fluant, tamen manet idem homo propter eandē formā. Ex his sequitur quod cuicunq; corpori adiacet aliquod corpus continens ipsum exterius hoc est in loco simpliciter & per se, cui vero non adiacet aliquod corpus non est simpliciter & per se in loco quomodo autem sit in loco in sequenti conclusione, declaratur.

T.c. 43. *Vltima sphęra est in loco per partes.* 21

44. 45. Est.n. in loco aliquo mō, quia mouetur localiter non aūt est in loco sicut cætera corpora, quia non cōtinetur ab aliquo. Nō potest aūt dici melius cum aliquo mō sit in loco, quia mouetur localiter, q̄; quod sit in loco per partes. Totum.n. nō variat locum in motu circulari secundū rem, sed solū secundū rationem nisi per partes, quia partes variāt locum etiam secūdū rem. Dicatur ergo quod est in loco per partes, quæ quidē sunt in potētia in toto. Non.n. sunt actu diuisæ & designatę vnde ēt partes non sunt actu in loco sed potentia tantū inquantum possunt designari vel intelligi designatę. est ergo

22 in loco quomodo potest, omne autem corpus cui inest
aliud corpus cõtinẽs ipsum est in loco per se & in actu.
Omne corpus naturale fertur naturaliter in suum lo/ T.c. 48.
cum proprium, & ibi naturaliter quiescit. 49.
Locus enim proprius corporis est naturaliter proxi/
mus & similis ei, & eius cõseruatiuus & quasi totum re/
spectu locati, Vnumquodq; autem naturaliter fertur
ad suum proximum vel simile quod ipsum cõseruat, &
naturaliter quiescit pars in suo toto. igitur naturaliter
tendit corpus naturale ad suum locum, naturaliterq; in
23 eo quiescit.
Ad philosophum naturalem pertinet tractare de va= T.c.50.
cuo.
Quia.n.quidam crediderunt esse vacuum in natura
per easdem rationes, quibus probatur locum esse, iccir/
co pertinet ad philosophum naturalem tractare de va/
24 cuo, excludendo ipsum vacuum.
Vacuum significat locum, in quo non est corpus tangi= T.c. 50.
bile, quod est aptum natum ibi esse. 60.
Ita enim locuti sunt de vacuo antiqui, & ita nos intel
ligimus loqui.
25 *Vacuum non datur in natura.* T.c. 64.
Si enim vacuum esset maxime esset propter motum 65. 66.
localem, ne dum aliquid mouetur localiter contingat 67.
duo corpora esse simul. sed propter hoc non oportet po
nere quia saluatur motus localis in corporibus ceden/
tibus, vt in aqua, aere & igne, ergo non est ponendum
vacuum propter motum. quinimmo destrueret motũ.
nam motus naturalis est ad locum sibi similem & proxi
mum naturaliter, in vacuo autem nulla est proximitas.
ergo ibi nõ põt esse motus naturalis, & p cõsequẽs nec
violentus, qa remoto naturali remouetur violẽtus, eo
quod violentus motus est ille, qui est cõtra naturã. ergo

posito vacuo remouetur motus omnis.non ergo est vacuum ponendum.

T.c. 87. *Ad philosophum naturalē pertinet tractare de tēpore.* 26

Tempus.n.sequitur motum,& est mensura motus,& diuiditur quoq; ad modum motus.vnde sicut ad naturalem pertinet tractare de motu,ita etiam habet tractare de tempore.

T.c. 95. *Tempus non est motus,nec mutatio.* 27

Motus.n.& mutatio sunt in eo duntaxat,cuius sunt motus & mutatio,vel in loco vbi fit,sed tempus est similiter in omni loco & in omni re,igitur non est motus nec mutatio.

T.c. 97. *Tempus non est sine motu.* 28

Non.n.sentitur tempus nisi etiam motus sentiatur. grauiter.n.dormientes,& fortiter cōtemplantes nō sentiunt tempus,quia non sentiūt motū.Qui autem sentit motum, statim sentit etiam tempus.Tempus ergo non est sine motu.

T.c. 98. *Tempus est aliquid motus.* 29

Cum.n.tempus non sentiatur sine motu,& cum sentitur motus similiter etiā sentiatur tempus, necesse est, vel quod tēpus sit motus,vel quod sit aliquid motus, dictum est autem,quod non est motus,ergo est aliquid motus.s.mensura eius,vt infra dicetur.

T.c. 133 *Tempus sequitur motum localem.* 30

Vnū quodq;.n.mensuratur primo sui generis, inter oēs autem motus primus est localis, vt infra probabit̃. Tempus autem est mēsura motus,oportet igitur quod tēpus sit aliquid motus localis,& sequatur motū localē.

T.c. 133 *Tempus sequitur motum localem primi mobilis.* 31

Cum.n.tempus sit mensura motus oportet quod sequatur illum motum,a quo alii motus causantur, quia vnumquodq; mensuratur primo sui generis.motus au

tem primi mobilis est primus & causa omnium aliorũ, vt inferius ostendetur. ergo ad ipsum sequitur tempus.

32 *Motus localis nihil intrinsece parit in mobili.* 8.phy.t.

Per motum.n.localem non acquirimus nisi locũ vel esse in loco, locus autem est aliquid extrinsecum, & esse in loco nihil aliud dicitur realiter, q̃ locum & locatum, vt dictum fuit in primo libro conclusione.67.aliter sequeretur, quod quando aliquid moueretur localiter infinita accidentia in eo continue generarentur & corrumperentur, vt in sole, luna & stellis, quod nullo modo videtur esse verum. nihil igitur ponit intrinsece in mobili. c.59. s.t.pria. 110. ar. 3.

33 *Mobile in toto motu est idem subiecto & diuersum ratione.* 4.phy.t. c.104.

Nam cum nihil intrinsece acquirat, patet quod realiter subiectum nõ variatur in motu locali, de isto.n.semper loquimur, sed cum semper sit in alio & alio vbi, patet q̃ variatur secũdum rationem, quia semper habet diuersos respectus seu dispositiões, loca enim quæ variat, sunt diuersa realiter, sed subiectum intrinsece non variatur realiter.

34 *Motus localis est successio diuersorum vbi.* Cap. 2.

Vbi.n.ponit locum & locatum, quando vniuntur ad inuicem, sed sicut humanitas ponit animam & corpus.i. materiam & animam intellectiuam realiter, quãdo sunt vnita, & vnio nõ est nisi ens rationis, ita vbi dicit locatũ & locum vnita, & vnio non ponit aliquod tertium ens reale sed ens rationis. successio ergo istorum, vbi est motus. Cum.n.motus sit actus entis in potentia inquãtum huiusmodi, motus localis nihil aliud erit, nisi mutatam esse.i.esse in hoc vel in illo loco, ad quẽ id mobile peruenit inquantum adhuc ad aliud vbi, tendit. vnde continua successio istorum, vbi, est motus localis. d.6.q.1. ar.3.pri mũ cõ. Aliã p̃tẽ secũdæ cõclu. s.tho.4

35 *De motu non habemus nisi vnum indiuisibile.* phy.t.c

Cum.n.in quadã successione consistat, oportet quod 131.

pars præterita & pars futura non sit,illa.n.fuit.hæc autem nondum est.vnde semper remanet mobile in vno mutatũ esse,vel in vno vbi,quod est indiuisibile motus.vnde partes motus non remanẽt sicut partes lineę. Cum ergo dicatur quod motus sit diuisibilis:& de nũmero continuorum & in re nõ habeatur de eo nisi vnũ indiuisibile,patet ꝙ motus habet suam perfectionẽ ab anima continuante partes eius adinuicem, & diuidente eas.vnde remoto omni respectu ad animam nihil sunt partes motus:nisi quod per illud indiuisibile dicuntur esse:sicut & totus motus.anima autem est:quæ comparat partes eius adinuicem:& numerat eas secundũ prius & posterius:& diuidit motum & continuat partes eius adinuicem. Igitur & si motus sit extra animam quo ad aliquid indiuisibile reale: non tamen habet esse perfectum nisi ab anima.

4.phy. *In magnitudine in qua fit mot⁹ est prius & posterius.* 36

T.c. 99. Quia cum sit continua & positionem habeat in partibus:& de ratione positionis sit prius & posterius:sequitur quod in magnitudine sit prius & posterius.

T.c. 99. *Locus habet prius & posterius secundum magnitudinem in motu locali.* 37

Quia prior locus est vbi est prior pars magnitudinis & posterior vbi est posterior:& medius vbi est media. secundum magnitudinem igitur habet prius & posterius.

Vbi sup. *Motus localis habet prius & posterius ratione locorũ & magnitudinis.* 38

Prima.n.pars motus est in prioribus locis & in priore parte magnitudinis:& media in medijs: & vltima in vltimis.igitur ratione illorum habet prius & posterius.

Vbi.s. *Prius & posterius in motu non differunt nisi secundum rationem a motu.* 39

Prius.n.in motu:quantum ad id:quod est nõ est nisi

prior pars motus:quæ non differt realiter a motu.& similiter posterius est posterior pars.sed differunt ratione.quia motus secundum se est actus entis in potentia: inquantum huiusmodi. Quod autem in eo sit prius & posterius est ex ordine partium magnitudinis.

40 *In tempore est prius & posterius proportionabiliter secundum motum.* Vbi.s.

Iam.n.dictum est:quod tempus nõ separatur a motu & cum sentitur motus simul etiam sentitur tempus. vnde etiam eodem ordine sentitur tempus & motus. Dicimus etiam priorem partem motus esse factam in priori parte tẽporis & posteriorẽ in posteriori,est ergo in tempore prius & posterius sicut & in motu.

41 *Tempus sequitur motum secundum rationem prioris & posterioris.* T.c.100

Non.n.sequitur motum absolute:quia nõ sentimus tempus quando sentimus motum absolute. nisi.n. in motu determinares prius & posterius:nunquã sentires tempus ratiõe ergo prioris & posterioris sequit̃ motũ.

42 *Tempus est numerus motus.* T.c.101

Nunquam.n.sentimus tempus,nisi quando numeramus partes prioris & posterioris motus. Cum ergo tempus sit aliquid motus:vt iam dictũ est:patet quod non est nisi numerus motus:cum numerando motum statim sentiamus tempus.

43 *Tẽpus est numerus motus secundũ prius & posterius.* Vbi.s.

Si.n. acciperemus vnũ nunc:quod esset principium posterioris & finis prioris:nunquã diceremus fieri tps: quia ptẽ priorẽ & posteriorẽ mot⁹ nõ sentiremus.tunc aũt sentimus tps cũ numeramus vnũ motũ post alterũ, est ergo numerus motus ₒm prius & posterius ĩ motu.

44 *Tempus & motus non differunt realiter.* T.c.102

Cũ.n.tẽpus sit numerus:iam non est numerus: quo

numeramus, quia ille est in anima solum. est ergo numerus numeratus.i.res numerata. Cum ergo nõ sit nisi numerus motus, patet quod est motus numeratus. Nõ differunt autem realiter motus numeratus, & numerus motus numerati. Item etiam cum prius & posterius in motu nõ differãt realiter a motu, & tempus sit prius & posterius numerata in motu, patet quod tempus a motu realiter differat.

T.c.131 *Tempus sine anima habet esse imperfectum.* 45

Sicut.n.motus non habet esse nisi secundum vnum indiuisibile eius extra animam, & perfectio eius accipitur ab anima considerante, ita & tempus, quod est idem realiter cum motu, nõ habet nisi vnum indiuisibile extra animam. perfectionem autem habet ab anima numerante & ordinante prius & posterius.

vbi su. *Anima non existente non oportet non esse tempus.* 46

Nam anima nõ existente poterit esse motus, qui & si nõ numeretur actu, erit tamen aptus natus numerari ab anima, quæ poterit esse. est ergo sine anima vtcũq;.i.imperfecte. Si autem anima non posset esse, nec posset esse tempus, quia nõ posset esse numerus. nam motus non esset numerabilis si nihil esset, quod posset numerare.

Instans non differt a mutato esse realiter. 47

Instans.n.ita se habet in tempore sicut mutatum esse in motu. sicut.n.mutatum eẽ est terminus motus, ita ẽt nunc est terminus temporis. ergo a cõmutati proportione, ita se habet nũc ad mutatum esse, sicut tempus ad motum. tempus autem nõ differt realiter a motu. ergo nunc nõ differt realiter a mutato esse, igitur in tantũ mutatum esse dicitur nunc vel instans, inquãtum terminat partes motus, prout sunt ab anima numeratæ.

T.c.103 104. *Nũc temporis idem est subiecto in toto tempore & diuersum ratione.* 48

Cum.n.sit idem nunc quod mutatum esse & mutatũ

esse sit ipsum mobile secūdum quod est sub tali, vel tali dispositiōe, quod quidem manet in toto motu idē subiecto & diuersum secūdum rationem, patet quod instās est idem quod ipsum mobile realiter. Mobile igitur secundum se nō est mutatum esse, sed secundum quod est sub tali dispositione, qua terminat partes motus inquātum est motus. at secūdum quod est sub tali dispositiōe, vt terminet partes motus inquātum est ab anima numeratus. sic est ipsum instans. Cum igitur sit semper idem realiter in toto motu & diuersum ratione, secūdū quod est semper sub alia, vel alia dispositiōe locali, patet quod instans est idem realiter in toto motu & differt ratione, quia fundamentum reale ipsius instantis semper manet idem, sed ratio est diuersa.

49 *Tempus non est sine nunc, nec nunc absque tempore.* T.c.105

Tempus.n.& nunc se habent, sicut motus & mobile, sed motus nō est sine mobili nec ecōuerso, ergo nec nūc sine tempore, nec econuerso.

50 *Tempus est continuum ipsi nunc.* vbi su.

Sic.n. se habet nūc ad tempus sicut mobile existēs sub vna dispositione in motu ad ipsum motum, mobile autem sic se habens cōiūgit partes motus.s. priorem cum posteriori ita quod ambæ cōtinuantur ad ipsum mobile sic se habens, tanquā ad vnum terminum cōmunem, ergo eodem modo cōtinuat & coniungit partes temporis. igitur est continuum ipsi nunc.

51 *Nunc non est pars temporis.* T.c.107

Sicut.n. mobile nō est pars motus, sed est indiuisibile motus tāq̃ terminus continuās motum, ita & nūc est indiuisibile in tempore & nō est pars temporis. sed est in tempore sicut punctus in linea.

52 *Tempus potest dici longum vel breue.* T.c.108

Cōtinuo.n. competit longitudo ac breuitas: tempus autem est cōtinuum eo quod est idē realiter quod mo-

tus qui est continuus. ergo potest dici longũ vel breue, & eadẽ ratiõe potest dari in tempore minimũ ſm multitudinẽ vt vnũ vel duo puta vnus annus aut duo, non tñ minimum ſm magnitudinẽ quia cuiuslibet tpis dati est accipere partes in quas diuiditur ſicut & in motu.

vbi ſu. *Tempus dicitur multum vel paruum.* 53

Eſt.n numerus cui conuenit multum & paucum.

vbi ſu. *Tempus neque tardum eſt neque velox.* 54

Velox & tardũ competit alicui ſecũdum quod menſuratur tempore. Velox.n. dicitur quod in paruo tẽpore magnũ trãſit ſpatium. tardum vero, quod in magno tpe paruũ trãſit ſpatiũ. ſi ergo tps diceretur tardũ, vel velox ſeipſum determinaret & mẽſuraret. qd eſt falſum ergo.

T.c.110 *Tempus per comparationem ad temporalia eſt vnum & idem.* 55

Non.n. diuerſificatur ſecũdum diuerſa mobilia, aut temporalia, omnia temporalia poſſunt vno & eodẽ tempore menſurari. hæc.n. dies menſurat omnia, quæ ſunt vel mouentur in hac die. igitur reſpectu temporalium tempus eſt vnum.

vbi ſu. *Tempus eſt diuerſum ſecundũ diuerſas partes motus.* 56

Nam cum ſequatur motũ, vel ſit realiter ipſe motus, oportet, quod ſicut prima ps motus eſt diuerſa a media & vltima, ita & prima pars tẽporis ſit diuerſa a prima & vltima ergo diuerſificatur ſecũdũ diuerſas ptes motus.

T.c.111 *Tempus non iteratur idem numero, ſed ſpecie.* 57

Cũ.n. ſit motus & diuerſificetur ſicut motus, & motus nunq̃ iteretur idem numero, ſed ſpecie tantũ. ſequitur etiam quod tempus non iteretur idem numero, ſed ſpẽ.

T.c.112 *Tempus aliquando menſuramus per motum.* 58

Nã ſemper menſuramus per aliquid notius eo quod mẽſuratur. aliquãdo etiam motus eſt notior nobis ipſo tempore. ergo. Vnde etiam motum ſæpe menſuramus.

ex magnitudine viæ,& magnitudinem viæ ex motu,vt cum dicimus tuus motus fuit magnus,quia hæc est magna via,& hoc tempus fuit magnum,quia hic fuit magnus motus & aliquando econuerso.

59 *Tempus mensurat esse & durationem motus determinando ad aliquam partem motus, quæ totũ mensurat.* T.c.114

Esse.n.motus in successione consistit sicut & eius duratio,tempus autem mẽsurat successionem & quia vnũquodq; mẽsuratur aliquo sui generis,sicut cubitus viæ mensurat totam viam,iccirco optime tunc tempus mẽsurat motum, cum determinat aliquam eius partem, per quam numerando mensurat totum.est enim numerus motus.

60 *Quies mensuratur tempore.* T.c.113 117.

Est.n.quies priuatio motus,& priuatio cognoscitur per habitum,ideo quies mensuratur tẽpore,quo mẽsuratur motus.nã ex mẽsura motus cognoscitur mẽsura quietis mobilis inquãtum mobile.hoc.n.est mẽsurabile tpe,quies ergo per accidens.i.per alterum mensuratur tẽpore. Idẽ dico de quiescẽte,nõ.n.oportet q̃ oẽ quod est in tẽpore,quod est mẽsurari tempore,moueri.tẽpus n.nõ est motus sed numerus motus. In hoc aũt numero põt esse mobile quod nõ mouetur, qa est aptũ natũ moueri,& vt sic mẽsuratur tpe,quia est aptũ natum moueri,in hoc vel in illo tempore.

61 *Res quæ non sunt motus non mensurantur tempore nisi inquantum motui subduntur.*

Non.n.mensurantur secundum esse suum vel substãtiam nisi inquantum successio ei coniungitur,quia tempus est numerus & mensura motus per se.ratione igitur motus mensurat alia.

62 *Res esse in tempore est ipsas mensurari tempore.* T.c.115 116.

Non enim esse in tempore est idem quod esse simul

cum tempore, quia eadem ratiōe esse in aliquo esset idē quod esse simul cum eo. hoc autem modo cœlū esset in grano milii, quia est simul cum eo. nec res potest dici eē in tēpore sicut accidēs vel passio est in subiecto, vel pars in toto. hoc.n. modo prius & posterius & instans sunt in tempore. oportet ergo dicere quod res sunt in tpe tanq̄ in mēsura, quia mensurātur tempore sicut decem homines in numero denario tanq̄ numerati ab ipso.

T.C.117 *Omnia, quę sunt in tempore concluduntur sub tēpore.* 63

Cum.n. sint in eo tāq̄ in numero & mensura, & nihil sit in numero quod non includatur sub eo, hoc modo, q̄a potest semper maior numerus accipi, oportet quod omnia, q̄ sunt in tempore cōcludantur sub tempore, ita quod semper est accipere maius tēpus q̄ eorū duratio.

vbi.s. *Omnia, quæ sunt in tempore patiuntur & tabescunt sub eo.* 64

Longitudine.n. temporis res deficiūt senescūt & corrumpūtur & tempus dicitur causa horum defectuū, tūc quando nō apparet manifesta causa illorum, & hoc cōpetit ei, quia est numerus motus, de cuius ratiōe est quod faciat distare mobile a prima sua dispositione, & sic causatur defectus, vel corruptio quædam, & quāuis aliquādo motus ad perfectionem ducat, hoc tamē non est de ratiōe eius inquātū est motus sed inquātū est finitus. vñ oīa, quæ sunt in tempore dicūtur aliquo modo deficere sub eo, q̄uis hoc in diuersis diuersimode inueniatur.

T.C.118 *Ea, quę sunt, semper non sunt in tempore.* 65

Cum.n. eorum duratio sit infinita nō potest cōcludi sub tpe & ideo nō erit in tempore, quia omnia q̄ sunt in tempore, concludūtur sub tempore, vt dictū est supra.

s.tho. eo.tex. *Corpora cælestia quantum ad substantiam nullo modo sunt in tempore nisi per motum localem.* 66

Non.n. augmentātur, vel corrumpūtur, vel alterātur

proprie

proprie. substantia. n. eorum est semper, cuius signū est, quia non tabescūt etiam in longissimo tempore. nō igit̃ in tempore sunt nisi inquantum mouentur localiter.

67 *Substantię separatę non sunt in tempore.*

Non. n. mensurantur tempore cum non moueantur proprie, nec quiescant, & cum sint semper. quæ aūt sunt in tempore mensurantur tempore, in tempore igitur nō possunt esse.

68 *Necessaria non sunt in tempore, nec impossibilia.* T.c.120

Necessaria. n. semper sunt & non possunt claudi sub tempore. impossibilia autem nunq̃; sunt. vnde a nullo tempore clauduntur, quia eorum non esse nō clauditur tempore. neutra eorum ergo in tempore sunt.

69 *Ea quę non sunt impossibilia esse sunt in tempore.* vbi su.

Sunt. n. in tempore, quia mensurantur tempore, eo quod eorum generatio claudatur sub tempore. non esse n. eorum vsq; ad esse mensuratur tempore.

70 *Omnis mutatio est in tempore.* T.c.129

Quia omnis mutatio mensuratur tempore, tardum n. & velox mensuratur tempore, & similiter esse in quo inuenitur prius & posterius secundum successionē. oīs aūt mutatio est velox vel tarda, & in ea inuenitur prius & posterius secundum successionem partiū. igitur est in tp̄e, & similiter oē quod mutatur vel quiescit est in tp̄e.

71 *Tempus vbique est.* T.c.130

Cum. n. tēpus non solū mensuret motum, sed etiam quietē, & omnia corpora mobilia inquātum mobilia, & cum omnia corpora sint mobilia, patet quod tēpus est in omnibus corporibus tanquam mēsura in mēsuratis. Et hæc de motu, & consequentibus motum sufficiant.

Explicit liber Tertius de motu & iis, quæ motum consequuntur.

Postilla in tertium librum.

Consideratis principiis tam subiecti q̃ scientiæ, sequitur cōsyderatio de ipso subiecto, siue de passiōe prima illius quæ est motus, de quo in hoc libro, & simul de consequentibus ad ipsum.s.infinito, loco, & tempore. Quo ad ipsum motum in cōmuni pręmisso ꝙ eius cōsyderatio spectat ad naturalem in.1.cōclusione, primo diffinitur duabus diffinitionibus quibus declaratur natura eius, altera in conclusione.2.altera in.3.ex qua deducit in.4.quod est subiectum eius. Secundo quomodo se habet ad actum mouentis in.5.tertio q̄uo se habet ad actionem & passionem in.6.ex qua deducit in.7.in quo sunt hæc subiectiue. Quo ad infinitū quod sequitur motum intrinsece, præmisso ꝙ spectat eius cōsyderatio ad naturalem in.8.primo declaratur quæstio an est, in infinito quidem ſm magnitudinem in.9.in infinito vero ſm multitudinem in.10.secundo declarat quæstionem quid est in.11.Tertio declarat duo quæ dicuntur de infinito, alterum de infinito ſm diuisionem in.12.alterū de infinito ſm appositionem in.13. Quo ad locum qui sequitur motum extrinsece tanq̃ mensura mobilis, p̄misso ꝙ debet consyderari a naturali in.14.declarat primo q̄uo aliquid potest esse in seipso in.15.& quomodo nō in.16.&.17.hæc.n.deseruiunt ad inuestigandum diffinitionem loci. Secundo venatur ipsam diffinitionem, prius ostendendo quid non est in.18.&.19.postea quid est in.20.Tertio declarat quomodo aliquid est in loco, & specialiter vltima sphæra de qua est dubium in.21. quarto assignat rationem cuiusdam proprietatis loci in 22.Et quia vacuum reducitur ad locum, consequenter determinat de illo, & primo ostendit ꝙ eius consyderatio spectat ad naturalem sicut alia prædicta in.23.Secūdo assignat quid nominis eius.non.n.habet quid rei in 24.Tertio ex hoc ostendit nō dari ipsum in rerum na-

tura in. 25. Quo ad tempus quod ſequitur motũ vt men ſura eius præmiſſo ꝙ eius conſyderatio pertinet ad naturalem in. 26. incipit ab eius diffinitione & declarato quomodo ſe habet ad motum in. 27. &. 28. oſtendit primo ꝙ eſt aliquid motus, ſcilicet conſequens ipſum in 29. ſecundo inueſtigat quem motum conſequitur in cõmuni quidem in. 30. in ſpeciali vero in. 31. tertio interponit comparationem inter motum localem & ſuum mobile in. 32. &. 33. deducens ex dictis, quid ſit motus localis in. 34. & ex hac diffinitiõe quid habemus actu de motu in. 35. quarto inueſtigat aliam particulam diffinitionis eius. ſ. prius & poſterius, oſtendens quomodo ſunt in magnitudine loco, motu, & tempore ordine quodã, ſcilicet in ſecundo horum per primum & ſic de aliis in 36. 37. 38. 39. 40. & quomodo tempus ſequitur motum penes hæc in. 41. Ex dictis colligens duas diffinitiones temporis, alteram incompletam in. 42. alteram perfectam in. 43. inferens in. 44. identitatem eorum inter ſe, licet quidam alii teneant ea diſtingui realiter. Demũ cõparat ipſum ad animam oſtendẽs quomodo poteſt eſſe vel non eſſe ſine illa in. 45. 46. Et quia nunc eſt terminus temporis conſequenter agit de ipſo, declarans primo quid ſit in. 47. ſecundo eius vnitatem in. 48. tertio aſſignat rationem trium quæ ſibi attribuuntur in. 49. 50. 51. Aſſignat deinde rationem eorum quæ dicuntur de tempore, quæ quidem ſunt in triplici differentia, quædam enim important paſſiones quantitatis, vt eſſe longum breue & huiuſmodi de quibus agit in. 52. 53. 54. Quædam pertinent ad vnitatem & diuerſitatem ipſius temporis, de quibus in. 55. per reſpectum ad temporalia, & in. 56. 57. per reſpectum ad motum, quoddam vero ad eius cognitionem, de quo in. 58. vltimo agit de tempore per reſpectum ad ea quæ ſunt in tempore primo oſtendens quomodo mẽſurantur tempore, quo ad motum quidem in. 59. quo ad quietẽ in. 60. quo ad alia

in.61.subiungens quid est talia esse in tempore in.62. secundo ponit duas conditiones eorum.in.63.64.tertio declarat quæ non sunt in tempore in.65.66.67.68. quarto quibus competit esse in tempore vniuersaliter loquendo in.69.70.deducens tẽpus esse vbiq; in.71.

LIBER QVARTVS PHYSICORVM DE SPECIEBVS ET PARTIBVS, ET DIVISIONE MOTVS.

5.phy.t. c.1.2.5. *Ransmutans dicitur tripliciter.* 1

Quædam.n.per se transmutant,vt cum ædificator ædificat,quædam per accidens,vt cum album ædificat,q̃dã secundum partem,vt cum aliquis percutit pugno & eadem potest fieri diuisio de tranimutabili,& de termino transmutationis.

T.c. 3.4 *Mobile per se est alterum ab vtroque termino.* 2

Nam mobile mouetur.termini autem nõ mouentur, est igitur alterum ab illis.dico autem per se,quia posito quod frigidum moueatur ad calidum & frigidũ sit terminus a quo,est tamen per accidens & non per se.

T.c.4. *Mutatio magis denominatur a termino ad quem q̃ a termino,a quo.* 3

Terminus.n.a quo per motũ aufertur. vnde motus videtur ei repugnare & cum tendat ad terminũ ad quẽ, conuenientiam videtur habere cum eo.magis igitur ab eo denominatur.

Te.c.6. *De mutatione per accidens non est scientia.* 4

In infinitum.n.potest variari, quia infinita vni pos-

sunt accidere. de infinitis autem nō est ars, neq; scientia, igitur de mutatiōe per accidens scientia esse non potest.

5 *Mutationis tres sunt species.* T.c. 7.

Mutatio.n. aut est ex subiecto affirmato in subiectum affirmatum, aut ex subiecto in nō subiectum, aut ex nō subiecto in subiectum: nulla autē est quæ fit ex nō subiecto in non subiectum, quia omnis mutatio est inter opposita, nō subiectum autem, & nō subiectum non sunt opposita. Tres igitur tantum species eius sunt.

6 *Mutatio, quę est ex non subiecto in subiectum vel ex subiecto in non subiectum, dicitur dupliciter.* T.c.7.

Hæc.n. mutatio est generatio vel corruptio quæ dicūtur simpliciter & secūdum quid, simpliciter autem dicitur illa generatio quæ est in substantiis in qua quidem subiectum est in potētia tantum. secundum quid autem generatio dicitur, quæ est in accidētibus, in qua subiectū est ens in actu, & similiter dicēdū est de corruptiōe.

7 *Generatio non est motus.* T.c.8.

Si.n. generatio esset motus, quod generatur, moueretur, sed quod generatur nō est. Nam est in potentia ens & non actu, nec simpliciter ens. quomodo ergo mouebitur, non est igitur generatio motus.

8 *Corruptio non est motus.* T.c.8.

Omni.n. motui contrarium est vel quies vel motus. generatio aūt est contraria corruptiōi, & non est quies, nec etiam motus, vt probatum est, ergo nec corruptio est motus.

9 *Mutatio de subiecto in subiectum est motus.* T.c.9.

Motus.n. est mutationis spēs, & cū nō fit in subiectis negatis, vt ꝓbatū est, qa nec gñatio nec corruptio sunt motus. ergo in affirmatis erit. s. de subiecto in subiectū.

10 *Motus non est in substantia.* T.c. 10.

Motus.n. est de cōtrario in contrarium. Cōtrarietas

autem nō est substantia. contraria enim proprie sunt ea quæ sunt sub eodem genere maxime distantia, ita quod intra illa concludantur omnia alia, quæ in illo genere continentur, & ab vno extremo nō fiat transitus ad alterum, nisi per aliqua, quæ sunt in medio cū quadam continuatione, idest cum intensiōe & remissiōe formæ, vt est album & nigrum, inter quæ omnes alii colores includuntur. in substantiis autem non inuenitur hoc & maxime transitus per media, presertim cum illa cōtinuatione, vnde in eis nō est proprie contrarietas, nisi secundum cōmunem radicem cōtrarietatis, quæ est excellētia & defectus, & per consequens nec motus erit in eis.

T.c. 10. *Motus non est in ad aliquid.* 11

Nullus enim motus terminatur ad relatiōnē per se, quia relatio aduenit rei nulla omnino mutatione facta in re. In quocunq; autem genere est per se motus, nihil de illo genere potest aduenire alicui nisi per motum, sed aliquis fit similis alteri, & æqualis, quando nō mutatur, solum in illo altero mutatione facta, non potest igitur esse motus in ea. Vnde nec etiam est motus in situ, nec in habere proprie loquendo, quia omnia dicunt quēdā ordinem, qui est relatio.

a.t.c.10. vsq; ad t.c.18. *Motus non est in actione & passione.* 12

Cum enim actio & passio conueniant in vna substantia motus, si motus per se esset ad actionem, & passionem, sequeretur quod motus esset ad motum, & terminus motus per se esset motus, quod est incōueniens, qa sic procederetur in infinitum. non ergo est motus in eis ex quo etiam sequitur quod motus nō est in quando, quia tempus non differt realiter a motu.

T.c. 18. *Motus est per se in qualitate.* 13

Hic.n. manifestissime est cōtrarietas proprie dicta & maxime in tertia specie qualitatis. de qua quidem locuti sumus in decima cōclusiōe. nihil ergo prohibet motus

esse proprie in qualitate, quia est de contrario in cōtrarium & de affirmato in affirmatum.

14 *Motus est per se in qualitate.* T.c. 18.

Nam motus per se etiam terminatur ad quantitatem, quia & si cōtrarietas non inueniatur ita proprie in quantitate, sicut in qualitate, tamen quantitas aliquam habet contrarietatem, inter quam est motus, in ea enim non est maxima distantia secundum communem rationem quātitatis, quia sic in infinitum potest augeri & minui, sed in determinatis speciebus rerum naturalium quantitas determinatur, quia verbi gratia, datur aliqua minima quantitas, citra quam nō potest subsistere natura humana, & aliqua maxima, supra quam non potest inueniri, sub omnibus autem mediis inueniri potēst, & secundum hoc attenditur in quantitate cōtrarietas & per consequens potest ibi esse motus.

15 *Motus per se est in vbi.* T.c. 18.

Nam in vbi est etiam cōtrarietas, licet non ita proprie sicut in qualitate, vnde maxima distantia nō attenditur hic secundum communem rationem loci, sed per cōparationem ad motum rerum naturalium, ita quod illi sunt termini maxime distantes, a quorum vno mobile incipit moueri, & ad alterū terminatur, siue motus naturalis sit, siue violētus. In isto.n.motu nō inueniuntur termini magis distantes. est ergo motus in vbi.

16 *Motus sunt tantum tres species.* T.c. 10.

Motus enim reducitur ad prædicamentum sui termini, a quo denominationem habet & speciem, sed motus est tantum in tribus prædicamētis, vt probatum est, ergo tres sunt tantum species, seu denominatiōes motus, videlicet in qualitate, qui dicitur alteratio, quæ ēt sub se habet species, vt calefactio albatio &c. & in quantitate q dicitur augmentatio, vel diminutio & in vbi, qui dicitur motus localis, qui est vel circularis vel rectus.

T.c. 20. *Immobile multipliciter dicitur.* 17

Primo dicitur immobile, quod nullo mõ est aptum natum moueri vt deus. secundo quod incœpit moueri sed cum difficultate mouetur & tarde, vt claudus, tertio quod cum difficultate incipit moueri, vt lapis magnus. quarto quod potest moueri & nõ mouetur, quando est aptum natum moueri secundum eam partem ßm quã est aptum natum moueri, & eo mõ quo est aptum natũ moueri, & hoc mõ dicitur immobile priuatiue & dicitur quiescere, & per hunc modum quies cõtrariatur motui.

a.t.c.31 vsq; ad t.c.42. *Motus dicitur vnus tripliciter.* 18

Primo dicitur vnus genere, & illi motus sunt vnus genere, qui sunt in eodem prædicamento. Secundo specie & sunt illi motus, qui sunt eiusdem speciei. Tertio numero, ad quã vnitatem requiritur vnitas mobilis & temporis & viæ, vel magnitudinis, quo ad motum localem, & termini, quo ad omnem motũ. nam motũ esse vnum numero est ipsum esse cõtinuum, & sic quæ requiruntur ad eius cõtinuitatem, requiruntur ad eius vnitatem naturalẽ, cõtinuus autem esse nõ potest nisi illa oĩa concurrant, requiruntur igitur ad eius vnitatem.

a.t.c.46 vsq;.49 *Contrarietas in motu proprie attenditur secundum terminos.* 19

Nam ad hoc quod sint. contrarii proprie requiritur, quod a cõtrariis terminis ad contrarios terminos accedant. Motus.n. qui est ab albedine in nigredinem cõtrariatur illi, qui est a nigredine ad albedinem. propria.n. ratio motus est, quod sit mutatio q̃dam a termino affirmato ad terminum affirmatum. oportet aũt cõtrarietatem aliquorum accipere secũdum propriam speciem & rationẽ eorum. ergo secundum terminos attenditur.

T.c. 51. *Mutationes in rebus habentibus proprie contrarietatem contrariæ iudicantur secundum terminos ad quos.* 20

Mutationes autem voco in his rebus generationem & corruptionem secundum quid.i.in accidentibus,vt cũ ex nõ albo fit album,tunc dicitur mutatio cum albedo introducitur.nam & si precedant dispositiões quædam, tamen in instãti fit eius introductio & generatur albus, ideo autem cõtrarietas attenditur secundum terminos, ad quos in huiusmodi,quia termini ad quos sunt affirmatiui & possunt esse cõtrarii.Termini autem a quibus sunt negatiui.vnde secundum eos nõ attenditur cõtrarietas.si ergo termini ad quos sunt cõtrarii,& mutationes sunt contrariæ,vt albatio.i.mutatio ad albedinem, & denigratio.i.mutatio ad nigredinem.

21 *Mutationes in substantiis sunt contrarię quando vna accedit ad vnum terminum, a quo altera recedit.* T.c. 51.

Generatio.n.est contraria corruptioni hoc mõ,generatio nanq; procedit a non esse ad esse, & corruptio ab esse ad nõ esse, generatio autem & corruptio sunt ipsæ mutationes in substantiis.isto igitur modo contrariantur huiusmodi mutationes.

22 *Motui contrariatur quies.* T.c. 53.

Quies.n.est priuatio motus,vt dictum est.prima aũt radix contrarietatis est habitus & priuatio. igitur quies contrariatur motui.

23 N*on oĩs motus est cõtrarius omni quieti,nec ecõuerso.* T.c. 54.

Quieti.n.secundum qualitatem non cõtrariatur motus localis,immo stant simul.

24 Q*uies in termino a quo, est contraria motui qui est ab illo termino.* T.c. 54.

Aut enim est contraria quies,quæ est in termino ad quem,motui, qui est ad illum terminum,aut sicut dicit conclusio,non primum,quia talis quies est,ad quã tendit motus & est perfectio motus & fit per motum & cũ motu.ergo oportet quod illa sit ei contraria,quæ est in

termino, a quo motus incipit & mobile recedit.

T.c. 55. *Mutationi contrariatur non mutatio.* 25

Non.n.contrariatur ei quies, quia quies est priuatio motus proprie loquendo. oportet ergo tale contrarium esse non mutationem.

T.c. 56. *Quies violenta est contraria motui naturali.* 26

57.58. Quia quies in termino, a quo est contraria motui ab eodẽ termino & similiter; dicẽdũ est de quiete naturali & motu violento, ergo.

T.c. 61. *Quies violenta non generatur.* 27

Quia generaretur a motu violento, qui est tardior in fine, sed generatio per motum est velocior in fine, ergo per violentum non generatur quies, sed fit per defectũ virtutis agentis vel aliud impediens.

T.c. 62. *Motui magis contrariatur motus q̃ quies.* 28

Quia quies in termino a quo, q̃ contrariatur motui, qui est ab eodẽ termino, habet aliquam similitudinẽ cũ eo, quoniam illud quod mouetur non statim abiicit terminum, a quo, sed aliqualiter dicitur quiescere in eo in principio motus antequã peruenerit ad terminũ ad quẽ licet non proprie in eo quiescat, sed motus non habet similitudinem aliquam cum suo cõtrario motu. magis igitur contrariatur motus motui, q̃ quieti.

T.c. 54. *Quies quieti contrariatur.* 29

Cum.n.quies cõtrarietur motui & motus motui sit cõtrarius, necesse est etiam quietes contrariari.

T.c. 54. *Quietes illæ sunt contrariæ, quæ sunt in contrariis terminis.* 30

Terminos.n.cõtrarios requirunt priuationes cõtrariæ. Cũ igitur quietes cõtrariæ sint, priuatiões cõtrariç, patet ꝙ contrariæ quietes sunt in contrariis terminis.

T.c. 22. *Illa se tangunt, quorum vltima sunt simul.* 31

Dico autem ea esse simul secundum locum quæ sunt

in eodem loco proprio, non autem si sint in loco cōmuni, quia aliter omnia, quæ sunt in aere vel in cœlo essent simul. Separata autem illa dicuntur, quæ nō sunt in eodem loco proprio, itaq; illa, quæ se tangunt habent hoc modo vltima simul. Sic.n. consueuimus dicere aliqua se tangere.

32 *Illa se habent consequenter, quorum vnum est post alterum, & inter ipsa nullum est medium eiusdē generis.* T.c. 25.

Medium autē voco illud in quod primo illud quod mouetur est aptum natum peruenire q̄; in vltimum, vnde ad minus est inter duo extrema. Dicimus ergo illa consequenter se habere, inter quæ nullum est medium eiusdem generis, etiam si sit aliquod mediū, vt domus dicitur se consequenter habere ad domum, quando nulla domus est inter ipsas, & si nullum omnino sit mediū inter ea, dicuntur habita.

33 *Continua sunt, quorum vnus est terminus.* T.c. 27.

Hic.n. terminus est, qui continuat partes adinuicem, ita quod est principiū vnius partis & finis alterius. Ideo cōtinuus motus est ille, in quo nō est interpolatio temporis aut magnitudinis.

34 *Nullum continuum ex indiuisibilibus componitur.* 6.phy.t.c.1.

Si enim continuum componeretur ex indiuisibilibus, oporteret esse hoc altero trium modorum, scilicet vel per contactum indiuisibilium vel per continuationem, vel per consequenter se habere. sed non potest esse secundum primos duos modos, quia indiuisibilia non habēt vltima, & si se tangerent, necesse esset, quod non in vltimis se tangerent, sed totum tangeret totum. At hic contactus non facit continuationem partium, quia partes continuæ requirunt diuersum situm, nec potest esse per consequenter se habere, quia si indiuisibilia consequenter se haberent, cum non possint se tangere, esset inter ea aliquod medium. sed illud non potest T.c. 2.3

esse indiuisibile, quia eade3 ratione quæreretur de isto medio qualiter cum altero indiuisibili faciat continuũ. ergo erit diuisibile. sed diuisibile inter extrema indiuisibilia positum si dicitur facere continuu3 oportet quod sit eiusdem generis cum extremis. Non. n. linea continuat instantia temporis, nec tempus puncta. medium ergo inter puncta erit linea & inter instantia tempus. & similiter dicendum est de cæteris continuis. si aute3 sit inter indiuisibilia tale medium patet ex dictis quod nõ se habent consequenter. ergo nec faciunt continuu3 per consequenter se habere. nullo ergo modo ex indiuisibilibus componitur continuum.

a.t.c.s. vsq; ad t.c.10. *Motus non componitur ex indiuisibilibus.* 35

Et si. n. motus sit continuus, non tamen permanent partes eius sicut partes magnitudinis, ideo sit de eo specialis ratio. Nam oportet, quod si magnitudo non componitur ex indiuisibilibus, quod nec motus componatur, quia motus diuiditur, sicut & magnitudo. sit ergo magnitudo composita ex diuisibilibus a.c.d. idest ex. a. &. c. &. d. & sit motus compositus ex indiuisibilibus. e. f. g. Cu3 igitur prima pars motus rñdeat primæ parti magnitudinis, & secunda secundæ, & tertia tertiæ, vt dictũ est in superiore libro conclusione. 38. & respondebit ipsi. a. &. f. ipsi. e. &. g. ipsi. d. si ergo. a. est pars diuisibilis, diuidatur in duas partes, puta in. a. & in. b. Cum igitur. e. toti respondeat. a. oportet etiam quod respondeat cuilibet parti. ergo oportet primariam partem motus, quæ est. e. diuidere. non ergo indiuisibilis erat, sed diuisibilis. & potest etiam diuidi magnitudo in multas partes quibus omnibus respondebit mot⁹, qui est. e. & eadem ratio est de alijs partibus. patet ergo quod si magnitudo non est ex indiuisibilibus composita: nec motus. cum ergo magnitudo non possit componi ex illis: vt patet ex præcedenti conclusione. ergo nec motus.

36 *Tempus non componitur ex indiuisibilibus.* a.t.c. 10 vsq; ad t.c. 18.

Si.n.componeretur ex indiuisibilibus, sequeret qd indiuisibile diuideretur. Moueatur.n. mobile.a. velocius quam mobile.b.secundum proportionem sexquialteram, vt puta.a.velocitate vt tria &.b.vt duo, & moueantur in eodem tempore. Cum igitur eadem sit proportio inter magnitudinem & motū, patet quod in eodem tempore mouebitur.a.super magnitudine maiori quam sit magnitudo super quam mouetur.b.secundū proportionem sexquialteram dictā. sit ergo magnitudo ipsius.a.c.d.e.f.diuisa in tres partes idest in.c.d.& in d.e.& in.e.f.& magnitudo .b. sit.g.h.i. diuisa in duas partes.idest in.g.h.& in.h.i.quia ergo tempus est mensura motus: patet quod partibus motus correspondent partes tēporis & partes motus, partibus magnitudinis. sit ergo tempus: in quo duo ista mobilia mouentur.k.l.m.motui ergo.a.respondent tres partes temporis: sicut sunt tres partes magnitudinis, & tres partes motus. si ergo tempus ex indiuisibilibus componitur sint istæ tres partes.k.l.m.indiuisibiles, quæ correspondent tribus partibus motus.a. Sed cū partes motus.b.sint duæ: eis correspondebunt totius istius tēporis partes duę.i. duę partes ęquales, q a sicut diuiditur magnitudo & motus: & tps, vt probabitur statim.sed hęc diuisio nō pōt fieri nisi indiuisibile diuidat, vt puta ipm.l.qd erit media pars indiuisibilis tpis.ergo indiuisibile diuidit. qd erat probandū.sed hoc est impossibile, ergo tps non cōponitur ex indiuisibilibus.ex his omnibus sequitur qd tam motus quam tempus, & vlr omne continuū sunt diuisibilia.quod intenditur in conclusionibus pdictis.

37 *Æque velox minorem magnitudinem in minori tempore pertransiit, & maiorem in maiori & æqualem in æquali.* T.c. 10.

Cum.n.regulariter moueatur: oportet esse qd dicit

conclusio, vt etiam experientia docet, & hoc est per se manifestum.

T.c.11. *Velocius in ęquali tempore mouetur in maiori spatio, q̃ tardius.* 38

Velocius.n.dicitur illud mobile quod plus mouetur q̃ tardius, quanto aũt aliquid plus mouetur, tanto magis accipit de spatio, igitur velocius in æquali tempore in maiori spatio mouetur q̃ tardius.

T.c.12. *Velocius in minori tempore maiorem magnitudinem potest pertransire q̃ tardius.* 39

Sit.n.a.mobile velocius &.b.tardius, & moueatur super magnitudinem.d.in eodem tempore.puta in hora, b.ergo non perueniet vsq; ad finẽ magnitudinis in hora.posito quod.a.in hora ad finem perueniat.quia.b.tardius mouetur, vnde requirit maius tempus.ergo perueniet ad aliquem punctum infra. Sit ergo illud.e.cum ergo magnitudo non componatur ex indiuisibilibus inter.e.&.d.erit linea, vel magnitudo media.diuidatur ergo in puncto.f.si igitur.a.in hora peruenit vsque ad.d. in minus q̃ in hora perueniet vsque ad.f.sed.b.in hora peruenit vsque ad.e.&.f.est maior magnitudo q̃ sit e.ergo velocius in minori tempore maiorem magnitudinem pertransiuit.

T.c.13. *Velocius pertransit ęquale spatium in minori tempore q̃ tardius.* 40

Si.n.pertrãsiit maius spatium in minori tempore q̃ tardius, multo magis credibile est, quod pertrãsiit ęquale in minori tempore q̃ tardius.

a.t.c.24 vsq; ad t.c.30. *Motus non est in instanti.* 41

Instans voco, quod secundum seipsum est totũ præsens, quod oportet esse indiuisibile.si.n.esset diuisibile, vna pars esset p̃terita & altera futura, & sic nõ esset secundum seipsum p̃sens. vnde necesse est quod sit terminus

pręteriti & principium futuri.aliter tempus nõ esset cõtinuũ,si igitur motus esset in instanti,cum quolibet motu quantuncunq; veloci dari possit, vel sit imaginabile dari velocior, & velocius pertranseat eandem magnitudinem in minori tempore,q̃; tardius,vt dictum est,sequitur quod instans sit diuisibile,posito quod in instanti aliquid moueatur velocius q̃; alterum in eodem instanti motum.præterea si in illo instanti tardius mouetur, vel pertransit aliquam magnitudinem, partem illius magnitudinis pertransibit tardius in minus q̃; sit instans,vt patet ex superioribus dictis,non ergo est motus in instanti.

42 *Quies non est in instanti.* T.c.30.

Quies enim est priuatio motus in subiecto apto nato moueri,sed nihil est aptum natum moueri in instanti ergo.Præterea idem est quiescere,quod similiter se habere nunc sicut prius,quod non potest esse nisi in diuersis instantibus,vt patet,ergo.Præterea cum id quod mouetur in aliquo toto tempore in quolibet illius temporis moueatur,in quo natũ est moueri, & similiter quod quiescit in aliquo toto tempore in quolibet illius temporis quiescat in quo natum est quiescere,si aliquid moueretur vel quiesceret in instanti simul moueretur & quiesceret.est enim idem instans terminus temporis,in quo mouetur & temporis,in quo quiescit,nec ergo motus,nec quies datur in instanti,sed omne quod mouetur & omne quod quiescit necesse est moueri & quiescere in tempore. T.c.31. T.c.32.

43 *Omne quod mouetur est diuisibile.* T.c.32.

Nõ.est.n.possibile quod illud quod mouet̃,dũ mouetur sit in termino,a quo totũ,nec totum in termino,ad quẽ.sic.n.nõ moueretur, sed vel inciperet moueri,vel motum esset,nec etiam simul in vtroq;,quia idem esset simul in duobus locis, nec in neutro, quia loquimur

de termino proximo, in quem statim intrat, cum incipit moueri. ergo est partim in termino, a quo & partim in termino ad quem, habet ergo partes, & hoc patens est in motu locali, & in motu augmenti & decrementi, quia participat etiam de motu locali. In motu autem alterationis nō ita apparet, quia aliquid simul totum alteratur, sed hoc etiam verificatur in hoc motu, quia partes propinquiores agenti sunt intensius alteratæ q̄ remotiores. vnde remotiores sunt in termino a quo respectu propinquarum, quæ sunt in termino ad quem iam habentes perfectam alterationem, vel qualitatem perfecte intensam, quā expectant partes remotiores, & similiter hoc saluatur in generatione & corruptiōe si eis adiungatur præuia alteratio, in generatiōe.n. mobile est in termino a quo.i. in nō esse & partim in termino ad quē propter dispositionem quā habet ad illum terminum, & in corruptione econuerso se habet, vnde saluatur hæc cōclusio in istis motibus aliqualiter, licet non ita proprie sicut in motu locali, quod autem habet partes diuisibile est, igitur omne quod mouetur diuisibile est.

T.c. 86. *Indiuisibile secundum quantitatem impossibile est moueri per se.* 44

Dico aūt per se, quia per accidens potest moueri punctus ad motum magnitudinis, sed per se moueri nō potest. Si.n. mouetur, in aliquo tempore mouetur. ergo in

T.c. 87. illo tempore esset partim in termino, a quo & partim in

88. termino ad quem. nō.n. potest esse totum in aliquo istorum terminorum vt dictum est. ergo indiuisibile diuiditur. Præterea oportet quod si mouetur, quod in vno instanti sit totū in termino a quo & in alio in termino ad quem, in tempore ergo medio erit partim in vno, &

T.c. 89. partim in altero, & sic erit diuisibile. Præterea transiret prius locum minorem seipso vel æqualem sibi q̄ maiorem. ergo erit aliquid minus indiuisibili, aut numera-

buntur

buntur puncta lineæ ab indiuisibili moto, & sic cõpone retur linea ex punctis. Præterea cum omne, quod moue tur moueatur in tempore, & omne tempus sit diuisibile in quolibet tempore, in quo aliquid mouetur, est accipe re minus tempus, in quo mouetur aliquid minus mobi le sicut in minori tempore mouetur pars q̃ totũ, si er/ go indiuisibile mouetur, erit accipere minus tempus, in quo aliquid minus ipso mouebitur. ergo aliquid est mi nus indiuisibili, patet ergo quod indiuisibile non po/ test moueri. T.c. 90.

45 *Motus diuiditur secundum diuisionem magnitudinis & temporis.* T.c. 99. 34. 35.

Diuiditur enim primo secundum diuisionem magni/ tudinis motæ. i. secũdũ mobile per accidens, sicut quali tates. Albedo. n. extensa in magnitudine diuiditur ad di uisionem magnitudinis, & similiter mobile, quia est di/ uisibile & habet partes, cum simul moueatur totũ & par tes, patet quod cuilibet parti correspõdet motus, sicut & mobile. diuiditur etiam secundum magnitudinem, per quã fit motus, quia totus motus est in tota magnitudi/ ne, & in media medius, & in tertia parte tertia pars mo/ tus & sic de aliis, vt dictum est supra, & quia omnis mo tus est in tempore, vt supra dictũ est, & in maiori tẽpore maior motus, & in minori minor sequitur quod etiam secundum tempus diuiditur motus.

46 *Similiter se diuidunt tempus & magnitudo.*

Ponatur. a. mobile velocius, &. b. tardius, & magnitu/ do quã. a. pertrãsiit in hora sit. c. d. certum est ergo quod b. in eadem hora nõ perueniat ad. d. sed infra. d. vtputa ad. e. Quia ergo in minori tempore velocius æqualem magnitudinem pertransiit q̃ tardius. a. perueniet ad. e. in minori tempore q̃ sit hora in quo quidem tẽpore. b. nõ peruenit ad. e. sed infra. e. vtputa ad. f. quia tardius mouetur. Ad. f. aũt perueniet. a. adhuc in minori tempo

re q; sit tempus in quo peruenit.b.ad.f.in quo quidē tē/ pore nō perueniet.b.ad.f.sed ad aliud infra.f.vtputa ad g.ad quod perueniet.a.adhuc in minori tpe.& sic patet, quod hoc mō tempus diuidit magnitudinem & magni/ tudo tempus per mobile velocius & tardius.

T.c. 37. 38.39. *Motus & tempus, & magnitudo, & moueri, & illud, in quo est motus diuidunt se inuicem.* 47

In maiori.n.tempore est maior motus & maior per/ trāsitur magnitudo & maius moueri,& plus acquiritur de termino ad quē,& in minori minus,& in maiori mo tu est plus de tēpore,de magnitudine, de moueri & de termino,& in minori minus,& ita de aliis dici potest,igi tur omnia ista se inuicem diuidunt.

a.t.c.18. vsq; ad t.c.22. itē a.t.c. 60. vsq; a.t.c.66. *Si magnitudo per quam sit motus est finita & motus est finitus sic tempus est finitum, & mobile finitum & econuerso, si autē sit infinita & tempus & motus sunt infinita, & econuerso in motu recto.* 48

Sit ergo magnitudo pertranseūda finita,vtputa decu pedalis, & tempus infinitū & designetur in magnitudi/ ne vnū pedale,hoc pedale igitur non pertransitur tem/ pore infinito,sed finito,quia totum decupedale pertran situr tempore infinito, & in minori tempore pertransi/ tur pars q̄ totum,eadem autem ratione & aliud pedale pertransibitur tempore finito & sic aliud pedale vsque ad decimum.Decem ergo erunt partes temporis finitæ sicut sunt decem pedalia, sed partes finitæ numero & magnitudine non possunt constituere infinitum, ergo tempus,in quo totum pertrsnsitur non erat infinitum, est enim hoc tempus,quod componitur ex istis decem partibus, non est enim rationabile aliud assignare. Et eadem est ratio si ponatur magnitudo infinita vel mo/ tus,vel mobile per ablationem enim partiū finiti & per comparationem ad partes infiniti ostendetur semper in

vnoquoque horum, vt dictum est, igitur ita se habet, vt dicit conclusio.

49 *Nullus motus vnus & idem numero existens est infinitus.* a.t.c. 91 vsq; ad t.c. 94.

Gñatio.n.& corruptio,& similiter alteratio & augmẽtũ & decremẽtũ habẽt determinatos terminos in natura & ideo nõ procedũt in infinitũ, sed difficultas est in motu locali, si aũt motus localis vnus numero existẽs esset infinitus, nũq; mobile posset peruenire ad terminũ suũ, cum infinitũ nõ possit pertransiri, nihil aũt mouetur, ad quod impossibile est ipsum peruenire, ergo nec motus localis est infinitus, potest tamen esse infinitus tẽpore.s. per reiterationem, non omnis quidem, sed tantum motus circularis vt dicetur infra.

50 *Omne quod mutatur, quando iam mutatum est, est in termino ad quem.* a.t.c.40 vsq; ad t.c.43.

Mutari.n.est deficere a termino a quo,& mutatũ esse est ab eodẽ termino defecisse. Qñ igitur iam mutatũ est, si nõ est in termino ad quem, cũ ẽt non sit in termino a quo, erit in medio. Cũ aũt est in medio adhuc tendit ad terminũ ad quẽ, sequeretur ergo si est in medio, qñ iam mutatũ est, quod simul esset iam mutatũ,& mutaretur quod est impossibile, est igiť tunc in termino ad quem.

51 *Tempus, in quo primo & per se est mutatum esse, est indiuisibile.* T.c.44. 45.

Dico aũt primo & p se, qa loquor de tpe.i. de eo quod est aliquid tpis, in quo est mutatũ aliquid primo & non propter partẽ eius, nã aliquid est mutatũ in die, quia est mutatum in aliqua parte diei. Sed non est mutatum primo & propter se in die, sed per partem, si igitur hoc tempus sit diuisibile diuidatur in duas partes, aut ergo in vtraque parte mutatur, aut in vtraque parte mutatum est, aut in vna mutatur,& in altera mutatũ est, sed quo-

cunq; modo dicatur, sequitur quod nõ sit mutatũ in toto primo. nam si in vtraq; mutatur, ergo in toto nõ est mutatũ. Si autem in vtraq; mutatũ est, ergo ante in prima, q̃ in secunda. Et sic per partes mutatũ est, & nõ in toto primo. si vero in vna mutatur & in altera mutatũ est, ergo nõ primo in toto mutatum est. Si autẽ dicis quod in neutra est mutatum, nec mutatur in aliqua earum nõ est ergo tempus eius. Tempus igitur in quo est mutatũ esse primo est indiuisibile.

a.t.c.46 vsq; ad t.c.50. *Non est dare primum mutatum esse, nec primum instans, in quo aliquid est mutatum primo, ita quod non prius fuerit mutatum.* 52

Nam mutatũ esse est terminus motus, sicut.n.instãs terminat tempus præcedens & cõsequens si tempus sequitur, ita & mutatũ esse terminat motum præcedentẽ & sequentem. si sequitur alius motus, aliter erit finis vltimus, quãdo autem mobile est in termino a quo nõ potest dici mutatum esse, sit ergo in instanti.a. id quod mouetur in termino a quo, & certe oportet quod in aliquo alio instanti sit mutatũ, sit ergo illud.b. inter.a. aũt &.b. datur tempus mediũ, vt ex superioribus patet, si igitur in tempore isto medio nõ mouetur vsq; ad.b. nec põt dici quod in.b. instanti mouetur, quia probatum est motum nõ esse in instanti, nec quod in eo sit mutatũ, quia mutatũ esse est terminus motus, & nullus p̃cessit motus sed hoc est cõtra casum, quia positũ est, quod in.b. esset mutatum, igitur in tempore medio mouebatur, sed in quolibet motu sunt infinita mutata esse, eo quod cõtinuum nõ cõponitur ex indiuisibilibus & semper est diuisibile, ergo ante mutatum esse, quod fuit in instanti.b. præcesserunt infinita mutata esse, nõ ergo fuit primum mutatum esse, nec.b. primũ instans, in quo fuit mutatũ esse, & eadem rõ est, si accipiatur quodlibet aliud instãs, & quodlibet aliud mutatum esse.

53 *Omne, quod mutatum est prius mouebatur.* a.t.c.55 vsq; ad t.c.59.

Ista conclusio patet ex superiori, quia semper inter quodlibet mutatū esse & terminū a quo datur motus in medio, sicut inter instās, in quo mobile erat in termino a quo & instans quodcūq; in quo mutatū est datur tps mediū in quo verum est dicere quod mouetur. vnde in quocunq; instanti verū est dicere, quod aliquid mutatū est, verum est dicere etiam quod prius mouebatur.

54 *Omne quod mouetur prius mutatum est.* a.t.c.52 vsq; ad t.c.55. Itē: t.c. 58. 59.

De motu.n. nō datur nisi vnum indiuisibile, sicut ēt de tpe nō est nisi instans. Et hoc est verū in omnibus successiuis, quando igitur aliquid est in termino a quo nō est verū dicere quod tūc mouetur, sed quod incipit moueri, ergo erit verū dicere in quolibet instanti post primū, in quo incipit moueri, quod hoc mouetur, sed inter quodlibet instans accęptū post primū & ipsum primum datur tps medium, in quo mouetur & motū est, vt patet ex pcedentibus, quia nō datur primū mutatum esse: ergo in nullo instāti verū est dicere quod aliquid moueatur, quin sit etiam ve℞ dicere, quod prius mutatum est, nō tamen dico propter hoc, quod in instāti aliquid mouetur, sed quod in instāti, quod est in medio motus, verificatur hæc propositio, hoc mobile mouetur. Si.n. in nullo instanti verificaretur, nunq; esset vera.

55 *Omne quod mouetur mouebatur.* Ex duobus p.

Omne.n. quod mutatum est mouebatur. Sed omne quod mouetur, mutatū est, vt ex dictis patet, ergo oē, quod mouetur prius mouebatur, sicut ergo nō datur primum mutatum eē, ita nec prima pars motus. Et hoc propter diuisionem motus in infinitum.

56 *Non est dare primam partem quietis.* T.c.72. 73.

Quies.n. est in tempore, & omne tempus in infinitū diuiditur siue sit præteritum, siue sit futurū, ergo non dabitur prima pars eius, & consequenter nec prima pars

quietis, sicut etiam non datur prima pars motus.

T.c. 74. 75. *Illud quod mouetur, dum mouetur in nullo instanti est in eadem dispositione, sicut prius se habebat.* 57

Sic.n.quiesceret. Quiescere.n.est sic se habere nunc sicut prius, in quolibet ergo instanti est in aliqua dispositione, sed non potest esse in eadē dispositiōe in duobus instātibus, quia aliter motus nō esset cōtinuus, quiesceret.n. vt dictum est, igitur in nullo se habet, sicut prius.

7.phy. t.c. 21 vsq; ad t.c.34. *Motus possunt ad inuicem comparari si sunt eiusdem speciei.* 58

Cōparatio.n. propriè requirit speciem specialissimā, quæ ponit vnam formam æqualem in re, sicut patet de specie humana. omnes.n. animæ intellectiuæ sunt eiusdē naturæ & æqualis perfectionis naturalis, genus autē non ponit vnam formam si accipiatur physice, quia genus physice non sumitur a forma aliqua, quæ sit vna in rerum natura, nisi secundum rationem logicam vel mathematicā, animal enim nō ponit vnam formam in

s.t. sup re, sed multas differentes secundum diuersas perfectio-

te.c. 26. nes naturales. Vnde secundum physicum habet æquiuo

T.c. 31. cationem quandam coniunctā, quia nō omnibus ęqualiter conuenit secūdū materiam & formam, & quia multa æquiuoca hoc modo assimilantur generi, quia.s. videntur ponere vnum & ponūt re vera multa, ideo propter istam assimilationem multæ æquiuocatiōes latēt. Corpus.n. videtur esse genus, & est æquiuocū physice, ideo secūdū genus nō fiunt comparationes, sed secūdū spēm & sic motus, si sunt eiusdē spēi, cōparari possunt.

T.c. 35. *Si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tempore, medietatem mobilis mouebit in eodem tempore in duplo spatio.* 59

Velocitas.n. motus est ex victoria potētię mouētis supra mobile, oportet ergo q͛ò crescat motus vel minuat,

vel æquetur secundum diuersitatem proportiōis & cō/parationem mouētis ad mobile, quia ergo potētia est in duplo maior ad medietatem mobilis, sequitur quod in eodem tempore moueat ipsum per magnitudinem in duplo maiorem, & per eandem rationem talis proportionis, oportet ꝙ per idem spatium moueatur in medio tempore quia maior velocitas diminuit de tempore, & similiter quod medietas potentiæ medietatem mobilis moueat per idem spatium in æquali tempore, & dupla potentia idem per duplum spatium mobile in eodē tempore, vel per idem spatium in medio tempore, non tamen oportet diuidere potentiam, si non diuidatur mobile, quia poterit esse quod media potentia nihil mouebit, vel quia nullū habebit excessum supra mobile, vel adeo parum, quod non aget. Non.n.omnis excessus sufficit ad agendum. Ista ergo sufficiant de speciebus & diuisione & proportione motus.

Explicit liber quartus de speciebus
& partibus motus.

Postilla in librum quartum.

Post determinationem de motu in communi sequitur determinatio de partibus eius, quod fit in hoc libro, in quo agiť de diuisione motus in ptes suas quo ad partes subiectiuas vsq; ad conclusionem. 34. & quo ad partes quantitatiuas in reliquis. Quo ad diuisionem motus in partes subiectiuas primo agit de ipsa diuisione motus vsq; ad conclusionem. 18. Secundo de vnitate & contrarietate motus in reliquis. Circa diuisionem igitur primo distinguit motum per se a motu per accidens, distinguens transmutans, transmutabile & terminum transmutationis in conclusione .i. comparando mobile ad

terminos in. 2.& terminos inter se in. 3. demũ excluden do motũ per accidẽs a scientia in. 4. Secundo distinguit mutationem in cõi in tres species suas in. 5. & distinctis duabus illarũ in. 6. declarat singulas in. 7 8. 9. Tertio volens distinguere motũ proprie dictũ, qui est tertia spẽs mutationis præmittit in quibus ꝑdicamentis nõ est, in 10. 11. 12. secũdum tria ꝑdicamenta quæ excluduntur a motu, & in quibus est in. 13. 14. 15. ẜm alia tria & ordinẽ eorũ, & demum in. 16. distinguit ipsum in species suas, & quia oppositorum est eadẽ disciplina, distinguit cõse quẽter immobile in. 17. Circa vnitatẽ vero & cõtrarietatem motus q̃ est quædam diuersitas eius, primo declarat ipsam vnitatem in. 18. Secundo cõtrarietatem motuum proprie dictorũ in. 19. & mutationũ in. 20. 21. Tertio declarat contrarietatẽ motus & quietis in cõi quidẽ in. 22. 23. in speciali autem quo ad motum proprie dictum in. 24. quo ad mutationẽ in. 25. quo ad quietẽ violentam in. 26. subiungens quomodo fiat in. 27. & demũ cõparat cõtrarietates dictas in. 28. Quarto declarat contrarietatẽ quietum inter se, in cõi in. 29. in speciali in. 30. Quinto declarat quosdam terminos, qui deseruiũt tam ad ꝑdicta q̃ ad sequentia. s. quid est tangere in. 31. Quid cõsequenter se habere in. 32. & quid cõtinuũ in. 33. Quo ad diuisionem aũt motus in partes quãtitatiuas, primo agit de ipsa diuisiõe motus. Secũdo de finitate & infinitate eius. Tertio de ordine partium eiusdẽ, & vltimo de cõparatione motuũ. Circa diuisionẽ primo præmittit motũ esse diuisibilem ex hoc ꝙ non componitur ex indiuisibilibus, quod ostendit ex ratiõe continui in. 34. ex ratiõe ipsius in. 35. & ex ratione tẽporis in. 36. Secundo præmittit quasdã regulas circa æqualiter & inequaliter velocia in. 37. 38. 39 40. Tertio præmittit motũ & quietem nõ fieri in instanti. in. 41. 42. Quarto ꝑmittit diuisionẽ mobilis in. 43. ex qua deducit indiuisibile nõ moueri per se in. 44. Demum agit de ipsa diuisione motus,

ostendẽs quõ diuiditur in.45.quõ diuiditur tẽpus men surans ipsum in.46.& omnia q̃ simul cõcurunt ad motum in.47. Circa finitatem & infinitatem, quæ sequuntur rationem continui sicut diuisibilitas. Primo ostẽdit quõ competunt motui tempori, & mobili, in.48. Secundo an detur motus infinitus, in.49. Circa ordinem partium motus, qui sequitur diuisionẽ eius, primo pręmittit duo necessaria ad intentũ.s. in quo termino est, quod est mutatum, in.50. & quale est tempus mensurans mutatum esse, in 51. Secundo ostendit an in motu sit accipere primũ an nõ, in.52. Tertio declarat ordinẽ eorum quæ sunt in motu, in.53.54.55. Quarto ostendit idem de quiete in.56. subiungens in.57. documentum ad cognoscendum, quando aliquid mouetur, & qñ quiescit. Circa comparationẽ demum motuum, primo ostendit qui motus possunt comparari in.58. Secundo quõ comparantur, ponens plures regulas simul in vltima.

INCIPIT LIBER QVINTVS DE PRIMO MOTORE ET PRIMO MOBILI.

1 

Ecesse est omne, quod mouetur ab altero moueri. 7.phy. t.c.1.2.

Si.n. aliquid mouetur & non ab altero, oportet quod a seipso moueatur primo & per se.i. non secundum partẽ, sed secundum totum, quia si solũ moueretur secundum partem, sic moueretur ab altero, quia pars moueret partem. Cum igitur omne mobile sit diuisibile, signetur in medio huius mobilis, quod seipsum primo mouet punctus, in quo fiat diuisio partium, & ar-

guatur sic, illud mobile, quod seipsum mouet, non quiescit ad quietē alterius, nec mouetur ad motum alterius, aliter motus eius ab altero dependeret, & sic moueretur ab altero, sed si quiescat vna pars mobilis assumpti, de necessitate quiesceret totum, aliter si moueretur altera pars, illa quiescente non moueret seipsum primū. quod est contra positum. ergo mobile assumptum quiescit ad quietem alterius, scilicet ad quietem partis, ergo nō mouet seipsum primum. Et quia nullum est totū cōtinuū, quod non quiescat ad quietē partis. patet quod nullum mobile datur, quod non moueatur, & quiescat ad motū, vel quietē alterius & sic nullū mouet seipsum primo, ergo oē mobile mouetur ab altero. Causa igitur ꝙ nihil moueatur a seipso est, quia non datur aliquod primū, quod nō moueatur ad motum partis, & quod non quiescat ad quietē partis, cū oē mobile sit in infinitum
8.phy.t. c.40.41 42. diuisibile. Præterea si aliquid mouet seipsum nō potest esse quod totum moueat totum, quia sic idem respectu eiusdem esset agens & patiēs: sic calefaciēs calefieret eodem penitus motu, numero, & idē esset in actu & in potentia respectu eiusdē, quia mouens inquantum hmōi est in actu, & mobile in potentia, hæc eadē inconuenientia sequerentur, si pars moueret totum, vel si totum moueret partem, quia sic pars moueret seipsam. si enim mouet totum, ergo & quālibet partem, & si totū moueret, ergo & quælibet pars, & sic pars seipsam mouebit. Nec potest dici quod pars mouet partem, quia sic aut pars, quæ mouet alteram, etiam mouetur ab illa, aut si non mouetur ab illa, mouetur a seipsa aut est immobilis. primum non potest dari, quia cum vno tantum motu totum moueatur, sequeretur, quod eodem motu numero vtraque pars moueretur, & moueret respectu eiusdem. & sic idem respectu eiusdem esset in actu & in potentia, quod est impossibile. Et pterea si daretur, ꝙ vna pars moueat alteram, & altera moueatur ab altera, habebi-

mus illud, quod mouetur, ab altero mouetur. Secundum quoque stare non potest. primo, quia sequeretur quod hoc totum non moueret seipsum, sed ratione partis, quæ mouet seipsam. secundo quia eadem inconuenientia sequerentur ad partem, quę superius dicta sunt, quia pars est etiam quoddam totum, & ideo quærendum erit si mouet seipsam, ita quod totum moueat totum primo, quod probatum est esse falsum. igitur oportet dare tertium, idest quod vna pars, quæ mouet, sit immobilis, & sic illa quæ mouetur ab altero mouetur. Præterea hoc patet in omnibus, quæ mouentur. nam clarum est, quod ea, quæ violenter mouetur, ab altero mouentur. Et similiter patet hoc in animalibus mouentibus seipsa, quia scilicet vna pars mouet scilicet anima, & altera mouetur, idest corpus. In grauibus quoque, & leuibus inanimatis hoc manifestatur, quia a seipsis non possunt moueri, non solum propter ea, quæ dicta sunt, sed etiam, quia videmus quod ea, quæ mouet seipsa ad omnem partem possunt moueri & sunt animata, quod in grauibus & leuibus minime reperitur. Et ideo dicēdū est quod mouetur per se a generante, quod eis dedit aptitudinem ad motum illum. i. grauitatem, velocitatem. Et per accidens a remouente prohibens, quando impediuntur ne sint in loco proprio. vnde motus eorum nō est a forma imperante motum. sicut in animalibus, nec ab ea tanq; ab impellente, sicut manus impellit lapidem, sed est a forma impressa a generāte, quia motus ille consequitur illam formam ex necessitate. vnde generans, q impressit eam, dicitur mouere, sicut manus lapidē, quē proiecit, vnde forma, cum sit quædam aptitudo ad motum, dicitur principium passiuum aliquando illius motus, aliquando dicitur principium formale, quia est forma, ad quam cōsequitur motus. Et quia forma est actus aliquādo dicitur principium actiuum licet minus proprie. patet ergo quod motus grauium & leuium depen-

6. phy. t. 6 28. 29 30. 31. 32.

s. tho. su. 2. phy si. t. c. 1.

det ab altero.ergo ab altero mouentur.& sic patet, qđ omne,quod mouetur:ab altero mouetur.

8.phy. t.c.42. *Omne mouens seipsum habet vnam partem imobilem.* 2

Cum.n.totum non possit seipsum primo mouere: oportet quod diuidatur in partes,quarum vna sit imo bilis: vt patet per ea,quæ dicta sunt.

T.c.43. *Mouens seipsum primo non potest habere nisi duas partes.* 3

Cum n.diuidatur in partes & vna sit imobilis:si pōt habere plures partes,sint.verbi gratia tres.a.b.c.&.a. sit pars imobilis,quæ moueat. b. quod deinde moueat.c. &.c.nihil moueat:sed tantu3 moueatur.si igitur ab hoc toto remoueatur.a.remanebit.b.c.immobile:quia.b.nō potest moueri:cum suum mouens sit remotum: nec ēt potest mouere:quia cum sit in medio non mouet nisi motum.ergo.c.non mouebitur.& sic.b.c.remanent immobilia.si autem remoueatur.c.a toto:adhuc.a.b. mouet seipsum:quia.a.mouet.b.ergo oportet dicere:quod illud totum.a.b.c.non mouebat seipsum,primo: sed ratione partis.a.b. quia remoto.c. adhuc mouet reliqua

T.c.44. pars seipsam.Et sic primo illa pars mouet seipsam.Eadē autem est ratio de tribus partibus:& de pluribus . ergo mouens seipsum primo non potest habere nisi duas partes.& si dicis quod est diuisibile in infinitum. & sic nihil erit:quod primo moueat seipsum:quia ablata pte aliqua partis:quæ mouetur:quod remanet adhuc mouebitur ab altera pte:quę scilicet est mouens.ergo illud totum non mouebat seipsum primo. Cum ergo possit auferri:& remaneat motus nihil mouebit seipsum primo. Respondendum est:quod & si partes possint in infinitum diuidi in potentia:non tamen in actu:quia non retinent suam speciem.quāuis ergo mouēs seipsum primo habeat infinitas partes in potentia:tamē non habet nisi duas in actu:quę si diuiderentur:non permanerēt.

Anima.n.& corpus sunt partes:quæ si diuiderētur:nō permanerent in sua specie.

4 *Istarum partium vna saltem alteram tangit.* T.c.42.

Mouens.n.& motū sunt simul.aliquādo ergo se inuicē tangunt si sunt duo corpora:quorū sit vnum mouens:& alterū motum.& aliquādo vnū tangit alterū:& non tangitur ab eo.quādo.s.mouens est incorporeuȝ. tale.n.mouens pōt quidem tangere corpus sua virtute: mouendo ipsum:nōn aūt contingit ab ipso.duo auteȝ corpora seinuicem tangunt.ergo &c.

5 *Mouens seipsum mouetur a seipso ratione totius.* Vbi.s.

Nulla.n.suarū partium mouetur a seipsa.ideo mouetur a seipso non ratione partis,sed ratione totius. verū mouetur & mouet ratiōe partis,quia vna est pars: quæ mouetur,& altera mouet.

6 *Necesse est esse aliquid primū mouens immobile.* T.c.34.

Si.n.nō esset deuenire ad aliqd' primū: oporteret in mouentibus & motis ꝓcedere in infinitū.qd' est impossibile,quia sic nihil moueret.nā ſm mouens non mouet,nisi virtute primi:eo qd' nō mouet,nisi moueat.si ergo nō datur primū mouens:sequitur qd' nec sequentia primū moueant,& sic nihil mouebit si nihil mouet. Præterea cum ſm mouens semp sit instrumentū primi, qd' nō mouet:nisi moueatur,& nō mouet nisi in virtute principalis.si nō datur primum,sequit qd' nihil moueatur,vt dictum est.Præterea si non daretur primum moués,sed oē:quod mouet,mouet ab altero: sequitur qd' omne mouens sit corpus : quia nihil mouetur nisi corpus.sed corpus non mouet: nisi simul moueatur cū moto:quia omne corpus mouet tangēdo. ergo infinita corpora simul mouebunt.Cum aūt vltimuȝ mobile vel aliquod istorū mobiliū transeat ab vno termino ad alterū terminū in tpe finito:sequit qd' oīa ista mobilia & mouētia moueantur tpe finito:cum simul moueant. T.c.35. T. phy. a.t.c.3. vsq; ad t.c.9.

Cũ igitur oẽ mouens corpus moueat vel p cõtactũ, vel
continuationẽ si supponamus cũ hoc sit cõtingens qđ
oĩa ista mobilia & mouentia sint vnũ per contactũ, vel
continuationem, vtputa quod totũ vniuersũ sit vnũ,
erit totũ hoc infinitum corpus, & mouebitur tpe finito.
quod fuit improbatũ superius. oẽ. n. quod moueť, opʒ
quod aliquid pertranseat, impossibile est aũt infinitũ ali
quid pertransire in tpe finito, quia si motus sit circula-
ris non poterit moueri hoc motu, corpus in infinitum,
vt supra diximus. si autem sit rectus sursum, vel deor-
sum aliquid pertransibit hoc corpus infinitũ tpe finito.
T.c. 10. Quòd autem omne corpus moueat tangendo patet: qa
11.12. oportet mouens & motum esse simul: vt patet in dicen
13. do per omnes motus. Præterea si omne mouens moue
8. phy. tur: & non est deuenire ad vnum primum imobile, aut
t.c.36. ergo id, quod mouet mouẽdo mouetur per se, aut per
37. accidens. si per accidẽs, ergo potuit nõ moueri dũ mo
uet, & sic nõ omne mouens mouetur. quod ẽt est rõna
bile: quia qñ duo in aliquo termino cõiunguntur p acci
dens: si alterum eorum inuenitur sine altero rationabi
le est, quia & hoc alterũ inuenitur sine illo. album. n. &
dulce accidentaliter coniunguntur in lacte. si ergo albe
do iueniatur sine dulci, rõnabile est ẽt: quod dulce in-
ueniatur absque albedine. Cũ igitur mouere & moueri
conueniant in vno & moueri inueniatur absq; mouere:
quia multa mouentur, quæ nõ mouent, rationabile est
ẽt quod mouere inueniatur absq; moueri. & sic aliquid
T.c. 39. mouebit, qđ non mouebitur. Si autẽ mouendo moue-
40. bitur per se: aut moueť per se, & ex necessitate ẜm eandẽ
speciem motus: aut secundũ aliam, si secundum eandẽ:
sequiť ergo ex necessitate qđ qui docet doceť, & q ędifi
cat: ędificatur. quod est absurdũ. si vero ẜm aliam: cum
species motus sint finitæ, oportebit tandem ad eandeʒ
deuenire. nã si aliquid mouetur localiter ab eo quod al-
teratur & hoc mouetur ab eo quod augmentatur: cum

ſpecies motus ſint finitę: veniemus ad aliquid: qđ lo/caliter mouetur mouendo proximũ ſibi mobile ſecundum aliquã ſpeciem motus. Cũ ergo prima cauſa plus moueat quã ſcda: ſequit̃ qđ hoc primũ mouẽs qđ mouet̃: localr̃ moueat vltimũ mobile: qđ ẽt localr̃ mouet̃: & ſic mouens localr̃ ex neceſſitate mouet̃ localr̃. & eadẽ eſt rõ de alijs ſpẽbus mot⁹. & ſic ſequit̃ idẽ qđ prius. ſ. quod ædificator ædificetur: & ædificet: & docens doceatur. quod eſt incõueniens. oportet igitur dicere: qđ eſt aliquod primum mouens: qđ mouendo non mouet̃. Ex his ergo ſequitur: quod in rebus aliquid eſt: quod non mouetur: & aliqua ſunt quæ aliquando quieſcũt, & aliqua ſunt: quæ mouentur. vt patet ad ſenſum. non ergo verum eſt: quod omnia ſemper moueantur: nec quod omnia ſemper quieſcant. nec quod ea: quæ mouẽtur: ſemper moueantur: & ea quæ quieſcunt, ſemp quieſcant: quia ad ſenſum apparet aliqua quandoque quieſcere, & quãdoque moueri. nec etiã eſt veru ȝ quod omnia ita ſe habeant: quod quandoque quieſcant: & quandoq; moueantur, quia primũ mouens nunquã mouetur: & primũ mobile ſemper mouetur. T.c. 21. 22. 23. 24. 25. 26.

7 *Motum eſſe æternum efficaciter probari non põt.* S.t.1.q. 46. ar.1

Si.n. efficaciter põt ꝓbari maxĩe hoc probarẽt rõnes Ariſtotelis: qui fuit excellentiſſimi ingenij. ſed rõnes: q̃s adducit facilr̃ ſoluunt̃ ab ijs: q tenẽt ſnĩaȝ fidei de creatione mũdi. ergo nõ põt efficaciter probari qđ motus: vel mũdus ſit æternus. Rõnes qppe nõ poſſunt eẽ demõſtrationes: qa rõcludunt falſum: qđ nõ põt concludi niſi ex falſo. nec habẽt efficaciã: qa faciliter ſoluũtur. Itaq; ponam rõnes primo. qbus videtur hoc ꝓbari. Et ſcdo loco ponemus ſolutiões. Ariſtoteles ergo adducit talẽ rõnẽ de motu. Si motus ĩcipit ante motũ primũ nõ fuit alius mot⁹. aut ergo fuerũt mobilia: aut nõ ante illũ primũ motũ: vel illud principiũ motus. Si nõ

rõ 1 — 8. phy. a.t.c. 4. vſq; ad t.c.10.

fuerunt,ergo ad incipiendum motum oportuit produ-cere mobilia. Sed hęc productio est motus,& motus re-quirit subiectũ,ergo ante illũ primum motum fuit mo-tus & mobile,& sic nõ potest dari primus motus, quia de isto secũdo etiam motu faciam eandem rationem. Si aũt dicis quod ab æterno fuerunt mobilia & mouentia & non mouerunt ab ęterno,sed in tempore: oportet di-cere,quod quando incœperũt mouere,se habuerunt in alia dispositione q̃ prius.oportet.n.quod mouens, qñ incipit mouere se habeat in alia dispositione ad mobile q̃ prius se haberet,quia si se haberet in eadẽ dispositiõe ad ipsum,sequeretur,quod nunq̃ moueret,itaq; quod mouentia nõ mouerent mobilia,erat aliqua causa.opor tuit ergo remouere illam causam anteq̃ inciperent mo-uere,sed remotio huius causæ,& approximatio alterius dispositionis ad mobilia,& mouentia est per motum,er go ante primum motum datũ,datur alius motus prior, & potest rãtio eadem fieri ad hunc motum præcedentẽ, ergo oportet quod motus nunq̃ incœperit.similiter ẽt probat, quod non terminabitur,quia daretur vltimus motus,si ergo post illum corrumperẽtur mobilia,cum corruptio fiat cum motu,sequitur quod post illũ motũ sit motus. Si autem non corrumpuntur,sequitur quod se habebunt post illum vltimum motum in alia dispo-sitione q̃ prius,& hoc fit per motum, ergo motus erit post,sequitur ergo quod nec incœperit motus,nec ter-

T.c. 10. minabitur. Adducit etiam rationẽ de tempore hoc mõ, r. 2

1.1.1.2. omne instans in tempore est principium futuri, & finis præteriti, ergo quocunq; instanti dato, oportet quod ipsum præcedat & sequatur tempus, nullum ergo instãs est ita finis temporis, quod non etiam sit principium, &

1 nullum ita principium,quin sit finis. Si.n.ante aliquod instans nõ præcederet tempus,ergo oportet concedere quod ipsum,quod dicimus ante præcedit illud instans, sed ante & post nõ sunt sine tempore,ergo instãs primũ

præcedit

præcedit tempus,& similiter si esset vltimum instãs post ipsum non esset tempus,sed tamẽ esset ipsum posterius, quia aliter non possemus dicere post ipsum.Sed posterius est tempus vel cum tempore. ergo post vltimũ instãs erit tempus.Et sic patet quod tempus semper est in suo principio & in suo fine.ergo nec incipit,nec desinit. sed tempus est numerus motus.ergo nec motus incipit,
t.3 nec finietur.Præterea potest sic argui ad probandũ æternitatem mundi,cœlum habet virtutem vt sit semper ergo non quandoq; est,& quandoq; non est. Nam cœlum s.t. pría vbi su.
t.4 est incorruptibile, ergo est æternum.Præterea cœlũ est ingenitum,ergo non habet principium sui esse,ergo nec 1.ð cœ. t.c.20
t.5 finem.Præterea si fuit productum de nouo,ergo deus, qui produxit se habuit alio modo ꝙ prius, vel per naturam,vel per actionem,vel per voluntatem.ergo præcessit aliquis motus,ergo aliquod mobile.Et sic seqtur idẽ Itẽ a.t. c. 128. vsq; ad finẽ lib.
t.6 quod prius.Præterea posita causa sufficiente non impedita,necesse est quod sequatur effectus,sed prima causa est & fuit semper sufficiens ad hunc effectum,ergo cum deus fuerit ab æterno,sequitur quod & mũdus sit æternus.His ergo & similibus rationibus facile respõdetur secundum sententiam fidei.Si prius intelligatur quod creatio non est motus,nec generatio,sed simplex emanatio.ita quod inter creatorem & creaturam non ponitur motus medius,qui requirat subiectum vel materiã. Sed in creatione aliquando producuntur tam materia ꝙ forma,quia mundus vel res creata emanat totaliter a creante. Ad primam igitur rationem dicimus,quod ante primum motum non erant mobilia,& fuerunt producta per creationẽ, & ideo non sequitur quod motus p̃cesserit,quia creatio non est motus,nec sequitur quod motus durabit in æternum per rationem factam, quia potest dici ab eo,qui terminat motũ,quod cessante motu adnihilabuntur mobilia,quæ adnihilatio nõ est motus,sicut nec creatio,aut etiam quod durabũt sine mo- s.t. pría q.45.ar. s.t. pría 46. Itẽ 8. phy. t.c. 13.

tu,& non erit alia dispositio mobilis post motum, sed ante, quia facta illa dispositione postea cessat motus, & sic nullus remanebit motus post vltimum. licet secundum sententiam fidei aliqualiter semper motus erit, qa dato quod cesset motus cœli tamen creaturæ rationales remanebunt in quibus erunt motus vsque in sempiternum. Ad secundam autem dicendum est quod supponit quod debet probare. Non.n. omne instans est principium & finis temporis nisi in motu sempiterno. prima ergo propositio supponit motum semper & sempiternũ esse, quod debet probari. Si.n. motus incœpit, non erit omne instans principium & finis temporis. Et cum dicitur quod primum instãs præcedit ipsum ante vel prius. Dicitur quod illud ante vel prius est imaginarium non reale. Ad tertiam dicendum est quod illud, quod habet virtutem vt sit semper, non quandoq; est, quandoq; non est, quando iam productum est in esse. Vnde aliquid incorruptibile habet principiũ sicut & aliquid necessarium habet causam suæ necessitatis. Ad quartam dicendum est quod cœlum est ingenitum, quia non habet contrarium, non tamen est increatum. Ad quintam dicendum est, quod deus in creando nõ se habet alio modo q̃; prius in sui substantia, vel intellectu, vel voluntate, aut actione. Sed quod producitur recipit esse quod prius non habebat. Dei autem substantia & actio, quę est ipsa sua substantia non mutantur, & similiter non mutatur eius intellectus, quia intelligit ea, quæ prius intellexit, & vult quæ prius voluit, vt mundum esse creandũ nũc voluit ab æterno, & sic semper vult quod tunc creetur & fuerit creatus. Res ergo mutatur, non scientia dei, vel voluntas eius, vnde etiam si creasset mundũ ab æterno & incœpisset mouere in tempore, non sequeretᷣ quod fuisset motus, sed res mota fuisset. Ad sextã dicendũ est quod deus non agit necessitate naturæ, sicut agentia naturalia de quibus concludit argumentum sed agit

s.t.1.de cœlo. t. c.20.1.c. 140.

voluntate sua & intellectu. vnde creauit mundum quando sibi placuit, licet potuisset ante creare. & si dicis quare creauit mundũ non ab æterno, potest dici quod hoc fecit, vt simul ostenderet suã bonitatẽ creando, & sufficientiam ostendendo quod non indigebat creaturis, quãdo eas nõ creauit ab æterno, hoc aũt dicimus, saluo semper arcano diuinæ sapientiæ, quia homo non potest diuina secreta cognoscere nisi per reuelationẽ. patet ergo quod non potest efficaciter probari motũ vel mundũ esse ęternum, & quamuis hæc fuerit opinio Aristotelis, qui conatus est hoc probare quantum potuit, tamen non credidit se Aristoteles hoc demonstrasse, cum aperte dicat in Topicis, quod est problema neutrũ mundum esse æternum, vel non, & inducat opiniones antiquorum, ad hoc probandum, quod non est demonstrationis.

8 *Mundum habuisse principium ratione efficaciter probari non potest.* s.t. 1.q. 46.ar.2

Cum.n. principiũ demonstratiõis sit dẽffinitio, & qdquid est subiecti, quod abstrahitur ab hic & nunc, patet quod ex hac parte hæc propositio nõ recipit demonstrationẽ, nec ẽt recipit ex parte volũtatis dei, q̃ hominibus est incognita & ratione inuestigari non põt. vnde mundum incœpisse, est articulus fidei.

9 *Motus circularis solus potest esse semper continuus.* 8.phy.t.c.64. a.t.c.66. vsq; ad t.c.61.

Si.n. aliquis potest esse semper cõtinuus, hic est localis, nam motus localis est primus inter oẽs motus, quia præsupponitur in omni motu. augmentum.n. præsupponit alterationem, alteratio autem motum localẽ, quia oportet quod alterans applicetur alterabili, ergo. Præterea motus localis est aliis perfectior, quia minus remouet a mobili, & mobile minus ab eo variatur, vel deterioratur, qa nõ ponit in eo aliquid intrinsece. ergo. Mobile ẽt motus localis est pfectius scd̃m se cęteris mobilibus. nã mouens seipsum ꝑprie mouet se illo motu.i. locali.

igitur motus eius cæteris motibus est pfectior & prior
T.c. 62. & causa aliorum. Et ideo si alicui motui attribuitur pro-
63. prietas hęc, debet attribui motui locali. alii enim motus sunt de contrario in cōtrarium determinate & proprie, & ideo cum perueniunt ad vnum illorum contrariorū quiescunt, sed motus localis non est proprie inter con-
T.c. 64. traria, si secundum se consyderetur. Inter motus autē
65. locales rectus non potest esse semper continuus, quia hoc esset per reflexionem, quia per lineam rectam non potest esse, cum iam probatū sit, quod nō detur magnitudo infinita, sed si per reflexionem cōtinuaretur, sequeretur quod motus contrarii essent cōtinui, quia motus rectus ad vnum terminum, & reflexus ad oppositū terminum sunt contrarii per eandem viam. Præterea si cōtinuarentur, sequeretur quod statim cum inciperet moueri a primo termino a quo, possemus dicere quod mouetur ad illum eundem terminum, quia cum aliquid in principio mouetur dicimus quod mouetur ad illū, vel illum terminum. i. ad illū, in quo finietur motus. Et sic aliquid moueretur motibus oppositis. i. simul ab aliquo termino ad eundem terminū, vnde oportet dicere quod in reflexione cadit quies in medio, quia vtitur vno termino, vt duobus in actu, scilicet vt principio, & vt termino motus. nihil. n. est principiū, vel terminus motus in actu nisi quies, vnde etiā in lapidibus proiectis sursum sensibilem percipimus quietem in reflexiōe. in medio. n. motus non est quies, quia non vtitur aliquo signo vno
T.c. 68. vt duobus in actu, sed in potentia tantum. Aliter Zenonis ratio concluderet, quod nihil moueretur, quia cum sint in magnitudine infinita puncta, & infinita non contingit pertransire, sequeretur quod nihil posset pertransiri si mobile de necessitate omnia puncta numeraret, & vteretur vnoquoq; illorū, vt duobus actu, sed non vtitur vt duobus vno nisi in potentia. & ideo mobile non pertransit magnitudinē propter partes, quasi pertrāseat

totũ,qa pertranſit partes,ſicut imaginabatur Zeno.partes.n.non ſunt cum ſint ſolũ in potentia,& ideo mobile nullam partem pertranſit,& ad nullum ſignũ in medio dicitur peruenire in actu,quia nullo terminatur motus, ſed quia pertranſit totum in actu.iccirco etiam pertranſit partes,quæ includuntur in toto.itaq; cũ mobile vtitur vno ſigno,vt duobus,neceſſe eſt quod nõ cõtinuetur motus,& ſic motus reflexi non poſſunt eſſe cõtinui, quia oppoſita nõ continuantur ad inuicem.¶At in motu circulari non eſt eadem ratio.Si.n.hoc motu aliquid moueatur ab eodem ad idem,non oportet,quod trãſeat per eadem media ſicut ſit in motu recto,& in aliis motibus. ſed ſemper tranſit per diuerſa media per circulũ & venit ad idem ſignũ a quo incœpit moueri,& iterũ mouetur eodem modo,vnde poteſt cõtinuare ſemper motũ propter quod eſt ſimplicior recto,& perfectior,cũ ſolus poſſit eſſe perpetuus.rectus aũt ſi nõ eſt reflexus,nõ eſt ſemper continuus,& ſi eſt reflexus,non eſt cõtinuus nec ſimplex.Et ideo eſt maxime regularis, quia motus rectus,ſi eſt ſecũdũ naturam eſt velocior in fine.¶Si aũt eſt violentus eſt velocior in principio,ſed motus circularis nũq; magis vel minus appropinquat principio,vel fini & ideo poteſt eſſe ſemper continuus & regularis,& maxime vnus & ſimplex. T.c.73. T.c.75. T.c.76.

10 *Primum mouens nec per ſe mouetur nec per accidens.* T.c.52.

Si.n.ponatur quod motus ſit æternus,oportet dicere quod primum mouens ſemper eodem mõ ſe habeat, ſi mouet motu ſempiterno & non moueatur aliquo modo.Videmus enim quod ea,quæ mouentur per accidẽs, quia non ſemper ſe habent in eadem diſpoſitione non ſemper mouent,ſicut anima non ſemper mouet animal quia non ſemper eſt eodem modo diſpoſita ſecundum cognitionem & appetitũ,& videmus etiam quod motus eius dependet ab altero,puta ab alteratione cibi & aeris, a.t.c.45 vſq; ad t.c.52.

per quam diuersimode afficitur & diuersimode mouet. primum autem mouens non dependet ab aliquo. Si autem motus incipit & mobilia, vt tenet fides, sequitur etiã quod non moueatur omnino, quia iam probatum est, quod est deuenire ad vnum mouens immobile, vnde non potest dici, quod moueatur per se. Illud aũt, quod mouetur per accidens, mouetur ad motum alterius, sicut anima ad motũ corporis mouetur. Sed si deus fuit ab æterno absq; creaturis, patet quod nullo mõ a creaturis dependet, sed omnino est ab eis eleuatus secundũ suam substantiam, vnde non mouetur ad motum alicuius, sed est omnino immobilis.

a.t.c. 46 *Primum mouens est perpetuum.* 11

vsq; ad Si.n. ponatur motus perpetuus, oportet assignare cau

t.c.48. sam huius perpetuitatis, non potest autem esse nisi primum mouens. Nam si generatio est perpetua, causa huius perpetuitatis non est aliquid, quod generatur, quia nullũ ipsorũ semper est, nec etiã omnia generata simul, quia vnus effectus nõ dependet ex infinitis causis, & nõ sunt omnia illa simul, sed successiue, ideo oportet ponere causam huius perpetuitatis aliquid super omnia generata, hoc aũt est primũ moues, si aũt ponatur ꝙ mũdus incœpit, sicut tenet veritas fidei, sequit̃ oĩo quod deus vel primũ mouens sit perpetuũ, quia si incœpisset certe, nõ produxisset seipsum inesse. Si aũt fuisset ab alio productum, iam non esset primum mouens ergo. &c.

T.c. 78. *Primum mouens habet potentiam infinitam.* 12

s.t.ibi. Si enim ponat̃ quod motus est infinitus, & æternus, oportet assignare aliquam causam huius infinitatis primam. Sed prima causa est causa per se, quia causa per accidens præsupponit causam per se, causa autem determinatur ad effectus per se, quia causa & effectus debent adinuicem proportionari, ergo causæ primæ infinitatis motus respondebit infinitas motus per se, infinitus aũt

motus per se est ille, qui est infiniti mobilis, qa quãtitas motus est a mobili, & a magnitudine, super quã est motus, vel a reiteratiõe si est circularis, quantitas aũt, q̃ est a mobili est per se, quia est a subiecto proprio, illa aũt, q̃ est a magnitudine est per accidẽs .i. per alterum quod est extrinsecũ, & similiter illa, quæ per reiterationẽ, quia ite ratio accidit motui, effectus ergo proportionatus primę causæ infinitatis motus, est motus infinitus per se. qui .s. est infiniti mobilis si cõtingat esse, sed hoc mobile si cõtingat esse non põt moueri nisi a potentia infinita, ergo primũ mouẽs, quod est prima cã huius motus habet potentiã infinitam. Si .n. moueretur a potentia finita, in tpe finito, nõ poterit aliquod signũ datũ transire. sed in tpe infinito. Accipiat ergo mobile infinitũ quod sit .a. quod debeat transire signũ .b. per virtutẽ potentiæ finitæ, quę sit .c. in tempore infinito quod est .d. & ex alia parte sit potentia alia finita, quæ sit .e. & sit vnius gradus, potẽtia vero .c. cum sit finita sit centum graduum, & .e. moueat f. mobile finitũ, & faciat ipsum transire signum .b. in tempore finito vtputa in hora. igitur si ab .a. sumatur aliud mobile, quod sit .g. quod erat pars æqualis ipsi .f. & apponatur ipsi .f. & crescat potentia .e. vno alio gradu, motus erit æqualiter velox propter eandem proportionem sed tamen ipsum .f. g. in duplo maiori tempore transibit signum .b. quam faceret prius, quia est in duplo maior, transibit ergo in duabus horis. Si ergo gradatim ipsi .e. addatur potentia, & ipsi .f. g. addatur maior quantitas q̃ prius vsque ad centum gradus potentiæ, & ad centum æquales partes ipsi .f. subtractas ab .a. mobili infinito, quod nunquam consumitur, fiet potentia .e. æqualis potentiæ .c. & sic sequitur quod non requiritur maior potentia ad mouendum infinitum infinito tempore, quam ad mouendum finitum in tempore finito, immo minor requiritur ad infinitum, quia si adhuc fiat additio ad potentiam, & ad mobile finitum, crescet po-

tentia.e.supra potentiam.c.& sic minor potentia mouebit maius in maiori tempore q̃ maior, quod est inconueniens,& ideo oportet dicere quod sicut mobile est infinitũ.ita etiam habeat infinitam resistẽtiam,& quod requirat infinitam potentiam. Si ergo ponitur motus infinitus,oportet quod prima causa per se huius infinitatis sit potentiæ infinitæ,si aũt sit infinitus motus per accidens poterit moueri a potentia finita,quæ tamen habet virtutem a potentia primi motoris, quæ est causa per se infinitatis. Si autem ponamus ꝙ mundus & motus incœperunt,& a prima causa,quæ est primũ mouẽs, emanauerũt per creationẽ,etiam ex hoc sequitur,quod sit potentiæ infinitæ,quia educere aliquid de nõ esse ad esse ex nihilo,requirit potentiam infinitam. Nam tanto maior virtus requiritur in agente, quanto potentia est magis remota ab actu,& ideo requiritur ꝙ virtus agentis ex nulla præsupposita potẽtia,quale est agens creãs, sit infinita. quia nulla est proportio nullius potẽtiæ ad aliquam potentiam, sicut non entis ad ens. potentiam igitur dei esse infinitam probamus,siue mundus sit æternus siue non.

s.t. pria q.45.ar.5.ter tiũ

T.c. 86. *Primum mouens est incorporeum.* 13

Si.n.est virtutis infinitæ, oportet quod totaliter eleuatus sit a magnitudine. nam si eẽt in magnitudine,aut in magnitudine infinita,quod est impossibile,quia hæc non potest dari vt superius probauimus. aut in magnitudine finita & hoc etiam non potest esse, quia sequeretur quod motus,quo moueret esset in nõ tempore. Nã si esset virtus in magnitudine non ageret per intellectũ, quia inferius probabitur quod intellectus etiam humanus est a magnitudine separatus. ageret ergo toto conatu. ergo in non tempore moueret. Si.n. moueret in tempore,sit illud tempus centesima pars horæ,& accipio potentiam finitam,quæ mouet aliquid in hora,& addo illi

potentiæ,& facio eam maiorem certũ,est aũt,quod quãto magis addam illi potentiæ de virtute mouendi,tãto plus minuetur tempus. Addam ergo cẽtum gradus vel etiam plus, ergo mouebit in centesima parte horæ, vel etiam in minori tempore,& tamen erit potentia finita. ergo in minori tempore mouebit potentia finita q̃ infinita.quod est impossibile,oportet igit̃ concedere,quod si potentia primi mouentis infinita est in magnitudine quod moueat in nõ tempore.quod etiam est impossibile.ergo oportet dicere quod potentia infinita nõ potest esse in magnitudine.Et sic primum mouens est incorporeũ.Non sequitur aũt si sit incorporeum quod moueat in non tempore.tum quia mouet per intellectũ secundũ exigentiam finis & rei motæ.Mouens.n.per intellectũ non agit toto conatu suo sicut mouens per naturã.sed secundum formam concæptam.tum etiam quia si ageret toto conatu,non posset mobile suscipere totam virtutem eius,quia est causa vniuersalis & æquiuoca respectu rei corporeæ,sed si virtus eius esset in corpore,tum esset proportionata mobili,& causa vniuoca,& sic susciperet totam eius virtutem,& moueret in non tempore. Cũ ergo hoc sit impossibile,oportet etiam dicere quod est impossibile aliquam virtutem infinitam esse in magnitudine finita.potentia etiam finita non potest esse in magnitudine infinita,si daretur,quia sic potentia,quæ esset in magnitudine finita æquaretur potentiæ,quę est in magnitudine infinita. Nam si virtus, quæ est in magnitudine infinita,sit mille graduum,& alia potentia sit vnius gradus,poterunt mille partes finitæ,vel etiã plures addi potentiæ finitæ vnius gradus,& sic crescet, & fiet æqualis,vel maior q̃ potentia q̃ est in corpore infinito,& in minori tempore mouebit,quod est impossibile.Et si dicitur quod si nullum corpus habet potentiam infinitã,quod non poterit durare tempore infinito.Dicendum est quod si corpus habet esse,quod est subiectũ

s.t. ibidẽ.q.2.

T.c. 80. 81.

s.t. vbi supra .f. t. c. 79. q.4.

transmutationi nõ durabit tempore infinito, quia subiacet tẽpori, vnde oporteret quod haberet potẽtiã infinitã ad conseruandũ se. Si aũt esse eius non est subiectũ trãsmutatiõi & tempori sicut esse cœli, nõ oportet, quod habeat potentiã infinitã ad hoc quod sit incorruptibile, sed sufficit quod habeat formã coniunctam tali materiæ, q̃ nõ põt alteri formæ subiici, ita quod non habeat potentiã ad opposita. i. ad esse & non esse, in cœlo. n. nõ est alia transmutatio pter localẽ, & ideo est incorruptibile, & durat in infinitũ, eius tamẽ incorruptio & duratio a prima causa dependet, sicut & eius motus.

T.c. 84. *Primum mouens est per virtutem suam in circunferentia cœli non autem in centro.* 14

Dico aũt per virtutem suã, quia per substantiã, nõ est magis hic, q̃ ibi. cũ. n. sit incorporeus, a nullo loco diffiniri potest, sed virtutẽ suã potest magis ad vnũ locũ applicare, q̃ ad alterũ signũ, igitur quod virtus eius sit ad mouendũ in circunferentia est, qa videmus quod mobile semper velocius mouetur, qñ est mouẽti propinquũ, q̃ qñ est remotũ, quia magis recipit impressionẽ mouẽtis. Cœlum autem velocius mouetur in circũferentia q̃ prope centrum, vnde fixionem habet a centro, mobilitatem vero a circunferentia.

T.c. 82. *Primum mouens est vnum.* 15

83. Motus. n. cœli est continuus, & totaliter regularis, & vniformis, sed plura mouentia nõ possunt causare motum regularem & vniformẽ. videmus enim quod quando plura mouent, & vnum post alterum, quod multum variatur motus, quia modo intenditur, & modo remittitur. motus ergo regularis primi mobilis ostendit esse vnũ primũ motorem, qui semper eodem mõ se habet, & idẽ non fatigatur mouendo. Et pterea in natura semper est eligendum quod est melius si potest hoc haberi, quia ea, quę sunt in natura, sunt optime disposita, melius au-

tem est semper facere per pauciora, q̃ per plura, & per vnum q̃ per plura, si potest hoc vnũ haberi, & si possunt omnia, quae accidunt per ipsum saluari, certum est autẽ quod si non ponamus vnum primũ mouens, nõ ita bene saluat̃ regularitas motus, quã videmus in primo mobili, & cõtinuatio. Sed si ponamus ipsum esse vnũ, oĩa, q̃ accidunt circa hoc de motu sufficienter saluantur, ergo dicendũ est quod est tantum vnum primũ mouens, qui est deus benedictus in secula seculorum. Amen.

Explicit liber Quintus de primo motore & primo mobili.

Postilla in quintum librum.

Postq̃ auctor determinauit de motu in cõmuni, & partibus eius, hic determinat de ipso per comparationẽ ad motores & mobilia, & specialiter ad primum motorẽ & primum mobile, vel sic. postq̃ egit de ente mobili in cõmuni, hic incipit agere de ipso in speciali, & qa in omni genere datur aliquod primum, incipit, a primo mobili, primo motu, & primo motore, ostendens dari primum in vnoquoq; horum. Sic autem procedit, quia primo p̃mittit duo fundamenta, alterum est de mobili in communi, a quo. s. mouetur in prima conclusione, alterum, vero de mouente seipsum declarãs quales partes habeat in. 2. quot in. 3. quomodo coniunctas in. 4. & quomodo dicatur moueri a seipso in. 5. Secundo probat dari primum motorem immobilem in. 6. Ex quo sequitur dari primum motum & primum mobile. Tertio volẽs inuestigare, quis, & qualis sit primus motus, praemittit an motus sit aeternus in septima an habuerit principiũ in octaua & postea declarat intentum in nona. Quarto & vltimo inuestigat cõditiões primi mouentis. s. omni-

modam immobilitatem in.10.perpetuitatem,quæ ſequ-tur ex priori in.11.Infinitatem virtutis,quæ ſequitur ex ſecunda in.12.immaterialitatem ſiue eſſe incorporeũ quod ſequitur ex tertia in.13.vbi ſit per virtutem ſuam in.14.& eius vnitatem in vltima.

INCIPIT LIBER SEXTVS DE COELO, ET MVNDO.

1.δcα. t.c.1. 

E corporibus & magnitudinibus ad philoſophum naturalem pertinet tractare. 1

Philoſophus .n. naturalis de naturalibus rebus debet tractare. Naturalia aũt ſunt corpora de genere ſubſtantię, q̃ habent materiã,& formam & magnitudinem,de illis igitur tractare debet.Et quia ex corporibus & magnitudinibus integratur vniuerſum corporeũ, quod dicitur mundus ſiue etiam cœlum,ab ipſo incipiemus.Eſt enim ſubiectum in hoc libro.

T.c.2.3 *Omne corpus ſecundum dimenſiones eſt perfectum.* 2

Habet.n.oẽs dimenſiones & nulla deeſt corporibus dimenſio. Nam longitudinẽ,latitudinẽ,& profunditatẽ habent,eo quod in hoc diuidũtur omnia corpora & nõ ſunt plures dimenſiões.ſunt igitur ſecũdũ illas pfecta.

T.c.4. *Vniuerſum eſt perfectum.* 3

Continet.n.oẽs dimẽſiões & omnia corpora,& oẽs modos eſſendi,& omnes perfectiones,quia ergo omnia continet,eſt vndiq; perfectum.

T.c.1. *Omnia corpora habent in ſeipſis principium motus.* 4

Quia omnia corpora ſunt naturalia, vnde habent in

eipsis naturam,hoc est materiam & formam, quæ sunt principia motus,necesse igit est omnia habere in se principium motus.

5 *Omnia corpora mouentur naturaliter.* vbi su.

Aut.n.mouentur naturaliter,aut violēter. Si naturaliter habemus propositū. Si violēter,cū violentū sit contra naturā,sequitur ergo ꝙ naturaliter etiam mouent. nihil.n.potest moueri violēter,quod nō naturaliter moueatur. Præterea si quiescunt naturaliter, oportet quod ad illam quietē naturaliter moueantur. Si aūt quiescunt violenter,oportet quod contra illam quietem naturaliter ferantur.naturaliter ergo mouentur.

6 *Omnia corpora mouentur secundum locum.* vbi su.

Motus.n.primus primo inest corporibus q̄; alii motus,sed motus localis est primus inter oēs.ergo primo inest mobilibus corporibus,ve diuersimode mouetur naturaliter cœlū a grauibus & leuibus,qa hęc habēt pncipiū formale ad qđ sequitur de necessitate motus absq; alio actiuo coniuncto,cœlum autem non habet principium formale, ad quod ex necessitate sequatur ille motus,sed habet aptitudinem naturalē ad hoc quod possit sic moueri ab aliquo principio actiuo coniuncto. s.t.ibi.& 1.physi. t.c.1.

7 *Motus simplices sunt duo.*

Motus enim simplices magnitudinibus simplicibus sunt ꝓprii,duo aūt sunt genera magnitudinū simpliciū s.cœlū & elementa,ideo duo sunt motus simplices.i.circularis circa cētrū,& rectus sursum a centro,& deorsum ad ipsum cētrū.ex quo patet,quod motuū simplicium, alius est a medio,alius ad medium,alius circa medium. T.c.5. T.c.6.

8 *Omnia corpora, quæ naturaliter mouentur motu recto,habent grauitatem vel leuitatem.* T.c.18. Itē.3.li. t.c.26. 27.

Si enim esset aliquod corpus,quod moueretur deorsum sine grauitate,oportebit quod corpus graue in infinitum velocius moueatur, q̄; ipsum,cum nullā habeat

proportionem.si.n.corpus graue sit ei proportionatu3 in velocitate motus, ponatur quod graue sit in decuplo velocius quam non graue, vt puta quod graue moueat velocitate, vt centum, & non graue velocitate vt decem. igitur diuidatur graue per medium, & habebit in duplo minorem velocitatem quã prius. Iteru3 ergo ab eo auferantur partes quadraginta & remaneant decem. patet ergo quod mouebit velocitate, vt decem iuxta regulas traditas in quarto libro, in conclusione vltima. ergo æquali velocitate mouebitur graue & nõ graue. quod est impossibile. oportebit ergo qđ graue in infinitũ velocius moueat quã nõ graue. Et hoc dico tã in motu violẽto, quã naturali, & tam in graui, quã in leui. Sed hoc est ĩposs.bile: qa necessario esset in ĩstãti, igit qđ mouetur motu recto habet grauitatem vel leuitatem.

3. ð cœ. t.c.38. *Non sunt infinita elementa.* 9

41. 5. met.t. c.4. Elementũ.n.est: ex quo fit aliqđ. primo cum insit & nõ diuidit in alias species: hæc sunt corpora grauia & leuia. Nõ sunt aũt infinita, quia infiniti essent motus naturales: & frustra ponerentur. Cum omnes effectus saluentur per finita. Res.n.naturales essent nobis ignotæ: cum infinitum non poss.t cognosci. ergo &c.

3. de cœ. t.c.51. *Non est tantum vnum elementum.* 10

Si.n.esset tantũ vnũ elementũ: sequeretur quod eēt vnus tantum motus naturalis rectus. sunt aute3 duo: vt dictum est: scilicet vnus sursum, & alter deorsum. ergo non est vnum tantum elementum.

2. de ge. t.c.16. *Quatuor sunt tantum elementa.* 11

1. ð cœ. t.c.18. item .4. t.c.31. Elementa.n.sunt quæ moueni motu recto vel sursum, vel deorsum. op3 ergo alterũ esse: qđ sit simplr leue, qđ mouetur sursum vsq; ad concauũ cœli. & alterũ simplr graue: qđ mouetur deorsum ad centrum. Cũ.n. sint duo loca distantia plurimũ localiter .f. medium &

extremum.i.centrũ:& cõcauũ orbis lunę:oportet esse duo corpora extrema.s.graue simplr:& leue simplr. Loca.n.naturaliter nõ sunt sine corpore.hæc aũt sunt terra & ignis.positis autẽ extremis:oportet ponere media, quæ non sunt simplr grauia : aut leuia . Sic ergo sunt duo vnũ.s.propinquũ leui:quod est aer:& alteruʒ propinquuʒ graui:quod est aqua.præterea leuis simplr est calidus & siccus . graue autem simplr est terra: quæ est frigida & sicca.sed posito vno contrarioruʒ, necesse est ponere & reliquum in natura: vel actu vel potẽtia.ergo oportet ponere humidũ non solum in potentia materiæ: sed etiam in actu:quia si solum est in potentia materiæ cũ nulla alia sit materia,quæ humiditatem possit suscipere:nisi materia:quæ est sub forma ignis vel terræ:sequeretur quod frustra esset ista potentia:eo quod nunquam posset reduci ad actuʒ.si tantum sit ignis & terra:quia siue ex igne generaretur terra siue ex terra ignis,nunq̃ humiditas illi materiæ inesset,oportet igitur quod sit in actu in aliquo alio elemento:qui est aer: qui est calidus & humidus & totus contrariatur terræ. sicut ergo aer contrariatur totus terræ: ita conueniens est:vt aliquod elementũ ponatur,quod totũ cõtrariet̃ igni.hoc est aqua,quæ est frigida & humida : quatuor igitur sunt.s.terra:aqua:aer:&ignis. 32.33. 34.37. 38.

12 *Præter quatuor elementa oportet dare quintum corpus alterius naturę.* 1.de cœ. t.c.8.

Motus.n.simplex est simplicis corporis prio & per se.Motus aũt circularis est simplex ergo est corpis simplicis primo & p se.nõ.n.corpus mixtuʒ mouet̃ motu simplici,nisi rõne corporis simplicis:ex quo cõponit̃. Cũ igitur circularis mot⁹ nõ sit naturalis elemẽtis:sed præter naturã.ergo oportet dare aliqđ corpus simplex, in quo est primo & per se,Elementa.n.non possunt moueri duobus motibus naturaliter:& maxime cõtrarijs

sicut est circularis & rectus. Est ergo pter elementa aliud corpus simplex alterius naturæ.

Quintum corpus est perfectius elementis. 13

Signũ huius est, quia motus circularis est perfectior motu recto. cuius signũ est, quia linea circularis est perfectior recta. circulari enim nihil deest, & nihil addi potest. Præterea motus circularis est regularis & sempiternus, non autem sic est motus rectus. Item iste motus circularis est causa aliorum motuum, oportet ergo quod corpus cœleste sit perfectius & prius dignitate cæteris corporibus & causa aliorum cum moueatur motu circulari. alia vero motu recto. Præterea corpus quintum non est graue vel leue, nec augmentabile vel alterabile, nec generabile, vel corruptibile, vt dicetur infra. quæ tamen omnia competunt aliis corporibus. ergo.

T.c. 23. *Præter hęc quinq; corpora simplicia, non datur aliud corpus simplex.* 14

Non enim sunt aliæ species motus simplicis præter circularem & rectum sursum & rectum deorsum, quæ sunt in istis corporibus primo & per se, vt dictum est, in aliis aũt propter ista, non igitur est aliud pter dicta.

a.t.c. 24 vsq; ad t.c. 32. *Motus circularis non habet contrarium.* 15

Non enim cõtrariatur ei rectus nisi secundum rationem quandã recti & circularis, quia rectus sursum contrariatur recto deorsum. Vni ergo duo essent contraria. Nec circularis quia motus illi sunt contrarii, qui sunt a contrariis terminis ad contrarios terminos, vt diximus in. 4. lib. sed motus circulares etiam si contra se moueantur, non mouebuntur a contrariis terminis ad contrarios terminos, immo ab eodem ad idem, vt si vnus incipiat a puncto versus orientem, & alter ab eodem puncto versus occidentem, tandem ad eundem punctũ circulariter reuertentur. Quia enim in motu circulari mobile secũdũ se totum non mutat locũ, habet parũ de diuersitate,

uerſitate,& ideo eſt longinquum a contrarietate.

16 *Vniuerſum non eſt infinitum magnitudine.* a.t.c. 33

Quia nullum corpus,ex quo conſtat eſt infinitũ,non vſq; ad quidem cœlum.cum.n.moueatur in vigintiquatuor ho t.c.76. ris perficiens totum curſum ſuum,ſequeretur quod tẽpore finito infinitum ſpatium pertranſiret.Quod autẽ nullum aliud corpus ſit infinitum,probatum fuit in cõcluſione nona tertii libri,& illę rationes ſufficiant ad p̃ſens,& ex his ſequitur vniuerſum eſſe finitum.

17 *Mundus eſt vnus.* a.t.c.76

Tum quia cum ſit vnus primus motus,vt dictũ fuit vſq;.92 in præcedẽti libro oportet eſſe vnum primum cœlũ,& conſequitur vnum mundum,tum quia cũ ſint tres ſpecies motus.ſ.ad medium,a medio,circa medium,oportet etiam tria corpora ſenſibilia eſſe & conſequenter tria loca,locus grauis,qui eſt infimus,locus leuis,q eſt medius,& locus circulariter moti,qui eſt ſupremus.Cum igitur leue ſit in medio loco,non ſunt plures mundi,q͂a tunc leue eſſet vel ſupra locum medium,vel infra quod eſt impoſſibile.

18 *Non poſſunt poni plures mundi,* a.t.c.76

Si.n.eẽnt plures mundi,oporteret quod terra vnius vſq; ad ferretur ad centrum alterius,quia omnia corpora ſim t.c.96. plicia eiuſdem ſpeciei feruntur ad eundem locum naturaliter,& ſimiliter dicendum eſt de aliis corporibus.Hoc a.t.c.95 autem eſt impoſſibile,quia & terra aſcẽderet & ignis de vſq; ad ſcenderet.præterea mundus conſtat ex tota ſua materia t.c.100. ideſt cõprehẽditur tota materia mundi ſub cœlo,& cõtinet omnia genera corporũ,vt patet ex iis,q̃ dicta ſunt, & omnes modos eſſendi,vnde eſt vndequaq; perfectus non igitur oporteret facere plures mũdos,cum iſte oẽs perfectionum gradus contineat. a.t.c.97

19 *Extra cælum nec eſt locus nec vacuum nec tempus.* vſq; ad

Cum enim ibi non ſit,nec poſſit eſſe corpus,eo quod t.c.100.

omnia corpora ſub cœlo cõprehendantur, non erit ibi locus. aliter eſſet fruſtra, nec vacuum, quia vacuũ eſt locus priuatus corpore: nec tẽpus, quia ibi non eſt motus, cum non ſit ibi corpus.

T.c.110 *Ea, quę ſunt extra cælum, nec ſunt corpora nec ſunt in loco nec in tempore.* 20

Hæc.n.nõ ſunt extra cœlũ, vt dictũ eſt, in cõcluſione præcedenti, ergo quæ ſunt extra cœlũ non ſunt talia.

vbi ſu. *Ea, quę ſunt extra cælum ſunt inalterabilia impaſſibilia optimę vitę per ſe ſufficientia ęterna, influentia in hęc inferiora, & ideo intranſmutabilia.* 21

Cauſa aũt horũ eſt, quia ibi nullus eſt motus, ſeu alteratio, qua poſſint pati, vel alterari: nec habent vitã materiæ permixtã, & nullo indigent ad eius cõſeruationẽ, aut executionẽ operũ ſuorũ. Non eſt ẽt ibi ſucceſſio tẽporis, vt non poſſint eſſe æternę, & cum ſint perfecta & ſufficientiſſima ſunt cauſa aliorũ, & in alia influũt, intrãſmutabilia aũt omnino ſunt, tranſmutatione proprie dicta, ſed primum inter illa eſt omnino intranſmutabile, quocũq; mõ accipiatur tranſmutatio, cũ ſit inter omnia optimũ. Nam melius eſt, quod nullo modo tranſmutatur, q̃ quod aliqualiter tranſmutatur. ergo.

1.ð cœ. *Corpus cæleſte nec eſt graue nec leue.* 22

t.c.18. Si.n.eſſet graue vel leue ferretur ad centrũ, vel a cen-
19. tro. Si ergo hic motus ineſſet ei naturaliter eſſet de natura quatuor elementorum quod eſt contra prædicta. Si autem aliquis iſtorũ ineſſet ei præter naturam, alter ineſſet naturaliter, & ſequeretur idẽ, quod prius. Nõ ergo eſt graue, nec leue, & ideo ſi aliqua pars cœli detraheretur
T.c. 20. ab eo, & poneretur in medio aeris, non moueretur nec
21.22. ſurſum, nec deorſum.

1.ð cœ. *Cælum eſt ingenerabile, & incorruptibile.* 23

t.c.1. Nihil.n.eſt cœlo cõtrarium. In generatiõe aũt & cor-

ruptiõe oportet esse vnum subiectum & duos terminos contrarios: scilicet formam & priuationem materia autem, quę formam suscipit, requirit dispositionem ad formam. vnde primo est in contrariis dispositionibus, & postea in similibus & proportionatis formæ has igitur contrarias dispositiões non habet cœlum, quia hæ sunt presertim calidũ, frigidũ, humidũ, & siccum, ad quos cõsequitur graue, & leue, vt patet in elementis. Graue autẽ & leue non sunt in cœlo, ergo nec istæ aliæ impressiões, in quibus est alteratio. nõ recipit ergo cœlũ peregrinas impressiones, & ideo non habet corpus contrarium sibi vnde ab omnibus dicitur ipsum esse locum deorum.

24 *Spissum & rarum non sunt contraria in cœlo.* s.t. 2. de cœlo. t. c. 41.

Cõtraria. n. possunt esse in eodem subiecto proximo vel remoto. Dico aũt remoto, quia in igne & si non possit esse frigiditas, materia tamen prima ignis potest frigiditati esse subiecta. Sed stella non põt reduci ad dispositioné partiũ cœli, quia cũ cœlũ sit ingenerabile & incorruptibile oportet ẽt quod sit inaugmẽtabile. i. quod nõ possit nec augeri, neq; minui. Augumentũ. n. & diminutio non fiũt absq; aliqua generatione & corruptiõe eo, quod alimẽtũ suscipit formã augmẽtati. Et similiter nõ poterit alterari alteratiõe proprie dicta, qa hmõi alteratio nõ est nisi in iis, q̃ augeri pñt & minui, & generari, & corrũpi. itaq; partes spissiores cœli nõ poterũt rarefieri, nec rariores inspissari, qa in cœlo nõ est generatio neq; corruptio, neq; augmentatio, neq; diminutio, nec alteratio proprie dicta. Rarũ ergo, & spissum nõ sunt cõtraria in cœlo, cum non possint in eodem esse subiecto ambo vicissim, sunt ergo ibi sicut contraria in intellectu. Rarum enim & densum in intellectu non sunt contraria, sed in rebus inferioribus, quia sunt ibi per modum intellectus. ita etiam in cœlo tanquam in causa & virtute. In rebus aũt inferioribus sunt contraria. differunt ergo

rarum,& densum secundum quod sunt in cœlo & in in-
ferioribus.cuius signum est quia in cœlo quanto aliqđ
est magis densum tanto etiam est magis luminosum,in
inferiorib.autem econtrario.

12.met. *In cælo non est tantum vna sphęra circulariter mota.* 25

t.c. 34. Cum.n.cœlum circulariter moueatur,necesse est esse
43.2.de aliquid medium,circa quod voluatur,quod quidē me-
coe. a.t. dium naturaliter in cētro quiescat,& hoc non est nisi ter
c.17.vs- ra.Si autem terra est,etiā ignis est,quia posito vno con-
q3.2 2.2 trariorum,ponitur & reliquum,vt dictum est.Si autem
de coe.t. hæc sunt,oportet esse aerem & aquā,quia hæc sunt con-
c.101. traria igni & terræ secūdum aliquas qualitates: & etiam
positis extremis necesse est ponere media.Si autem hæc
sunt,cum sint cōtraria adinuicem,necesse est generatio-
nem & corruptionem esse.continue.n.agunt & patiun-
tur adinuicem.Si autem generatio & corruptio est,neces
se est eē p̄ter motum vniformem cœli,alios motus dif-
ferentes,ex quibus causetur difformitas generationis &
corruptionis,& sic in cœlo sunt plures sphæræ.

2.te.c. *Terra est sphęrica.* 26

104.vs- Oportet.n.quod terra sit in medio mundi,quia natu
que in raliter graue fertur ad medium,vnde etiam in medio na
finē lib. turaliter quiescit,quia ergo partes naturaliter feruntur
secūdi. ad locum totius,ideo partes terræ ad mediū latæ se inui
2.t.c.96 cem comprimunt ex omni parte ad medium tendentes,
vsq3 ad & sic terra rotundatur,signum autem huius est,quia qñ
t.c.104. luna eclypsatur,obscurum illius & lucidum distingun-
tur per lineam circularem,propter quod oportet quod
vmbra terræ,quæ est in medio,sit rotunda,& per conse
quens ipsa terra erit rotunda.

2.t.c.22 *Cælum supremum est sphęricę figurę.* 27

vsq3.35 Figura.n.prima est attribuenda primo corpori, hæc
51. autem est figura spherica,cuius ratio ē,quia hæc est ex li
neis circularibus,aliæ autē figuræ sunt ex lineis rectis

figura autem circularis fit ex vna linea tantum, rectę aũt ex multis, vnum autem est prius pluribus. Et pręterea linea circularis est perfectior, qa nihil ei potest addi: lineæ autem rectæ, si est finita, potest aliquid addi & sic est imperfecta. Si aũt est infinita nihilominus est imperfecta, quia caret fine. Sicut igitur se habet linea circularis ad lineam rectã, ita & figura sphærica ad figuram rectilineã, figura igitur sphęrica est perfectior & prior cæteris figuris, & ideo conuenit primo cœlo.

28 *Inferiores sphęrę sunt sphęricę figurę.* T.c. 26.

Cœlum.n. supremum tangit eas, & vtrobiq; est eiusdem naturæ. s. in concauo & in conuexo. vnde etiam in cõcauo est sphęricũ, si ergo aliæ sphæræ in conuexo nõ essent sphæricæ, daretur vacuũ inter sphærã, & sphærã, signum autem huius est, quia terra est rotunda, & aqua quoq; ad rotunditatem tendit, quia omnes partes eius tendunt ad infimum, aer quoque, quia æqualiter partes eius concurrunt sursum, & similiter ignis, vnde conueniens est, vt ẽt corpora cœlestia sint rotũda, & sphærica. 30. 31. 51.

29 *Astra sunt sphęricę figurę.* T.c. 51.

Sunt.n. partes cœli & eiusdem naturæ cũ eo, vt probabitur, ergo oportet quod sint eiusdem figuræ cum cœlo, & hoc in lunæ augmento manifestum est. non.n. illo modo faceret augmentum luna, nisi esset sphærica, eadẽ autem ratio est de luna, & aliis stellis, omnes ergo sunt sphæricæ figuræ. 59.

30 *Astra sunt de naturą corporis cœlestis.* T.c. 41.

Nam mouentur circulariter, sicut corpora cœlestia & obtinent eundem locum, loca autem consequuntur naturas corporum. item si non essent de natura cœli, cum nec etiam sint elementa, essent composita ex elementis, quod est falsum, quia locus astrorum nõ est locus compositorum. Nam non sunt plura corpora simplicia, præter quatuor elementa, & cœlum, vt dictum est supra, 42.

sunt igitur de natura cœli.

s.t. sup *Cæli & astra differunt specie.* 31

t.c.59. Patet hoc primo ex diuersa eorum operatione specifica. secundo ex motu naturali. Nec.n.omnia mouentur eodem modo & eodem motu. vnde sunt eiusdem generis, non tamen eiusdē speciei: & constat vnumquodq; indiuiduum ex tota sua materia. sicut totū vniuersum cōstat ex tota sua materia suæ speciei. Non.n.est generatio ibi vel corruptio, & hoc propter eorū perfectionē, differunt ergo specie a cœlo & eadem ratione inter se.

a.t.c. 67 vsq.72 *In suprema sphęra sunt multę stellę, in aliis autem vna tantum.* 32

Rationabiliter.n.hoc factū est, qa suprema sphæra est maioris dignitatis & actiuitatis q̃; ceteræ, quia est propinquior primo mouēti, ideo debet habere plura instrumenta, quæ sunt astra in eo fixa, sicut nodi in ligno, q̃; cæteræ stellæ ad operandum.

T.c.13. *Cælum est animatum.* 33

Hoc.n.pertinet ad dignitatem cœli, quod a principio coniuncto moueatur. quomodo autem hoc principium sit ei coniunctum intelligendum est sane. Non enim est, sicut forma cœli, quia hæc anima non posset esse vegetatiua, eo quod in cœlo non est nutritio vel augmentatio, nec generatio, nec sensitiua, quia non est absq; vegetatiua, vt patebit inferius. Nec etiam intellectiua, quia animæ intellectiuæ esset melius esse extra corpus q̃; in corpore, nisi indigeret acquirere perfectionem in corpore per sensus. Si autem non haberet hanc indigentiam, natura ageret quod deterius est ei infundendo eam in corpus. si ergo anima cœli infunderetur in corpus cœli, eēt propter istam indigentiam, aliter non apparet qualiter debeat infundi, cœlum ergo esset sensibile & vegetabile, quod improbatū est. itaq; hoc principiū mouens cœlū, nō est ei cōiunctum sicut forma, sed sicut motor, quod

mouet amando & desiderando primum mouens.

34 *In cælo est sursum & deorsum, ante & retro, dextrũ & sinistrum.* a.t.c.13. vsq;.17

Cœlũ.n.cũ sit aliquo mõ animatũ habet similitudinem cum animali, in quo propter principiũ agendi hæc ponuntur. sursum.n.dicitur propter principium motus alimenti. ante aũt propter principium sensuũ. dextrum aũt propter principiũ motus localis. In cœlo quoq; vbi sunt nobiliores operationes, ibi ponimus principia motuum, & ante & retro & dextrũ & sinistrum, & sursum & deorsum, vnde antarcticus polus est sursum in cœlo & oriens dextrũ & emisperiũ superius ante, cętera sunt his opposita, & imaginamur, ac si homo iaceret superius versa facie ad superius, & caput haberet ad polũ anctarticũ & pedes ad arcticum, & dextram manum ad orientem & sinistrum ad occidentem.

35 *Cælum rationabiliter mouetur ab oriente & sursum.* T.c. 33. 34.

R õ huius est, qa hæc est pars dextra. Sed cã huius dispositiõis partiũ est intelligẽtia, q̃ ita se habet ad sphęrã, vñ & in ipsam, sicut in cãm reducitur, qđ motus cœli sit isto mõ, quo diximus in cõclusiõe.s.ab oriẽte in sursũ.

36 *Cælum mouetur regulariter.* a.t.c. 35 vsq;.40

Est.n.motus eius primus & mensura omnium, igitur regularis. Præterea si esset irregularis, aut esset propter transmutationẽ mobilis, aut mouentis. Sed mobile est intrãsmutabile in substãtia & figura & forma. ergo multo magis mouẽs. Nõ ergo irregulariter mouetur.

37 *Astra mouentur ad motum cæli.* a.t.c. 45 vsq;. 52

Signum huius est, quia videmus ea ire ad occasum cũ cœlo & seruare distantiam inter se excæptis planetis, Non enim astra mouentur motu girationis, seruando semper eãdem superficiem versus nos. sicut girať mola molendini, nec motu volutationis nunquã.s.seruando

eandem superficiem versus nos cuius signum: est quia eadem ratio est de luna & de omnibus, sed luna non mouetur hoc motu: ergo nec alia cuius signum est quia seruat semper eandem superficiem, & eundem situm illius superficiei. sicut patet in illa nebula quae apparet in ea, quia semper apparet eodem modo: illud autem si-
T.c.49. gnum vel illam nebulam habet quia est causa infima, in qua effectus inueniuntur minus vniformiter, vel quia in ea praeexistit effectus infimus, qui est terra, vnde ei aliqualiter assimilatur.

T.c.57. 58. *Sphęrę inferiores mouentur tardius vel velocius secundum distantiam a prima.* 38

Tardius quidem motu secundo: qui est motus proprius earum, velocius autem motu primo, qui est motus primae sphęrae quem supponimus esse simplicem .i. non compositum ex pluribus motibus: sicut est motus secūdus. cum enim prima sphęra sit propinquissima substantiis separatis sempiternis, habet tantum vnum motum, qui propter suam vniformitatem est causa sempiternitatis in inferioribus, aliae vero sphęrae, quia magis recedūt ab illis appropinquando corruptibilibus, aliquid participant de motu primo, & aliquid de secūdo, qui est causa corruptionis & generationis, sic tamen quod superior planeta, scilicet saturnus minimum habet de secundo propter nobilitatem suae naturae: ideo hic motus est tardior in illo. peragit enim cursum suum in. 30. annis vltimus autem, scilicet luna propter appropinquationē ad corruptibilia, maxime habet de secundo motu, qui est in ea velocissimus. nam in mēse peragit cursum suū, medii autem medio modo se habent. Et inquātum quidam est naturalis, habent plus vel minus ipsum participare secundum distantiam a prima sphaera: sed quia est etiam voluntarius variatur proportio, secundum quod melius est, & Iupiter quidem, qui est post Saturnū, per-

ficit motum ſuum n.12.annis.Mars vero in duobus, Sol autem,Venus,& Mercurius quaſi per annum:nam motus Veneris & Mercurii colligantur motui ſolis ei deſeruientes: ſecundum autem primum motum varia-tur velocitas,& tarditas ſecundum diſtantiam a prima ſphęra:& de iſto ſimpliciter verificatur conclusio,cuius ſignum eſt,quod etiam mouentur hoc motu in viginti-quatuor horis,& tamen ſuperiores ſphæræ ſunt maio-res: vnde patet,quod velocius mouentur.

39 *Calor a ſtellis generatur ex motu & lumine.* T.c.42.

Ex motu quidem quia ex motu cœli mouetur ignis, qui tangit orbem lunæ:& ſimiliter aer ei propinquus:& ſic ex confricatione & motu cauſatur calor, quia enim motus localis eſt cauſa aliorum motuum,præcipue eſt cauſa primæ alterationis quæ eſt caleſactio. Ex lumine autem,quia lux eſt qualitas primi alterantis,ideſt cœli: ideo cauſat primam qualitatem directe inferiorum cor-porum, hæc autem eſt calor : verum quædam aſtra di-cuntur infrigidare propter alias proprietates, quas ha-bent,ſecundum igitur quod calor cauſatur ex motu,ſu-periora corpora ſunt calidiora inferioribus ſecundum autem quod cauſatur ex lumine,inferiora ſunt calidio-ra propter reflexionem radiorũ.vnde regio aeris media remanet frigidior cæteris.

40 *Aſtra non cauſant ſonum motu ſuo.* a.t.c.52 vſq; lib.

Tum quia audiretur,maxime cum ſint aſtra tam ma-gnæ quantitatis,quod tamen eſt falſum: tum quia non mouetur per ſe: ſed ad motum orbium,in quibus ſunt: vt dictum fuit ſupra nil autem tale cauſat ſonum.tum quia ſonus cauſatur ex diuiſione alicuius corporis,pu-ta aeris,vel aquæ,quod in cœlo non poteſt eſſe : & hæc ratio militat etiam de motu ipſorum orbium, ꝙ nō cau ſent ſonum,tum quia ad nihil eſſet vtilis iſte ſonus:im-mo potius deſtrueret res,ſicut patet de magnis ſonis, q

ſunt apud nos. vnde natura prouidens nō dedit eis motum per ſe, & conſequenter nec iſtum ſonum.

4. de cœ. a. t. c. 21 vſq; ad 1. c. 25. *Elementa mouentur ſurſum vel deorſum, quia ſic ſunt naturaliter nata moueri.* 41

Cum enim quod mouetur naturaliter moueatur ex quodam termino determinato a determinato mouente, & in determinatum terminum, oportet quod id, quod mouetur ſurſum vel deorſum moueatur, iſto mō. Et qa quod ſic mouetur eſt graue vel leue ſiue ſimpliciter, ſiue in reſpectu, ſecūdū quod in potētia ſunt ſurſum vel deorſum, ſequit̃ quod terminus huius motus. ſ. eē ſurſum vel deorſum ſit perfectio & finis, quod. n. eſt in potētia ad aliquid, perfectio & finis eius eſt eſſe in illo. motiuū etiā mouet mobile ad perfectionē & finē ſuū. mouentur igitur grauia & leuia ſurſum vel deorſum ſicut in finē. Et per cōſequens quia ſunt ſic apta moueri, & confirmatur, quia cū locus ſit terminus vltimus corporis continentis, terminus aūt habet rationem actus & perfectionis. locus habebit rationem perfectiōis & formæ & conſequenter finis. vnde moueri ad ipſum eſt moueri ad ſimile ſecundum naturam propter conſeruatiuam virtutem, quā habet: naturaliter ergo mouentur ad iſta loca, differenter tamen mouentur ad ea, quando ſunt in potētia eſſentiali. cū. ſ. generantur ante quā habeant formam ſuā. nam tunc ſimul generantur, & mouentur. Et cū ſunt in potentia accidentali. cū. ſ. iam generata detinentur ab aliquo extra loca ſua, nā tunc non eſt idem tp̄s motus, & generationis ipſorū. Item primo modo mouentur a generante, quod dat formam, ad quā conſequitur motus ille. ſecundo autem modo a remouēte prohibēs, aut ab eo, a quo repulſa reſiliūt.

T. c. 28. 29. 30. *Cauſa grauitatis & leuitatis in compoſitis ſunt corpora ſimplicia, i. elementa.* 42

Primum. n. in vnoquoq; genere eſt cauſa aliorum cū

Igitur elemẽta sint pria grauia & leuia sunt causa grauitatis & leuitatis in aliis. vnde secundum quod composita diuersimode participant simplicia, diuersimode se habẽt ad grauitatem & leuitatem, & consequenter ad motum grauium & leuium. mouentur enim secundum elementum prædominans, & ob hoc accidit in illis quædam diuersitas, quia quædam non videntur æqualiter grauia & leuia in quocũq; loco propter diuersitatem simpliciũ, ex quibus sunt. sicut videmus quod lignum habẽs pondus talenti vnius est grauius in aere, & velocius descendit plumbo vnius oboli: econuerso autẽ in aqua, quod contingit, quia omnia elementa præter ignẽ habẽt grauitatẽ in loco suo, vt infra dicetur, de terra qdẽ & aqua patet. de aere aũt verificatur saltẽ quo ad partem propinquam aquæ & terrę, quæ propter diuisibilitatẽ aeris ingrossatur: & talis videtur esse aer, q venit in cõpositionem mixtorum. secundum ergo quod aliquod compositum plus vel minus habet de virtute vnius elemẽti q̃; alterius, sic tardius vel velocius mouetur in loco eius, & sic lignũ, quod participat magis de aere, q̃; plumbum, quod magis participat de terra, & aqua, velocius mouetur in aere, econuerso autem in aqua.

43 *Elementum continens habet rationem formę, contentũ vero rationem materię.* 4. de cœ. t.c.35. 36.

Primo quidem, quia continere & terminare sunt conditiones formæ: contineri vero, & terminari sunt conditiones materiæ. secundo quia in omni genere perfectius habet rationem formæ, imperfectius vero rationem materiæ, sicut patet in albo & nigro, calido & frigido, locus autem sursum est dignior, q̃; locus deorsum. igitur ille habet rationẽ formæ, & iste materiæ. Et si ita se habent loca, & corpora, quæ sunt in illis eandem rationem debent habere, vnde & materia ipsorum in quantum est in potentia ad formam leuis, habet rõnem

formæ,& vt in potentia ad formam grauis. habet rationem materiæ. licet. n. sit vna & eadem secundum substātiam per priuationeꝫ omnis formæ, est tamē alia & alia secundum rationeꝫ, prout comparatur ad diuersas formas, quibus habet distingui. hinc est quod corpus habens materiam idonee se habentem ad leuitatem, puta determinatam per caliditateꝫ est leue simpliciter & sursum fertur quandiu habet materiam talem, vt patet in igne. quod autem habet materiam contrarie se habentem. s. determinatam per frigiditatem est graue simpliciter & tendit deorsum, vt patet de terra. quod autem habet eā medio modo se habentē. s. determinatā caliditate & frigiditate remissis est graue & leue in respectu, & mouet᷑ sursum & deorsum, nō simpliciter, sed in respectu. sicut est aqua & aer, qui tamen aquæ supereminet.

T.c. 39. *Elementa intermedia habent grauitatem in locis propriis, leuitatem autem in iis, quibus superferuntur.* 44

Signum huius est, quia subtractis corporibus substātibus eis mouentur deorsum ad ea, quæ consequūtur: sicut remota aqua mouetur aer in locum eius, & remota terra mouetur aqua ad locum eius, si auteꝫ remoueatur ignis non ascendit aer ad locum eius nisi per violētiam, & similiter remoto aere, non mouet᷑ aqua ad locū eius nisi per violentiam. probatum est etiam hoc experimento de aere, de quo videt᷑ magis dubitādū, qa vter inflatus est grauior q̄ꝫ non inflatus. Et hoc intelligendū est: vt diximus, supra de aere non secundū suaꝫ dispositionem naturalem. sed secundū quod infrigidatur & ingrossatur, qualis est aer contiguus terræ & aquæ. quando aūt ista elemēta intermedia sunt in locis eorum: in quibus superferuntur tendunt sursum ad loca sua. Et sic ibi habent leuitatem. & hoc est quia sunt grauia & leuia in respectu: non simpliciter. terra auteꝫ: cum sit simpliciter grauis est vbiqꝫ grauis: & ignis vbiqꝫ leuis: qa

est simpliciter leuis nec vnquã terra mouetur sursum: aut ignis deorsum nisi per violentiam.

45 *Differentię quibus elementa mouentur ad loca sua. sunt ęquales numero ipsis elementis.i.quatuor.* T.c.40. 41.

Si.n.esset vna tantum in omnibus, omnia mouerentur ad locum vnum puta deorsum: si esset illa: quæ inclinat ad motum deorsum, cum hoc tamẽ velocius: vel tardius secundũ quod plus vel minus haberẽt de illa. Et sic non daretᷓ aliquid simpliciter leue. cuius natura ẽ ferri sursum simplr̃. vel ecõuerso: nõ daretᷓ simplr̃ graue. cuius natura est moueri simplr̃ deorsum si ista differentia esset illa, quæ inclinat ad motũ sursum. præterea sequeretᷓ quod aliqua pars intermediorũ velocius moueretᷓ sursum, vel deorsum: quã aliqua pars terræ vel ignis: quia posset accipi tanta pars, quæ haberet plus de illa differentia. hoc aũt est incõueniens. si autem essent duæ: vel tres: posset contingere qđ aliqua pars aeris velocius moueretᷓ deorsu3 quã aliq̃ pars aq̃. cui⁹ oppositũ videmus. poterit.n. esse qđ aliqua ps aeris plus habebit de illis differẽtijs. Et ecõuerso põt dici de aqua respectu motus sursum. oportet ergo illas eẽ q̃tuor: sic qđ vnũquodq; habeat propria3: per quã mouetur ad loca sua.

46 *Figurę elementorum non sunt causę motuũ ipsorum. coadiuuant tamen quo ad tarditatẽ & velocitatem.* T.c.42. vsq; ad finem libri.

Qđ nõ sint causæ satis patet: qa cũ figura ꝑtineat ad q̃titatẽ, nõ põt esse principiũ motus: sicut nec ipsa quãtitas. coadiuuat tñ inquãtũ facit ad diuisibilitatẽ corporis: in quo fit mot⁹. figura.n. lata: qa multũ cõprehẽdit de corpore supposito: nõ potest illud faciliter diuidere. Et sic fit motus tardus. acuta nõ facilr̃ diuidit. & sic facit motũ velocẽ. & hęc de cœlo & mũdo breuiter dcã sint.

Explicit liber sextus: qui est de cœlo & mundo.

Postilla in librum sextum.

In hoc libro incipit auctor applicare quæ dicta sunt de motu in communi ad propria subiecta, & quia primum corpus est illud quod mouetur secundum locum, siue sitũ, hic agit de tali corpore, quod est principaliter ipsum vniuersum corporeum, siue mũdus, deinde eius partes principales, quæ sunt corpora cœlestia, & elemẽta, vnde primo agit de ipso vniuerso, secundo de corpore cœlesti, tertio de elementis, nõ quatenus calida & frigida siue sicca & humida, sed quatenus habeat per se situm in vniuerso, quem habent inquãtum grauia & leuia sunt. Constat enim vniuersum ex suis partibus, secundum ordinem situs vnde de aliis corporibus hic non determinatur, puta lapidibus: plantis & huiusmodi, quia non habent per se situm in mundo, sed ratione corporũ simplicium. Circa primum, præmisso ꝙ hæc consyderatio de corporibus spectat ad naturalem in prima cõclusione. primo ostendit perfectionem vniuersi: & quia ostendit illam, tum ex perfectione corporum absolute, tum ex perfectione propria: declarat perfectionem corporũ in. 2. & in. 3. ostendit perfectionem vniuersi. Secũdo volens ostẽdere, ex quibus partibus eius perfectio integretur, præmittit quomodo se habent corpora ad motum, quo ad principium quidem in. 4. quo ad naturalitatem vero in. 5. & quo ad speciem motus: in. 6. præmittit etiã numerum motuum simplicium in. 7. & qualitatem corporum quæ moueatur motu recto in. 8. & ex his deducit numerum elementorũ, remouens infinitatem in. 9. vnitatẽ in. 10. & concludens quot sunt in. 11. Et quia ad eius integritatẽ pertinet etiam corpus cœleste, quod dicitur quintũ corpus, ostendit in. 12. dari tale corpus, & postea eius perfectionem declarat per comparationẽ ad elementa in. 13. Quia vero ista corpora sufficiũt ad perfectionem substantialem vniuersi corporei, ostendit in

14.nō dari aliud corpus simplex,& ex hoc excludit motum circularem habere cōtrarium in.15.Quia vero antiqui attribuebant perfectionē infinito:tertio loco ostēdit,an vniuersum sit infinitum,excludens infinitatē secundum magnitudinem in.16.& secundū multitudinē in.17.&.18.probans non solum non esse infinitos mūdos,sed vnum solū,& actu & potentia:& quia hoc prouenit ex hoc ꝙ mundus constat ex tota materia sua, quæ sunt omnia corpora,consequenter ostendit hoc,probās extra cœlum non esse aliquod corporeum in.19 & qualia sunt entia quæ sunt extra cœlum,in.20.&.21.Circa secūdum principale.s.corpus cœleste,primo agit de eius perpetuitate,quam ostendit,ex hoc ꝙ est alterius naturæ ab elementis.s.nec graue,nec leue in.22.& per consequens ingenerabile & incorruptibile in.23.& nō habere contraria in se:in.24.Ex his.n.sequitur ipsum esse perpetuum,quia nec incipit,nec finitur per motū.Secundo agit de principalibus partibus eius quæ sunt sphæræ,assignans cām quare sunt plures:in.25.Tertio agit de figura eius.s.sphærica,quā prius ostēdit de centro eius.s.terra in.26.deinde de primo cœlo in.27.& demum de aliis inferioribus in.28.Quarto agit de partibus eius secundariis.s.stellis,docens tria.s.Cuius figurę sint.s.sphæricæ sicut ipsum cœlū in.29.cuius naturę,tam cōis in.30. ꝙ̄ specialis in.31.& diuersitatē earū in.32.Quinto agit de aīatiōe eius quod spectat ad eius dignitatē,in.33.deducēs ex hoc ipsum hēre differētias situs in.34.Vltimo agit de motu eius, declarās ordinē situalē.motus eius in.35.regularitatē in.36.motū astroꝝ in.37.motū inferiorū sphærarū in.38.& effectū motus eius in.39.excludēs in.40.quēdā effectū putatū.Circa tertiū ꝑncipale.s. elemēta,supposito numero eorū ex superius dictis,agit de illis quatenus mouentur secundū locū per grauitatē & leuitatem.sic.n.sunt partes vniuersi,secūdū autem ꝙ sunt generabilia & corruptibilia siue alterabilia,determi

nabitur de illis in sequenti libro. primo igitur ostendit, q̃uo mouentur secundũ situm diuersimode in.41.& qa hic motus prouenit ex grauitate & leuitate illorũ, ostendit secundo differentiam horũ, tum in mixtis in.42.tũ in ipsis in.43.tum specialiter in mediis in.44. Tertio declarat numerum harum differentiarum in.45. Demum ostendit quomodo se habent figurę elementorũ ad motum eorum in.46.

INCIPIT LIBER SEPTIMVS, QVI EST DE GENERATIONE ET CORRVPTIONE.



1.de ge. t.c. 11. 21. 5.phy.t. c.7. 11.met. lec. 11. *Eneratio est mutatio de non esse ad esse, & corruptio est de eẽ ad nõ eẽ.* 1
Dico aũt mutatio & non motus, qa generatio & corruptio non sunt motus, sed magis termini motus, vt determinauimus supra libro.5. conclusione.7.&.8.

sã. tho. 2.de aia t.c.34. *Generatio est naturalis.* 2
Habet enim principiũ naturale & terminum naturalem, qui est forma & subiectũ naturale, quod est materia, est igitur naturalis.

5.phy. t.c.56. s.t. ibi. *Corruptio est naturalis.* 3
Contraria enim sunt in eodem genere & corruptio contrariatur generationi. ergo. At etiam corruptio consequitur principia naturalia, scilicet actionem naturalem contrariorum quæ contra se agunt naturaliter. Ex qua actione sequitur corruptio: ideo est aliquo modo naturalis.

Corruptio

Corruptio non est de intentione naturę per se sed per accidens. s.t. pria 19.q. 4.
4 Cum.n.ratio boni sit ratio appetibilis, non potest ap co͂. cap.
petitus fieri in malum inquantũ huiusmodi, sed inquan 4.5.
tum consequitur ad aliquod bonum. nulla igitur res appetit sui vel alterius corruptionem, nisi inquantum aliquod bonum appetit, cui illa corruptio cõiungitur. hoc autem est esse intentum per accidens. ergo.

Generatio est duplex. 1.de ge.
5 Quædam est per quam acquiritur esse substantiale, & t. c. 12.
esse simpliciter, vnde dicitur generatio simpliciter & est 18. 19.
in sola substantia. Quædã est per quã acquiritur esse acci 20.
dentale, quæ dicitur generatio secũdum quid dicitur ẽt 5.phy.t.
generatio simpliciter, quando aliquid per mutationem c.7. 11.
accipit perfectius esse, q̃ haberet, vt si ex aqua generare- met.lec.
tur ignis, secundum quid autem, quando accipit esse im 11.s.t.
perfectius, vt si ex igne generaretur terra. esse enim imperfectius est quasi non esse respectu perfecti, amplius etiam generatio simpliciter est quando fit mutatio ab aliquo, quod se habet per modum priuationis ad habitum vt cum mutatur aliquid de frigido ad calidum, & econuerso, dicitur generatio secundum quid, quia priuatio non est respectu habitus.

6 *Omne quod generatur ex non ente simpliciter & ex* 1.de ge.
ente in potentia generatur. t.c. 11.
Non.n.generatur aliquid ex entę in actu quod est ens 24.
simpliciter, quia esset anteq̃ generaretur, quod aũt gene 1.phy.t.
ratur, nondum est, nec etiam ex nihilo, quia nihil gene- c.62.
ratur ex nihilo. ergo ex ente nõ simpliciter quod est ens in potentia, non in actu.

7 *In generatione simpliciter totum transmutatur in totũ.* 1.de ge.
Quãquã.n.eadem materia remaneat secundum rem, t.c.23.
tamen est alia & alia secundum rationẽ inquantũ est sub 24.

ista & illa forma vnde dicimus ex aqua fieri igné & econ uerso. nec tñ dicimus ex parte aquę, & hoc idem potest aliqualiter dici de generatione accidentali accipiendo totum, ipsum subiectum cum accidente, puta homo musicus, qui mutatur in hominem immusicum.

T.c. 24. *Generatio differt ab alteratione.* 8

Generationi.n.& corruptioni subiicitur ens in potentia tantum. Alterationi vero ens in act, unde generatio & corruptio terminantur ad substantiá vel privationem substantiæ, alteratio vero est in qualitate.

Remotis generatione & corruptione, remouetur etiam alteratio. 9

Remoto.n.termino remouetur ẽt motus: alterationes autem ordinatæ sunt naturaliter ad generationẽ & corruptionẽ, & omnes motus, maxime aũt alteratio participat aliquid de generatione & corruptiõe, remoto autem principali & secundarium remouetur. ergo &c.

vbi su. *A generatione & corruptione differunt augmentum & decrementum.* 10

Quia hæc habent subiectum in actu, illa vero in potẽtia & illa sunt in substantia & hæc in quantitate.

T.c. 25. *Augmentum & alteratio differunt.* 11

Sũt.n.in diuersis p̄dicamẽtis. p̄terea in augmẽto semper aliqualiter variatur locus, non aũt in alteratione.

T.c. 32. *In augmento tria requiruntur.* 12

33. 34. Primo quod maneat, quod augetur. secũdo quod fiat
35. aliquo adueniente, sicut diminutio fit aliquo recedente.
1. d̃ cœ. tertio quod quælibet pars aucti sit aucta: vnde non pro
t.c. 21. prie augetur ignis ex appositione lignorum.

1. de ge. *In eo, quod augetur materia fluit, sed forma remanet.* 13

t.c. 36. Nam forma se habet, sicut continens, & materia sicut contentũ: sicut ergo idẽ vas fluente aqua est semper idẽ vas plenũ, posito quod aq̃ fluat: ita semper idẽ, animal

remanēte eadē forma posito quod materia fluat, vbi.n. remanet idem esse, remanet etiā eadē res simpliciter: vbi aūt remanet eadem forma, ibi remanet idem esse. ergo.

14 *Animatū est agens quod nutrit augmētat & generat.* T.c.34.

Animatū.n.est agēs quod.nihil.n.est habens has operationes nisi animatū, agens aūt quo est forma substantialis.i.anima mediante tñ virtute nutritiua vel augmētatiua vel generatiua. igitur quādo virtus augmētatiua est magna, ita quod possit plus conuertere de nutrimento in substantiam nutriti, quam illud quod deperditur, tunc fit augmentum: quando autem est parua, tunc vel nullum fit augmentum, vel etiam fit diminutio. Quāto autem plus apponitur de nutrimēto vel humido extraneo super humidū radicale, tanto magis virtus deficit, sicut & virtus vini deficit ex appositione aquæ. 2.de aia t.c. 12. 14. 1.de ge. t.c. 41. 42.

15 *Materia est vna omniū generabiliū & corruptibiliū.* 1.de ge.

Materia.n.est primū subiectū, quod est in potentia ad oēs formas inferiorum corporū, vnde cum ex inuicem res istæ generentur & corrumpantur, oportet aliquod vnum esse subiectum cōmune sustinens contraria. t.c.29. 2.de ge. t.c.6. 1.phy.t.

16 *Materia non est separata a magnitudine nec secundum locum, nec secundum esse.* c.52.53 1.de ge. t.c. 27.

Secundū locū quidē, quia aliter non esset in loco: nec per se nec per accidens. Et sic quod generatur ex ea nusq̄ esset, secundum esse aūt quia ab ipsa magnitudine accipit esse corporeum sicut a forma substantiali esse simpliciter. Non.n.est in corpore, sicut vinum in dolio. 28.29.

17 *In generatione & corruptione oportet dare materiā contrarietati subiectam.* 2.de ge. t.c.6.

Vnū.n.contrariū non potest esse alterius materia. Nō n.fit alterum ex altero tāq̄ ex subiecto. nec fit ex nihilo sed ex materia cōtrario subiecta: ideo materia nunq̄, separatur ab altero contrariorum. 1.phy.t. c.52.53 62.63.

1.de ge. *Tactus naturalis tria requirit.* 18
1.c.44. Primo quod tangentia habeant positionem. sunt.n.
45. in loco, quæ se tangunt. secũdo quod vltima sint simul. sic.n. diffiniuntur tangentia, vt supra diximus. Tertio q̄ agant & patiantur adinuicem. quando igitur nõ agunt, aut patiuntur ad inuicem quæ se tangunt, tactus eorum non est naturalis, sed mathematicus. intelligẽtiæ ergo q̄ mouent cœlum non tangunt cœlum naturaliter, quia non alterant nec agunt nisi mouendo localiter. Et hoc modo possunt dici tangere, nullo tamen modo tangun tur a cœlo, & similiter cœlũ tangit ista inferiora, & nullo modo ab eis tangitur nisi mathematice. Elementa autem tangunt se inuicem naturaliter.

T.c.50. *Agens & patiens sunt aliquo modo similia & aliquo* 19
51.53. *modo dissimilia.*
54. Sunt.n. in genere & materia similia, quia agens & pa-
Itẽ. 77. tiens sunt contraria aliquo modo, & cõtraria sunt in eo-
78. dem genere, sunt aũt dissimilia in forma, quia sunt contraria. loquor autem de agente proprio, & patiente, non autem de vniuersali & communi. sicut.n. mouens distin guitur in primum, quod potest esse immobile, saltem ab eo quod mouetur ab ipso, & in vltimum, quod nõ mouet nisi motũ, ita agens diuiditur in primũ, quod est im possibile, saltem ab eo, in quod agit & vltimũ, quod in agendo repatitur, cuius distinctionis ratio est, quia quędam agentia cõmunicant in materia cum patiẽte & hæc agendo repatiuntur, quædam non, & hæc sunt impassibilia, quodcunq; tamen agẽs sit oportet ipsum esse diui sum a patiente, cum nihil agat in seipsum & cum hoc illi approximatũ, vel approximatione ĩmediatã si agit in illud ĩmediate, vel mediata, si mediate. i. mediãte alio agit.

1.de ge. *Miscibilia non manent actu in mixto, sed potentia tm̃.* 20
t.c.84. Nam si manerẽt actu immixto, iam non esset mixtio, sed congregatio. & non fieret vnum per se ex ipsis, si aũt

nullo modo manerent, certe nullam possent facere mi-
xtionē.ergo in potentia tantum remanent.cuius signū
est quod adhuc miscibilia sunt in potentia, vt reducātur
ad propriam naturam per resolutionem mixti. vbi su.

In mixtione generatur medium cōmune admiscibilia. t.c.89.

21 Sunt.n.in mixto miscibilia, vt dictū est, in potentia Itē.2.t.
tantū, vnde oportet ex ipsis fieri quoddā mediū in quo c.48.
ipsa sint virtualiter:quia si vnū esset ibi per excellentiam
non reductum, ad mediocritatem quandā conuerteret,
cætera ad suam naturā.oportet ergo quoddam mediū
fieri.nā mixtio nihil aliud esse videtur q̄; alteratorū mi-
scibilium vnio, sunt autem miscibilia, quæ cōmunicant
in materia, & agunt & patiuntur adinuicem.

Humida sunt bene miscibilia, nisi sint vnctuosa. 1.de ge. t.c.89.

22 Faciliter.n.reducuntur ad partes paruas, & parua se-
cus paruis posita sunt magis miscibilia, vnctuosa autem
non bene miscentur, quia supernatant propter abundan
tiam humiditatis aereæ, vt patet in oleo, quod etiā pro-
pter viscositatem non bene est diuisibile. Dicitur tamen
quod cum lixiuio miscetur propter eius siccitatem, quæ
euaporare facit partes aereas olei.

Formę elementorum non sunt actu in mixto. s.tho.su

23 Si.n.essent actu immixto haberent diuersas naturas: p.t.c.84
& per consequens distinctas qualitates.igitur in mixto itē opu.
essent diuersa corpora.hæc igit̄ nō esset mixtio, sed con 33.p to
gregatio.præterea cū vnaquæq; forma requirat debitā tum.
dispositionē.si ibi essent actu formæ elementorū, essent
in mixto cōtrariæ qualitates actu, quod est impossibile.

24 *Qualitates elementorum sunt in mixto, sicut extrema in medio.* s.t. vbi supra.

Per actionem.n.vnius ad alterum rediguntur illæ q̄-
litates ad vnam mediam qualitatem, quæ est dispositio
formæ substantialis mixti.sicut qualitas simplex est di-

ſpoſitio formæ ſubſtãtialis ſimplicis corporis. Extrema aūt ſunt in medio aliquo mō, ſicut in pallido albū & nigrū, ergo iſto mō ſunt qualitates illæ in mixto.

s.t.vbi. *Formę elementorum ſunt in mixto virtute.* 15

ſupra. Quia iam dictū eſt, quod ſunt ibi q̄litates tāq̄ in medio. Qualitates aūt non agūt niſi in virtute formæ ſubſtãtialis, maxime generādo vel corrūpēdo. oportet igit̃ in mixto eſſe formas ſubſtãtiales elemētoꝝ ſm̄ virtutē.

2.de ge. *In omni mixto concurrunt quatuor elementa.* 26

t.c. 49. Terra quidem concurrit, quod patet ex eo, quod oīa
50. fere mixta ſunt in terra tanq̄ in loco proprio & mixta requirunt aliquā duritiem & groſſitiē q̄ eſt in terra, aqua quoq̄ requiritur, quia terra abſq̄ aquæ humiditate eſſet ſicut puluis, & non eſſet cōpacta. Ignis quoq̄ & aer concurrit ad temperandum excellentias aquæ & terræ, quæ non debent eſſe in mixto. poteſt tamen mixtū participare magis de potētia vnius miſcibilis q̄ alterius. Et ſecundum hoc pōt eſſe magis calidū q̄ frigidū, vel ecōuerſo: & ſic diuerſificatur ſecundū quod diuerſificātur virtutes miſcibilium. i. ſecundum proportionem virtutis vnius ad virtutem alterius.

2.de ge. *Elementorū materia vna eſt ſub cōtrariis qualitatibus.* 27

t.c. 1. 2. Elementa. n. ſunt cōtraria, qa naturaliter agunt, & pa-
3.4.5.6. tiuntur ad inuicē, ea vero, q̄ agunt & patiuntur ad inui-
31.32. cē ſunt cōtraria. Et per hoc ſe tāgere dicuntur. Cōtrario
33.34. rum aūt eſt vna materia & vnū ſubiectū, igitur elementorum eſt vna cōmunis materia. Præterea omnium generabiliū, & corruptibiliū eſt vna materia, vt dictum eſt. Cū igitur elementa ſint de numero generabiliū & corruptibiliū, oportet ea habere vnā materiam communem.

vbi ſu. *Qualitates elementorum, quibus ad inuicem ſe tangūt* 28
a.t.c. 8 *habent ordinem ad inuicem.*
vſq̄ ad
t.c.16. Primæ. n. qualitates actiuæ ſunt calidū & frigidū, ſe-

cundæ autem passiuæ sunt humidum & siccum. cæteræ autem ad istas reducũtur. quia autem calidũ subtillat & relinquit grossum & ascẽdere facit, frigidum autem congregat & constipat, & immobile facit, ideo ad calidũ sequitur leue, & ad frigidũ graue, quia aũt humidũ cedit, & non resistit & est maxime repletiuum, cum intret per omnes poros & sit flexibile, non habens nisi terminos alienos, ideo ad ipsum sequitur molle, quod nõ resistit, & lubricũ quod est humidũ passum a sicco, qa est ibi humiditas admixta siccitati, & subtile quod penetrat, & lene, quod, fluit siccũ aũt resistit, & non facile replet totũ, nec fluit, sed habet proprios terminos, vnde ad ipsum sequitur durum & aridũ, quod est perfecte siccũ, & grossum, & asperũ, quod est siccum propter suam duriciem.

29 *Elementa ex inuicem generantur & corrumpuntur.* 3. ð cœ.

Si. n. generãtur, aut ex aliquo corpore, aut ex nõ corpore, non quidẽ ex non corpore, qa si aliquod elementũ vel aliquod corpus ex nõ corpore generaretur, cũ fuerit generatũ corpus occupabit locũ in quo generatur, & cũ generatio fiat in instãti, erit necesse vel quod duo corpora sint simul, vel quod aliud corpus, in quo subintrat cedat in instãti, quod est impossibile. Si aũt dicis quod nõ erat corpus aliud in loco, in quod subintrat, tunc sequitur, quod ibi esset vacuũ quod etiã est falsum. Non ergo generatur ex nõ corpore, sed ex corpore, non aũt ex aliquo priori corpore, qa ista elemẽta sunt prima, ex qbus fit generatio, nec ex posteriori, qa posteriora ex prioribus generantur, nõ aũt econuerso, ergo generãtur ex se inuicem. dupliciter aũt generantur inuicẽ. s. vnũ ex altero, & vnũ ex duobus, vnum quidem ex altero generatur tam in symbolis q̃ꝫ in non symbolis, vnum vero ex duobus solum in non symbolis contingit. t. c. 53. 54. 55. 2. de ge. t. c. 24. 25. 26.

30 *In symbolis facilis est transmutatio.* T. c. 25.

Ex aere enim faciliter fit ignis & econuerso quia cum

conueniant in caliditate, facile est etiam, ꝙ conuerta-tur aer in siccitatē. Difficile aūt esset ex aqua facere ignē. quia oporteret quod assimilaretur ei in caliditate & siccitate. Facilius est.n. trāsmutare ex vno quam ex multis. In symbolis igitur facilis est transmutatio. in nō symbolis vero difficilis. dicuntur autem symbola, quæ conueniant in aliqua qualitate, sicut dictum est de aere & igne. vnde ex aere fit ignis sicco ignis dominante humido aeris. & econuerso ex igne aer, humido aeris dominante sicco ignis. & pari modo ex aqua terra & ecōuerso. & ex terra ignis & econuerso.

Vbi.s. *Symbolum remanet in transmutatione idem specie, non autem idem numero.* 31

Variatur.n. forma in transmutatione, & remanet materia prima. Si igitur remaneret qualitas eadem numero, forma substantialis, quę aduenit non esset primo informans materiam & ideo non esset generatio simplr̃, eadem ergo specie remanet, non eadem numero.

Vbi.s. *Ad hoc, quod terra fiat ignis, non oportet fieri transitum per media elementa.* 32

Remota.n. sola frigiditate a terra, conueniet cū igne in siccitate. & sic statim erit ignis. si aūt transiret per media, oporteret quod prius terra fieret aqua, quæ est magis contraria igni. Et sic difficilius cōuerteretur in ignē, quā prius quando erat terra: quia in symbolis facilior est transitus, quam in alijs, vt dictum est.

T.c. 22. *Quatuor elementis quatuor loca attribuuntur.* 33

T.c. 16. Cum.n. sint quatuor primę qualitates, & cōtraria cōbinari non possint, & ex quatuor qualitatibus sex fiant combinatiōes, duabus, quæ sunt impossibiles, reiectis, remanent quatuor. vnumquodq; autem elementu3 habet vnam combinationem. quatuor ergo sunt elementa. sed vnumquodq; simplicium corporum habet pro-

prium locu3.ergo oportet esse quatuor loca. V3 simplr sursum:& simpliciter deorsum:& duo media.

34 *Vnumquodque elementum est magis vnius qualitatis quam alterum.* T.c. 23.

Quia vnumquodq; habet aliquā qualitatem, quæ cō uenit ei primo: igni.n. primo cōuenit caliditas, aeri humiditas: aquę frigiditas:& terræ siccitas. certū est.n. qđ igni primo conuenit caliditas. Cū igitur aer sit calidus, & humidus: necesse est, quod ei conueniat. non caliditas primo: sed principaliter humiditas. Aquæ autē cum non conueniat primo humiditas, quæ primo conuenit aeri. ei conueniet primo frigiditas: terræ aūt conuenit primo siccitas, non aūt frigiditas: quia hæc primo cōuenit aquæ secundū suam naturā elementalem: quamuis magis elongatur a cœlo terra. patet igitur quod vnumquodq; est magis vnius qualitatis quam alterum.

35 *Formæ elementorum non suscipiunt magis & minus.* S.t. sup t. c. 64. primi đ ge.

Si.n. susciperent magis & minus: tunc generatio elementoru3 & corruptio esset motus: quia fierent per intensionem & remissionem formarū. præterea essentiæ sunt sicut numeri. Quocūq;.n. addito vel diminuto fit variatio speciei.& ideo forma substantialis non potest suscipere magis & minus.

36 *Principia generabilium & corruptibilium omnium sunt eadem.* 2. de ge. t.c.51.

Diuersimode tamē nā principia extrinseca: quæ sunt mouentia sunt eadē: siue sint prima: quæ sunt substātię separatæ, siue proxima: quæ sunt corpora cœlestia: intrinseca vero sunt eadē analogia. nam ipsa sunt materia & forma: quę nō sunt eadē numero in oībus: sed tā tum proportione:& idē possumus dicere de fine proximo. remotus autem est vnus numero. s. perfectio vniuersi: seu bonitas diuina repræsentata in vniuerso.

2 de ge. t.c.56. *Causa efficiens generationis & corruptionis est cælũ.* 37

Est.n.primum mobile,in quo est primus motus,qui est causa omnis motus,& se habet ad ista inferiora,sicut perfectum ad imperfectum.perfectum autem est imperfectorum causa.ergo.

Vbi.s. *Causa continuationis generationis & corruptionis est primum mobile.* 38

Cum.n.vniformiter moueatˀ est etiã causa continuationis & vniformitatis.Causa aũt diuersitatis, quæ est in generatione & corruptione est circulus obliquus & elongatio & appropinquatio solis.vnde in hyeme,quãdo elongatur sol,videntur oĩa corrumpi.Nota etiã qđ materia cuʒ cœlo est causa quod generatio & corruptio non deficiat,quia est vna:&,nunquam deficit: & generatio vnius est corruptio alterius.quia materia nunquam est sine forma.

1.de ge. t.c.17.

2.de ge. t.c.57. *Omnia temporalia mensurantur circulatione cæli.* 39

Primum.n.in vno quoque genere est mensura aliorum.&,ideo omnia inferiora corpora vitam habent, & numerũ & mensuram ex cœli reuolutione. In cœlo.n. est periodus vniuscuiusq; rei.qa in cœli circulatione est consonantia & mensura dierũ,inferiorũ corporum. liberũ autem arbitriũ & intellectus hoĩs suntˀ supra tpalia.vnde nõ subdunˀ circulationi cœli,q̃uis mouendo humanũ corpus mltũ possit ĩclinare volũtatẽ ĩdirecte.

5.t. 12. q.5. 3. cõ.84. 85.

T.c. 59. *Motus cæli est propter conseruationem specierum inferiorum corporum.* 40

Non.n.possunt conseruari nisi per generationem cuius est causa motus cœli.maxime autem est propter hominem & animam intellectiuã,quæ est nobilissima formarũ:vnde est finis oĩum rerũ naturalium.

a.t.c. 63 vsq;.69 *Eorum,quę generantur,quędam generãtur de necessitate,quædam contingenter.* 41

Sicut.n.est in diuisione entis,quod quędam sunt cō tingentia esse & nō esse.quædā vero ex necessitate sunt. ita est in generaitone,quia quædam necessario, quædā contingenter generantur. necessario quidem dicuntur generari quæ habent cām determinatam naturalē,vt si terra madescit,necesse est eam vaporare.& ex vapore generari nubem,& ex nube pluuiā,& ex pluuia terrā madefieri.Et sic iterum illā vaporare.& sic continue. vnde propter hoc generatio rerum est continua.s. propter circulum in ijs,quæ generantur.contingenter autē generantur & fiunt,quæ non habent cām determinatam.& quod dictum est de causa determinata intelligitur quando termini generationis ita se habent, qđ vterque est tota materia alterius.secus,quādo non est ita. vt patet in domo.nam fundamēto facto,non oportet fieri domum,in exemplis autem dictis est ita: vt patet. ideo ibi necessario fit generatio. Et hæc de generatione & corruptione dicta sufficiant.

Explicit liber septimus de generatione & corruptione.

Postilla in librum septimum.

Postquā auctor determinauit de his quae mouentur secundū situm: hic agit de his quæ mouentur secundū alios motus & presertim secūdum generationem & corruptionem.Est enim motus localis primus motuū & cā aliorū.Deinde seqtur generatio & corruptio,postremo vero sunt alteratio & augmentatio. vnde primo agit de ipsa generatione & corruptione in communi: secūdo de mixtione quæ fit per generationem & corruptionem corporū simplicium.Tertio de generatione & corruptione ipsorū simpliciū.Quarto de principijs & causis generatiōis & corruptiōis.Quo ad primū prío decla

rat naturam generationis & corruptionis, diffiniendo eas in prima conclusione, declarando naturalitatem earum in secunda: quo ad generationem, & tertia & quarta: quo ad corruptionem, & diuidẽdo illas in quinta: per hæc enim declaratur natura earum. Secundo volens ostendere, differentias illarum ad alterationem & augmentationem, præmittit quale sit subiectum generationis & corruptionis in sexta: & modum transmutandi in ipsis in septima. Deinde ponit differentiam ipsam, ab alteratione quidem in octaua: subiungens in nona connexionem earum cum illa, ab augmentatione vero in decima. Tertio ponit differentiam inter alterationem & augmentationem in vndecima. Subiungens quædam circa augmentum, scilicet quot requirantur ad ipsum in duodecima quomodo se habet tã forma q̃ materia eius quod augetur in tertiadecima: & quæ sit causa agens tã augmenti q̃ decrementi in quartadecima. Quarto agit de materia generationis & corruptionis, quo ad vnitatem quidem in quintadecima, quo ad separationẽ a magnitudine in sextadecima: & quo ad contrarietatem cui subiicitur in decimaseptima. Hæc tria docet de materia illarum. Quo ad secundum principale. s. mixtionem docet multa. primo quia non potest fieri sine tactu miscibilium, & sine actione & passione eorum adinuicem, præmittit quid sit tactus, seu quæ requirantur ad tactum: in decimaoctaua: & quomodo se habent agens & patiẽs in decimanona. Secundo quomodo miscibilia manent in mixto in vigesima: ex quo deducit in vigesimaprima quale sit mixtum quod generatur per comparationem ad miscibilia. Tertio declarat quæ sint bene miscibilia & quæ male in vigesimasecunda. Quarto ostendit quomodo formæ & qualitates elementorũ sunt in mixto, quo ad formas quidem in vigesimatertia & vigesimaquinta: ostendens non esse in eo actu, sed virtute. Quo ad qualitates autẽ in vigesimaquarta, quã interponit, quia de-

ſeruit ad vigeſimamquintam. Demum oſtendit omnia elementa concurrere ad mixtionem in vigeſimaſexta. Quo ad tertium principale, ſcilicet generationem & corruptionem elementorum, de quibus hic agit, quia prius reperitur in illis & per illa in aliis, primo oſtendit vnitatem materiæ ſubiectæ in vigeſimaſeptima. Eſt enim hoc primum requiſitum, & cauſa ꝙ generentur, & corrumpantur ad inuicem. Secundo ordinem & numerum qualitatum quibus ſubiicitur talis materiæ & quibus elementa, agunt & patiuntur adinuicem in vigeſimaoctaua. nam hoc ſecundo requiritur ad eorum generationẽ & corruptionem. Tertio manifeſtat quomodo generantur & corrumpuntur ex inuicem, quo ad omnia quidem in vigeſimanona: quo ad ſymbola vero in trigeſima & trigeſimaprima. Quarto declarat ordinem generationis ipſorum in trigeſimaſecunda. & quia omnia quæ generantur, generantur in aliquo loco, oſtẽdit in trigeſimatertia numerum locorum elementorum, iuxta numerum eorum. Quia vero generantur ex inuicem virtute qualitatum & formarum ſuarum, oſtendit demum, & quomodo ſe habent ad qualitates contrarias in trigeſimaquarta, & quales ſint earum formæ in trigeſimaquinta: oſtendens eſſe ſubſtantiales, & indiuiſibiles. Quo ad quartum principale, ſcilicet principia & cauſas generationis & corruptionis, primo oſtendit eorum identitatem reſpectu omnium generabilium & corruptibilium in trigeſimaſexta. Secundo manifeſtat ſpecialiter cauſam agentem, tam ipſius generationis & corruptiõis in trigeſimaſeptima, quã continuationis earum in trigeſimaoctaua. Tertio ex his deducit tria, primum eſt quæ ſit menſura omnium temporalium in trigeſimanona. Secundum quis finis motus cœli in quadrageſima. Tertium diuerſitas eorum quæ generantur in communi in quadrageſimaprima.

INCIPIT LIBER OCTAVVS QVI EST DE IIS, QVÆ GENERANTVR IN ALTO, ET EX EVAPORATIONE AQVÆ ET TERRÆ.

1.met. c.2. *Orpus cæleste est causa efficiens eorum, quæ generantur in alto.* 1

Est.n.causa omnis motus & omnis generationis, ideo prima causa est primum mouens omnino immobile. secunda vero illud, quod mouet cœlum immediate. Tertia vero ipsum cœlum.

vbi sup. *Euaporatio aquę & terrę est causa materialis proxima eorum. Aqua vero & terra est causa materialis remota.* 2

Aqua.n.cũ sit liquida, est facile vaporabilis, & cũ permiscetur terræ fit per actioné superiorum corporũ euaporatio a terra, & eleuatur in alto. Et sic ex ea generãtur multa. Igitur euaporatio est cã proxima materialis. Terra vero & aqua causa remota.

1.met. c.5. *Ignis & aer sunt loca generationis eorum.* 3

Cum.n.ista corpora sint sursum, & in alto, qa habent motũ a medio: patet quod in eis istoꝝ generationes recipiuntur, maxime aũt in aere: & quia de hmõi non habemus demonstrationes, nec certas ratiões, procedam per modum quæstionum interrogando & respondendo.

1.met. c.8. *Propter quid apparet in cælo galaxia, seu via lactea.* 4

Quia in illa parte sunt multæ stellæ puæ, inter quas sunt quædam magnæ diffundétes lumen in spatio illo,

vnde radius solis incidens in illis est quasi continuus: & quia illa pars orbis est spissior retinet lumen & repre/sentat, & terminat visum, & est galaxia in orbe stellarum fixarum, quod ex hoc patet, quia motu illius orbis mo/uentur videlicet in centum annis vno gradu, potest aūt videri illud lumen de nocte, quia nihil est, quod impe/diat visum. Nō.n. ignis in sua sphæra lucet, aliter nec vi/deremus alias stellas: itaq; galaxia non est combustio or bis, nec color albus, vt quidam dixerunt, quia istæ pere/grinæ impressiones non sunt in cœlo.

5 *Propter quid fiunt cometę, & indicant mala.* 1. met. c. 6. 7.

Fiunt propter hoc, quia vapor terrestris grossus qui non cito euaporat, nec dissipatur cito, cuius partes mul/tum sibi cohærent, paulatim ascendit ab inferiori par/te æstus ad superiorem partem eiusdem, vbi contingit concauitatem ignis, a quo diffunditur & inflammatur, & in medio remanet spissus, & nutritur ex partibus con tinue ascendentibus terrestribus ignitis, vnde in medio albescit & inspissatur. Ad latera autem est tenuis & habet flāmam ad modū nubis albæ, quæ vocatur coma, quæ aliquando est super cometē propter leuitatem, aliquādo a latere, aliquando infra, aliquando aūt circunstat, aliqñ ab vtroq; latere, & durat per totū tēpus, quo ad ipsum euaporant terrestres grossi humores, & reuoluitur cum cœlo, eo quod partes ignis continue sunt cum cōcauita/tibus cœli, & reuoluitur propter consortiū, quod habet cū eo & simul ēt cometes cū illo, & quia talis impressio procedit a cōplexione Martis, ideo significat mortē vio lentā, & inclinationē ad bella per iras & calorem & sicci/tatē, ad quas inclinat Mars: ex quibus procedit animo/sitas & cōcitatio populorū, & mortem regentiū turbas, licet hoc magis magnatibus attribuatur propter famā, & hoc magis in eis obseruetur. Non est igitur causa sed si/gnum. non tamen signum proximum in regibus.

1.meteo.c.4. *Propter quid apparent in cælo aliquando ignes sub diuersis figuris.* 6

Quia per calorem solis terram inflāmantis eleuantur vapores calidi,& sicci ad partem superiorem aeris,quæ dicitur æstus,& ibi inflammantur, & quando non sunt æqualiter grossi,subtiliores eleuantur super grossos, & fit quasi colūna. Si aūt sint æqualiter subtiles,calidiores plus eleuantur,& fit quasi lancea,& fiunt etiā aliæ figuræ propter has,& similes,vel alias causas,& ab illis figuris nomina sumuntur,puta cādelæ,trabis,clypei,globi, facis,pyramidis,iaculi,& hmōi,& apparent tēpore sereno de nocte,& aliqñ de die,& oēs sub globo lunæ fiunt cuius signum,quia cito moueri percipiuntur,& ꝑtergredi solem,lunā,& astra,hoc aūt est,quia prope sunt.

vbi su. *Propter quid quidam ignes sub ęstu generati in aere descendunt inferius,cum ignis sit ascendere.* 7

Quia aliquando vapori calido,sicco & grosso ascendenti obuiat frigiditas aeris ex aliqua nube,quæ est in regione aeris frigida,a cuius circunstante frigiditate expellitur caliditas vaporis,& sic partes eius ignitæ mouētur & inflāmantur agitatæ per motū.Et quia non potest sursum ascendere vapor propter frigiditatē nubis,expellitur ab illa frigiditate deorsum.Et sic videtur ignis q̃si ex nube vel aere descendēs,& dicitur a sub descendens. Et fit tam in die q̃ in nocte:& aliquando habet figuram globi,aliquādo draconis tortuosi.aliquando vero sicut scintillæ ignitæ,& aliqñ paruæ quantitatis,aliqñ autem magnæ,& significant iras in hominibus & pestilētias ex veneno aereo,quia scintillationes hmōi inficiunt aerē, cūm sit vapor frigidus combustus.

1.meteo.c.5 *Propter quid diuersi colores appareant in sublimi per noctem.* 8

Quia causanť in tenebris a frigore noctis & lumine stellarum

ſtellarum vel lunæ ex aere inſpiſſato, & ad humiditatem quandam conuerſo cum vaporibus eleuatis a ſole, & ſecundum quod iſta diuerſimode ſe habent ad inuicem, ita diuerſos cauſant in nocte colores.

9 *Propter quid pluit.* 1. meteo. c. 9.

Quia a ſole & aſtris eleuantur vapores calidi & humidi ab aqueis locis, qui ſunt quaſi alitus aquæ, qui diu in aere ſuſpenſi, & ob mediæ regionis contactum infrigidati denſantur, atq; iterum per ſtillas deorſum erũpunt, & ſic fit pluuia, quæ ſi minoribus ſtillis crebra deſcẽdit, dicitur imber, ſi maioribus dicitur pluuia. ſi impetuoſæ ſubito & groſſioribus totis ſimul dicitur labrotera, id eſt impetuoſa.

10 *Propter quid ros cadit de nocte.* 1. mete. c. 10.

Quia eſt vapor humidus & frigidus ſubtilior inter humidos vapores, qui tẽpore maioris caloris eleuatur de die per appropinquationem ſolis aſcendens inter locũ aeris, qui dicitur æſtus, & regionem mediã frigidam ſi non inuenerit vaporem ſe impedientem, qui quidem locus eſt temperate calidus & humidus, & ideo recedente ſole, a quo eleuatur, propter frigus noctis cadit, & eſt ſignum ſerenitatis.

11 *Propter quid nebulę ſignificant ſerenum.* 1. mete. c. 11.

Quia nebulæ ſunt reliquiæ nubium & roris, & partes ſubtiliores vaporis roridi & pluuioſi, quæ propter frigus noctis veniũt ad partes inferiores aeris & ideo aſcẽdente ſole propter eorum ſubtilitatem rarificantur, & in aere vertuntur, & ſic remanet aer purificatus, ideo ſunt ſignum ſereni.

12 *Propter quid nubes, ſeu caligo eſt ſignum ſereni, quandoque vero ſignum pluuię.* 1. mete. c. 10.

Quia eſt admixtio quædam ſubtilis & groſſi vaporis ad terram depreſſi a frigore noctis vel aeris vel loci. Et ideo quando reſoluitur groſſum, & deſcẽdit per guttas,

remanet ſubtile, quod cito a ſole diſſipatur, & fit aer ſe- renus, quando autem aſcendit groſſum cum ſubtili non facta prius reſolutione generat nubem & cauſat pluuiā. Itaque quando deſcendit, ſignificat ſerenum, quando vero aſcendit, pluuiam. Differūt autem nubes & caligo. nubes enim eſt ille vapor craſſior, quæ tandem ſoluitur in aquam. Caligo vero quaſi ſuſpēſa nebula eſt, quæ di- ſpergitur, & diſperſa vaneſcit, vnde caligo eſt magis ſere nitatis ſignum, nubes vero pluuiæ.

1.me- teo.c.10 *Propter quid pruina fortius congelatur in materia ter reſtri, q̄ in alia.* 13

Quia pruina eſt vapor paucus & ſubtilis, qui ex aqua eleuatur & aggregatur ex vehementi frigore, atq; inſpiſ- ſatur, quod quidem obuiat ei die ac nocte, vnde non po teſt aſcendere ad locum roris, ſed aſcendit vſque ad me- diam regionem aeris, & quia frigus fortius adhæret ma teriæ terreſtri, q̄ alteri materiæ, ideo vapor pruinæ tan gens talem materiam citius & fortius congelatur q̄ ſi tangeret aliam. iccirco in hyeme circa extremitates la- pidum, vel lignorum congelatur nubes, ſicut etiam vi- demus quod lapides & dura metalla in vere humeſcūt, quia frigus in eis cauſatum egreditur per reſolutionem, & inueniens aerem humidis vaporibus plenum inſpiſ- ſando reſoluit in aquam. Differunt autem & conueniunt ros & pruina. Differunt quidem dupliciter. primo, quia cum fit ros, vapor ille non gelatur quod facta pruina contigit. ſecundo quia ros temperiem requirit, non au- tem pruina, ſed frigoris lapſum, vnde ros fit flante au- ſtro, pruina vero flante borea: niſi in ponto, vbi ſe ha- bent contrario modo, conueniunt autem primo, quia ambo fiunt tempore ſereno & tranquillo, ſecundo, quia neutrum fit in altis montibus, quia vapor, ex quo gignuntur denſius eſt, & parum caloris habens vnde poſſit in præruptorum vertice montium eleuari, ſed

prope terram dimittitur. Montium etiam vertices vento agitantur propter quod non poteſt ibi vapor ille conſiſtere.

14 *Propter quid ſit nix in hyeme.* 1.meteo.c.11

Quia nube calida aſcendente ad mediam regionem aeris frigidam frigus loci vbiq; ſparſum in aere expellit calidum nubis, non ſubito, ſed taliter quod non poteſt habere tempus, vt in pluuiam vertatur, ſed congelatur, & induratur & cadit, vnde ſignum niuis futuræ eſt quando nubes aerẽ turbat clara turbatione & maxime quando ſentitur aer calefieri aliquantulum poſt viſionem talis nubis in hyeme. Et quia huic vapori multum miſcetur de terreſtri aquæ niuis frequenter ſordidant & fœcundant terras, eo quod calidum paulatim egrediendo temperat in eis frigiditatem. Conueniunt autem pluuia, ros, pruina & nix. Nam fiunt omnia hæc ob infrigidationem, & pluuia & ros ſunt idem, & ſimiliter pruina & nix ſunt idem, niſi quod paucitate & multitudine differunt, nam aqua multo vapore, multis locis, & multo tempore collecto generatur, ros autem ex pauco, & pruina ex gelato vapore, nix vero ex gelata nube fit.

15 *Propter quid nubes generantur in media regione aeris.* 1.mete. c.3.

Quia illa pars eſt frigidior q̃ ſint eius extrema. Nam ſuperior pars propter ignem propinquũ eſt calida & inferior propter reflexionem radiorum ſolis & excitationem euaporationis aquæ & terræ. Calor autem ignis, & reflexio radiorum non poteſt totaliter ad medium peruenire, vnde illa pars media remanet frigida, quæ dicitur media per abnegationem extremorum. Non quod ſit equaliter diſtans ab extremis. plus enim diſtat a ſuperiori, vapores igitur aſcendunt propter virtutem ſolis & radiorum ſolis & ſtellarum & congregantur in

illa parte,& propter frigus plicantur inuoluuntur & in/
spissantur,& fit aqua ex frigiditate. Sed si vlterius vapo/
res ascenderent, disgregarentur & consumerentur ab
igne,& conuerterentur in aerem siccum,& ęstuosum. Di
citur autem quod vapores nō longe tribus miliaribus,
vel paulo minus a terra eleuantur.

1.mete. c.11. *Propter quid pluuię descendunt cum maiori impetu in ęstate q̄ in hyeme.* 16

Quia frigidum nubis inspissatę in media regiōe aeris expellitur a circunstāte calido in toto aere diffuso quod comprimit nubem & facit aquas pluuię cum impetu de/scendere in æstate propter maius calidum.

Alb. primo mete. tra. 1.c. 21. *Propter quid quędam animalia cadunt cum pluuia.* 17

Quia cum calidum,quod est in nube incipit euapora re,secum trahit subtile humidū,quod etiā in se habet ali quid de subtili terreo bene cōmixto & fit quoddā com/positū viscosum,quod cū reducitur ad aerem incipit du rescere & vertere se in pellem quandam in quā continue pulsans calidum efficit spūm,cui additur anima sensibi/lis virtute stellarum,& sic fit animal & cadit.

Alb.3. meteo. tra. 1.c. 25. *Propter quid rubor de mane est signum pluuię de se=ro autem est signum serenitatis.* 18

Quia rubor de mane est signū quod sol trahit secum vapores ex hemisphærio inferiori eleuatos ad superius & eleuat eos suo calore ad locū altum aeris,vbi fit gene ratio pluuiarum. Rubor autem de sero est signū quod sol trahit secum vapores ab hemisphærio superiori ad inferius, & ita relinquit aerem in isto hemisphærio pu rificatum.

1.mete. c.12. *Propter quid grando frequenter fit in vere.* 19

Quia grādo fit in latitudine,quæ est in medio regio/nis mediæ aeris, quæ est frigidissima ex nube calidissi/ma,quę est ex vapore calidissimo.ex quo sequitur quod

bene recipiat frigiditatem, quia calor præbet eam disgregando vndique apertam frigori ad ingrediendum, cum sit raræ substantiæ, cum igitur tempore caliditatis calor vndique in aere sit expansus, totum frigus ab aere expellitur ad vnum locum, & ibi vehementer multiplicatur, & sic in nubem ingreditur totum & congregat aquam eius in grandinem, quia autem cum impetu hæc frigiditas, in nubem ingreditur, ideo fortiter inspissat & congelat partes eius, eas videlicet q̃s tangit excellens frigiditas, eas aũt, quas non tangit excellens frigiditas, non congelat, sed congelat in pluuiam, ideo cũ grandine pluuia descendit. Et quia in vere inuenitur in aere frigiditas derelicta ab hyeme, quæ calore huius temporis superueniente expellitur, ideo in vere frequenter fit grando. in æstate enim & autumno non inuenitur frigiditas, in hyeme autem inuenitur, sed non adest calor expellens.

20 *Propter quid parua est, & rotunda grando.* 1. mete.

Quia de altiori loco procedit, nam descendendo de c. 1.
longinquo reuoluitur & rotũdatur, ideo est parua & rotunda, quandoq; tamen congelatur prope terram, & tũc est maior & figuræ nõ rotundæ, sed potius latæ.

21 *Propter quid grando reddit inutilia quę tangit.*

Propter frigus quod est qualitas mortificatiua. nam extinguit calidum naturale in fructibus & plantis, & liquefacta in terram, reddit ipsam sterilem.

22 *Propter quid tempore calido quandoq; cadunt guttę grossę & raræ.* 1. mete. c. 12.

Quia ingreditur frigus in nube aquosa calida sicut dictum est in generatione grandinis, excæpto quod nubes eius habet plus de aere, nec fit frigiditas expulsa ad vnum locum, sed frigiditate communi, quæ abundat in media regione aeris, nec ita fugatur frigus, sicut in grandine, vnde suscipit tantum de frigore quantum sufficit

ad conuersionem nubis in aquam, nō ad congelationē, & ideo guttæ illæ tactu sunt calidæ.

vbi su. *Propter quid tempore calido fiunt istæ magnę congelationes.* 23

Quia frigiditas tēpore calido expellitē ad locū vnū, & virtus vnita fortior est seipsa dispersa, & maxime quia aqua plus calefacta citius & fortius congelatur q̄ non calefacta, eo quod frigidum vehemētius operatur cōtra calidum, & calidum rarefacit eam, & reddit ipsam patulam ad suscipiendum frigus.

1. mete. c. 13. *Propter quid fiunt flumina in terra.* 24

Quia propter vapores eleuatos in aere conuersos in aquam cadentē in terra, & facientē cursum fluminis, seu etiam propter aerē in terra conclusum & conuersum in aquā, & propter mare oceanum, a quo egrediūtur aquæ multæ in visceribus terræ. hoc. n. est cōe principiū oīum aquarū, & ab eo egrediūtur aquæ oēs, quæ nunq̄ deficiunt, licet ex pluuiis possint additionem recipere.

Alb. 2. met. tra. 2. c. 12. *Propter quid aquę fontium eleuantur a terra.* 25

Quia vapor multus sub terra congregatur ex continua actione solis & stellarum, humido resoluto, & frequenter sub terra inclusus exalare non valens resoluit terram humorosam, & facit specus in ipsa, & aliquando eleuat eam & facit collem, & aliquando quærēs maiorē locū scindit eā, vapor igitur sub terra contentus, & in se reflexus ad solidū concaui superius calefacit, & suo calore de subtus aquas, quæ sunt in visceribus terræ trahit, & sic egrediūtur aquæ qn̄q̄ bulliētes ꝑpter calorē receptū ab illo vapore calido, qn̄q̄ frigidę pꝑ frigiditatē superioris ptis terræ sub q̄ decurrūt, anteq̄ erumpant.

1. mete. c. 12. *Propter quid in ęstate egrediuntur aquę frigidæ & in hyeme calidę.* 26

Quia interior superficies terræ, quæ est valde calida

expellit frigus ad crustá terræ, & iō in æstate aquę ascendētes per frigus expulsum ad crustá frigescūt. in hyeme aūt calor, qui est in extrema superficie terræ diffusus, a quo plantæ nutriūtur & cōualescūt, cōprimitur per gelu terræ, & sic clausis poris cōuertitur in aquas, & facit eas tepidas, vñ q̄to est maius gelu, tāto magis putei fumāt. & cū gelu remittitur, nō fumant, sed aqua infrigidatur. 1.mete.

27 *Propter quid flumina & partes terrę mutant loca, & quę prius fuerunt arētia, nunc sunt aquis cooperta, & quę prius aqua cooperuit nunc sunt arida, & vbi nūc mare prius fuerit terra, & vbi nunc terra prius fuerit mare.* c.14.

Rationem huius assignamus, quia hæc omnia seruāt seriem naturæ, & finiuntur suo periodo. sicut. n. plantæ & animalia habent a cœlo statum, & rationem suæ durationis, ita ex eadē causa partes terræ accipiunt differēter virtutem. vnde quandoq; incipiunt humida fieri, & ad tempus manēt, aquosa deinde exsiccantur, & quodāmodo senescunt, & simili modo fit maris & fluminū permutatio, & huius rei plurima possemus adducere argumenta, maxime de Nilo fluuio, qui quandoq; inundat super Ægyptum, quandoq; non. Quod autem lateat nos hæc rerum permutatio contingit propter breuitatem vitæ nostræ, & mutationes, quas faciunt homines de vna regione in aliam.

28 *Propter quid fiunt diluuia.* 1.mete.

Ratio est, qa sicut anni quatuor determinata sunt tempora. s. ver. æstas, autūnus, & hyems, q̄ finem & periodū suū seruato ordine retinent, sic circa partes terræ & loca consimilis naturæ lex obseruatur, & cū deducta fuerint ad hyemem suam, multiplicantur aquæ, & ita fiunt diluuia & magnæ inundationes aquarum, & omnium horū causa est virtus cœli & stellarum. c.14.

1.mete. c.18. *Propter quid aliqua flumina videantur perpetua, & aliqua non.* 29

Huius rei causa est locorum vbi aquæ generantur & conseruantur, diuersitas, nam loca alta spissa & frigida multam continent aquam, multam suscipiunt, & multã sua frigiditate gignunt, & ideo in huiusmodi locis perdurant flumina. Loca vero, quibus paruæ montium moles suspensæ sunt sonoræ saxeæ & hmõi, inepta sunt vt in ipsis perdurent fluxus aquarum. Nullum tamẽ fluuiũ diximus perpetuum, sed omnes sic seruare periodos, vt supra dictum est de permutatione eorum.

2.mete. c.2. *Propter quid aquę fluminum & fontium sunt dulces.* 30

Quia dulcedo aquarum est ex eo quod a calore solis eleuatur subtile aquæ, & dirigitur & immiscetur ei multum de aereo & sic quasi pinguescit ad naturam aquæ & efficitur aqua illa dulcis. est etiã ex eo quod colatio earum est per poros terræ, in quibus separatur ab eis terrestræ combustum: & est ex eo ꝙ eleuantur a calore sub terra concluso ad hostia fontium, & sic separatur ab eis subtile, & eleuatur & fit aqua dulcis. aquæ igitur dulces sunt aquæ fluminum & fontium, quę dulcorãtur vel ex principio suæ generationis, vel ex terra per quã trãseũt, vel ex pluuiis. Aquę.n. pluuiosæ sunt dulciores cæteris, vt potest ex dictis patere. Verum aliquãdo quædam flumina habent aquas salsas ex terra per quã transeunt, a qua sic alterantur, quia eis commiscetur, vnde quando in commistione aquam vincit terra, generatur quidam lapis: qui dicitur gypsus, qui induratur fortiter propter suam siccitatem, & adustionem, & lucet ex commistione terrestri cum aqua.

2.mete. c.2. *Propter quid omnes aquę currunt ad oceanum & ab eo recurrunt.* 31

Quia est locus proprius & principiũ earũ, iõ propter

hoc nec crescit nec decrescit.locus.n.pprius alicuius cor poris nec excedit locatū nec exceditur a locato. Itē quātum ingreditur aquæ in mari ex vna parte, tantum exit ab alia, vel per flumina, vel per eleuationem vaporum, ideo non potest crescere & decrescere.

32 *Propter quid fontes & flumina habent diuersos colores & naturas.* 2.mete. c.3.

Ratio huius est mixtio terræ, per quā transeunt. Ex hoc.n.prouenit quod aliqui sunt fontes calidi, aliqui frigidi, aliqui acetosi, aliqui salsi, & aliorum saporū, & propter eandem cām habent diuersas proprietates secundū diuersitatem terrarum & locorū, in quibus generātur.

33 *Propter quid mare est perpetuum & nunq̄ deficit.* 2.mete. c.3.

Quia est vna de principalibus partibus mundi, cū sit vnum elementum, & ideo semper fuit & erit q̄diu fuit & erit mūd⁹, licet.n.sit corruptibile & generabile secūdū partes, non tamen ꝟm totum sicut & alia elemēta. non enim incœpit per generationem, sed per emanationē a primo principio, licet etiam cōtinue exsiccetur: ꝑ actionē solis, tñ quod eleuatur in vapores, resolutū in aquā cedit ad ipsum, & quantum per calorem consumitur in parte australi, tantum per frigiditatem generatur in parte aquilonari, ideo non potest deficere.

34 *Propter quid mare est salsum.* 2.mete. c.4.

Quia ab eo eleuatur humor aqueus per influxus cœlestes, & in eo remanet vapor terreus diffusus per aquas ex quarum frigiditate expellitur ad ipsum caliditas, quę vrit partes eius, & sic conuertūtur in salsedinē, & salsant aquā. Non.n.mare habet eandē originē, quā habent flumina & fontes, & aliquando propter nimiā adustionem fit vapor, quasi cinis, & tunc sapor est amarissimus.

35 *Propter quid fiunt venti.* 2.mete. c.4.

Quia sicut ex motu solis & astrorum in circulis suis

eleuantur vapores humidi & aquei, ex quibus fiunt nubes, vt supra dictum est, quæ tandem in aquam resoluũtur sic etiam eleuantur vapores terrestres & sicci, & quia sunt magis subtiles q̃ humidi altius eleuantur, & ex his generantur venti, qui sunt vapores frigidi & sicci. infrigidantur enim a frigiditate aeris circunstantis, & licet etiam vapores ex quibus generantur ignes, de quibus supra dictum est, sint sicci, & terrestres, tamen differunt ab his quia hi sunt magis continui, & minus subtiles, nec ascendunt vsque ad superiorem partem aeris calidam, ad quam ascendunt illi, qui sunt subtiliores, & minus humidi, minusq; continui: vnde includuntur ibi, hi vero, vt dictum est infrigidantur. Ex quo patet, quod ventus non idem est in substantia cum aere & nube, vt quidam putabant dicentes aerem esse in quiete, ventum cum agitatur, nubem vero cum densatur. materia enim nubis est vapor calidus & humidus, qui est aqua in potentia, materia autem venti est vapor calidus, & siccus, & nullum horum est aer, vt patet, hinc est quod multo vapore calido, & humido eleuato maior gignitur pluuia, & pauco, minor, & similiter multo vapore, sicco & calido eleuato fit ventus maior, & pauco minor. Propter quod quidam sunt anni pluuiosi, & quidam ventosi, & quædam pars anni pluuiosa, & quædam ventosa, & similiter quædam regio pluuiosa, & quædam ventosa, secundum quod magis vel minus in tempore, vel loco eleuatur de vapore humido vel sicco.

2.mete. *Propter quid venti non fiũt tempore multum calido, vel multum frigido.* 36

t.5.

Quia tempore calido sol calore suo nimio dissipat & resoluit materiam ventorum exiccans terram, priusque exalat, sicut si paruum combustibile in magnum ignem proiiciatur, priusq̃ fumum emittat, comburitur, ma-

gnum autem frigus constringens poros terræ nō finit eam exalare, causæ autem his contrariæ faciunt ventorum commotionem.

37 *Propter quid fiunt pauciores venti ab oriente & occidente, q̄ ab austro & septentrione.* vbi su.

Quia cum sol directe tendat ab oriente in occidentem inter austrum & septentrionem & multos eleuat vapores, non potest illos ita disgregare in parte australi, & septentrionali, cum sit remotus ab illis partibus, sicut potest in partibus occidentis, & orientis, quibus est propinquior flant autē maxime venti septentrionales post solstitium æstiuale, quia tunc liquefiunt niues in illis partibus ex quibus generantur vapores ventorum, & de die flant, non autem de nocte communiter, quia nox gelat niues, quæ de die liquefiunt a sole, ideo nox præstat impedimentum generationi ventorum, oppositi autem flant maxime post solstitium hyemale, licet propter distantiam non ita cito veniant ad nos, sicut septentrionales, qui sunt nobis propinquiores, sunt etiam minus continui debiliores, & inter polares, atq; intercisi, qa dissoluuntur a sole, sub cuius latione, dum ad nos veniūt, oportet eos transire, auster vero maxime flat post ęquinoctium, & venit a meridie.

38 *Propter quid venti pugnant ad inuicem.* 2. mete.

Quia sunt contrarii, & dicuntur contrarii, qui in contrariis locis generantur, vnde orientalis, qui dicitur subsolanus, est contrarius occidentali, qui dicitur fauonius, & similiter septentrionalis, qui dicitur boreas, contrariatur australi, qui dicitur auster, sunt aūt octo alii venti inter se oppositi, duo inter oriētalē, & septentrionalē plagā, quorū vnus magis ad oriētē declinat, alius vero magis ad septētrionē Et eodē mō duo inter orientalē & australē, & similiter inter australē & occidentalem duo, & inter occidentalem & septentrionalem duo. Et secūdū ꝙ c.6.

sunt magis & minus oppositi, magis vel minus pugnāt ad inuicem. Vel stant simul communiter etiam vēti oppositi stant circa tempora opposita.

Alb. 2. me. tra. 1. c. 25. *Propter quid aliqui vēti sunt frigidi, & aliqui calidi.* 39

Ratio est quia licet oēs sint ex vapore frigido & sicco tamen ex locis, in quibus generantur, & per quæ vadūt, contrahunt qualitatem alterius complexiōis. Et propter hoc orientalis est calidus & siccus occidentalis est frigidus & siccus: australis autē calidus & humidus, laterales autem habent qualitatem principalium remissas. Cōtingit etiam hoc secundum quod magis vel minus sol calefacit & subtiliat illos vapores.

2. mete. c. 12. *Propter quid motus ventorum est tortuosus.* 40

Quia vētus est vapor frigidus, vt dictū est, & siccus, qui eleuatur a terra & aeris superiora transcendit, altius videlicet q̄ vapor fluuialis, & cum inspissatur frigiditate aeris fortiter expellit aerem: & cū a frigiditate loci repercutitur, & agitatur, & mouetur, impulsus descēdit, aerem impellens oblique. Cum.n. impellatur sursum a calore eleuante, & percutiatur a frigore inspissante, oportet q̄ cedat ad latus in circuitu terræ presertim, quia per circuitum habet calorem vndiq; expellentem a se frigus, quod etiā expellitur ab æstu superiore, & ideo agitatur, & in circuitu mouetur propter quod motus eius est tortuosus. vnde patet, quod principium motus eius est sursum, nam exalatio a terra secundum rectum eleuatur, q̄ sursum inueniens obstaculum ad latus cōuertitur, & sic in obliquum mouet, vt dictum est.

3. mete. trac. 1. *Propter quid fit ventus turbinis inuoluens paleas.* 41

Fit propter hoc quia aperiuntur nubes in opposito, & sic duo venti currunt in medium, & impellunt se inuicem, & inuoluunt se & rotundantur, & descendunt, & trahunt paleas & puluerem sursum, & frequenter fiunt in æstate, quia tunc eleuantur nubes includentes in se

vapores terrestres.

41 *Propter quid fiunt terrę motus.*

Quia ventus subtus terram generatus, qui est vapor grossus extractus de profundo terræ, non potens expirare propter terrę profunditatem, & soliditatem inuenit loca concaua subtus terram, & illic coarctatur aliquo similis generis vel diuersi ad ipsum veniẽte, & ipsum cõprimẽte. Et ita agitatur in intimis visceribus terræ, & impingit locũ corporis obstantis, & mouet eum, & hoc modo dicuntur terræ motus.

43 *Propter q̃d fiunt fulgura & tonitrua, & coruscatiões.* 2. mete.

Quia vapor siccus ascendit comprehensus in vapore c. 9. humido, & quando vapor humidus peruenit ad locum frigidum, comprimitur, & in eo quasi in ventre, vapor siccus agitatur vehemẽter, & propter hoc inflammatur, & quærit exitum intus tumultuando, & aliquando tangens latera nubis extinguitur, & facit sonum stridoris: aliquando aũt egreditur per diuersas partes nubis, quasi per foramina, & non cum magno impetu, & sic vel paruum vel nullum causat sonum. aliquando autem cũ magno impetu scindit nubem, & percutiens aerem circunstantem causat sonum terribilem, & coruscat per inflammationem. aliquando etiam non coruscat, quia. s. nõ est inflãmatus. igitur vapor inflammatus descendens est fulgur seu fulmen, & quandoq; descẽdit vsq; ad terram, & sic nihil percutit: sed quãdoq; percutit aerem qui postea inferiora percutit: & aliqñ etiam vsq; ad terram descendit terribiliter percutiens, & inflãmans, & descẽdit simul cũ aere: quia vapori immiscetur aer, itaq; hoc modo fit fulgur, tonitruum & corruscatio.

44 *Propter quid prius videntur fulgura, seu coruscatio q̃ audiatur sonus.*

Quia visus est spiritualior auditu & visibile spiritualiter ad organum visus venit nulla alteratione naturali

facta. sed ad hoc quod sonus veniat ad auditum requiritur motus localis aeris, qui defert sonum ad organū. visibile igitur in instāti deferť ad visu3. sed audibile in tempore ad auditum.

3.mete. c.1. *Propter quid fulgur comburit aliquādo gladium & non vaginam.* 45

Quia aliquādo est multum subtilis vapor accensus, & ideo nō manet in rebus porosis, sed transit. in rebus autē bene compactis, sicut est ferrū, & aurū permanet & liquefacit. & inuenitur etiā quod aliquādo comburit camisiam hominis: & non hominem, quia est debilis virtutis, & sola sicca adurit, & non potest humida tangere, & similiter alios innumerabiles effectus facit propter diuersas causas.

Propter quid fit iris. 46

3.mete. c.1. Propter nubem habentē formam semiglobi, siue pyramidis, in qua sunt quatuor. s. nubes spissa, sub cuius concauo est roratio subtilis minutissimarū guttaru3 & in inferiori parte pyramidis roratio grossior. & cu3 omnibus his est aer humescēs imistus & spissus ex frigore. & hoc totū est quasi semiglobus. cuius basis est in terra. sol igitur ex opposito irradiat pyramidem & diffundit radios per illa quatuor corpora, & sic radij profundantur & refringuntur ad extremitates pyramidis aquosæ. Radij igitur diffusi in inferiori roratione, quę habet humidum aquosum causant colorem viridem. & sic iste color est inferior, diffusi aute3 in superiori, quæ. habet de fumoso terreo adusto causant colorem rubeum, qui est superior. In medio autem vbi est aer mistus humefactus causat colorem medium inter album & viride, in parte inferiori: & inter album & rubeum in parte superiori. Igitur hoc modo fit iris, & arcuatur quia fit in semiglobo, & sic ordinantur colores propter ordine3 humorum & aeris. Et non fit vnquam perfectus arcus. sed

quasi semicirculus, vel media pars arcus, quia fit in semiglobo ex opposita solis irradiatione.

47 *Propter quid fit halo seu corona aliquando circa lunam, solem & aliquas alias stellas.* 2.mete. c.2.3.

Quia per virtutem corporis luminosi attrahitur quidam vapor humidus & calidus rarus ex calido, qui in medio est calidior quã in extremis. Et qa radius, qui directe procedit a luminari est fortioris virtutis: ideo penetrans diametraliter centrum vaporis irrumpit ipsum in medio: & sic vapor dilatatus circulariter circa radiũ illũ apparet circulus albus per modũ areę dispositus circa luminaria. Et hoc maxime fit in autũno, quãdo non est calor nimius, neq; nimium frigus. Ille.n. vapor est moderati caloris & frigoris. verũ non fit in vere, qa nubes adhuc sunt depressę ex hyeme relictæ, quæ moderato calore frangi nõ possunt. significat autẽ halon quãdoq; pluuiã, quãdoq; serenitatẽ, quãdoq; ventũ: pluuiã quando perdurat & densat: serenitatẽ quãdo euanescẽs dispa-ret: ventũ quãdo distrahit & recedit ex vna parte.

48 *Propter quid apparent aliquando circa solem lineæ diuersorum colorũ & aliquando videntur duo soles.* 8.mete. c.vltio.

Quia aliquãdo nubes inspissantur circa solem, quando est in declinatione: in qua non adurit: & diuersimode eius radios nubes recipiunt, & pp hoc in eis diuersæ lineæ diuersorũ colorũ apparent, & quãdoq; sequit solem nubes rotũda & splẽdida, quæ solis exprimit vestigium. & hæc vocatur: perhelion'. & ideo tunc vr̃ quasi alius sol & si accidat esse duas nubes cõsimiles in vtroq; latere solis tunc apparẽt tres soles. s. vnus verus & duo per similitudinem. Hæc autem sufficiant de ijs: quæ ex vaporibus generantur.

Explicit liber octauus, qui est de rebus ex vaporibus in alto generatis.

Postilla in librum octauum.


Postq; in præcedenti libro determinatum est de trãsmutationibus & passionibus elementorum in communi, in hoc agitur de illis in speciali. consyderatio.n.spālis sequitur cõmunem & perficit illam. Præmissis autem quibusdam necessariis ad propositũ, primo determinat auctor de iis quæ generantur in aere, nomine aeris comprehendendo etiam ignem illi contiguum. Secundo de iis quæ generantur in terra. Tertio de iis quæ generantur in nubibus: & quia hæc omnia generantur ex exhalatiõe terræ & aquæ, agit vltimo de iis quæ generantur sine tali exhalatione, ex reflexione radiorum solis & stellarum, licet concurrat exhalatio ex parte eorum in quibus fiunt. Ea autem quæ præmittit sunt tria.f.causam agentẽ eorũ quæ generãtur in dictis locis in conclusione prima. causam materialem, in. 2. & locum eorum quæ generantur in alto: in. 3. Quo ad primum deinde dictorum primo agit de illis quæ generãtur in alto ex materia sicca, quorum primum est Galaxia siue via lactea, non quia secundum veritatem generetur ex tali materia sed quia quidam sic putarunt: vel quia exhalatio sicca concurrit, adunata sub illa parte cœli in qua est galaxia quod etiam sentit Aristoteles, in primo meteo. secundum nouam translationem. De hoc igitur agit auctor in conclusione 4. quod est primum problema. Secundum eorum quæ ex tali materia generantur est cometes, de qua in. 5. Tertium ignes sub diuersis figuris, de quibus in. 6. quo ad generationem eorum, & quo ad motum in. 7. Quartum est diuersitas colorum qui apparent in aere, de quibus in. 8. Secundo agit de iis quæ generantur ex materia humida quę sunt multa, scilicet pluuia de qua in. 9. Ros, de qua in. 10. Nebula, de q̃ in. 11. Caligo de qua in. 12. Pruina, de qua in. 13. Nix de qua in. 14. Nubes, de qua in. 15. post hæc iterum de pluuia interserit quædam. f. motum

eius: in

eius in. 16. & quorūdam animalium cum ea descenden-tium in. 17. & lignum eius in. 18. sequens postea de ijs quae generantur ex eadem materia, agit de grādine quę est aqua congelata, quo ad eius generationē in. 19. quo ad formam in. 20. & quo ad effectum eius in. 21. deinde de quibusdam guttis grossis in. 22. & demū de magnis congelationibus in. 23. Quo ad secundum dictoru3 in principio. s. de ijs quae generantur in terra vel aqua, primo agit de ijs quae generātur ex materia humida, propter similitudinem cum supradictis: de fluminum quidem generatione in. 24. de generatione fontium in. 25. de qualitate aquarum earū in. 26. De mutatione fluminum in. 27. De diluuiis in. 28. De duratione fluminum in. 29. De dulcedine tam fluminum quā fontium in. 30. De motu eorūdem in. 31. & de coloribus ac naturis illorum in. 32. Secundo agit de ijs quae generantur ex materia sicca: & premisso de perpetuitate & origine maris in. 33. agit prius de eius salsedine quae generatur ex vapore sicco in. 34. Deinde agit de ventis qui & ipsi fiunt ex tali materia: & determinat multa de illis. s. de generatione eoru3 in. 35. de tempore talis generationis in. 36. De loco in quo generantur in. 37. De contrarietate illorum in. 38. De qualitate eorūdem in. 39. De motu ipsorum in. 40. & de vento turbinis in. 41. Demum agit de terremotu, qui & ipse generatur ex tali materia in. 42. Quo ad tertium principalē. s. de ijs quae generentur in nubibus: agit de tribus. s. fulgure tonitruo & coruscatione: primo quidem quo ad eorum generationem (nā simul generantur) in. 43. Secundo quo ad eorum perceptionem ostendens quare vnum altero prius percipit in. 44. & tertio quo ad effectum vnius illorum. s. fulguris in. 45. Quo ad vltimum. s. de ijs quae generantur ex reflexione radiorum solis similiter agit de tribus. s. De Iride ostēdens quomodo generetur in. 46. de halo circulo siue corona quae apparet circa lunam & quaedam

alia astra ostendēs quid sit & quomodo causetur in quadragesimaseptima, & de virgis ac perheliis, idest imaginibus solis, quæ videntur plures soles in vltima siue in vltimo problemate.

INCIPIT LIBER NONVS DE LAPIDIBVS, ET METALLIS QVÆ GENERANTVR IN TERRA.



St difficile aliquid certi tradere de virtute & loco generationis mineralium. 1

Non enim est dubium aliquam esse virtutem actiuam ad generandū & efficiendum lapides, sicut etiam sunt virtutes ad cætera generāda. sed hæc virtus multum latet, maxime quia vbiq; videntur lapides generari. s. in aere, in nubibus, in aq̃, in terra, in plurimis locis, & ēt in corporibus animaliū. vnde nō habetur locus vnus generationis eorū, sed fere vbiq; generātur, est etiā in metallis difficile inuenire virtutē, quæ dicitur mineralis, a q̃ causantur, & ideo ars alchimistarū est incerta: quia hanc virtutem non cognoscunt, habent. n. calidum vstiuum pro instrumento, quod incertissime operatur.

Alb. de mi. li. 1, tra. 1. c. 4. 5. 7. vbi su. c. 5.

Causa seu virtus generatiua lapidum est virtus mineralis formatiua lapidis. 2

Virtus. n. mineralis cōiter sumpta est efficiēns lapides & metalla, & media inter hæc, ideo addimus formatiua lapidis, vt efficiatur lapidibus propria, quæ qa caret nominibus propriis, oportet eā declarare per similia. Dici-

mus ergo quod ſicut in ſemine animalis deriuatur quę-dam virtus a vaſis ſeminariis formatiua animalis, ſic in materia aptata lapidibus deriuatur quædam virtus a corporibus cœleſtibus, & locis, vbi generantur, formatiua lapidis. expreſſius autem hoc poteſt patere in gummis, quæ ſtillant ex arboribus, illas enim videmus eſſe humidum vehementer paſſum a ſicco terreſtri, & ideo coagulari a frigido, quæ quando manent in arbore non ſtillantes, vis arboris generat eas in ligna, ſaba, & fructus: per omnem autem eundem modum fit, quod dum materia ſicci paſſi ab humido aqueo, vel materia humidi, aquei paſſi a ſicco terreo. (hæc eſt.n. ſecunda materia lapidũ, vt dicetur) aptatur lapidi, generatur in ipſa virtute ſtellarũ & loci vis quædam formatiua lapidis, & diuerſa ſecundum diuerſitatem materierũ, ex quibus habent fieri diuerſi lapides. Vnde Plato dicebat, quod ſecũdum merita materię infundũtur virtutes cœleſtes, quæ res naturæ operantur. Et quia omnis virtus formãs aliquid ad aliquã ſpeciem habet inſtrumentũ propriũ, quo ſua facit opera, ſicut & q̃libet ars, ideo & hæc virtus in materia exiſtens habet duo inſtrumenta ſecũdũ materię diuerſitatẽ, vnũ quidem eſt calidũ humidi extractiuum. & digreſſiuum inducens coagulationẽ ad formã lapidũ in materia terreſtri, quod patitur ab humido aqueo, ſiue vnctuoſo, alterũ eſt in materia humidi aquei, quod paſſum eſt a ſicco, & hoc eſt frigidum, humidi non tantum conſtrictiuũ, ſicut in metallis, ſed etiam expreſſiuũ, hoc enim vehementiſſime indurat & coagulat, & dirigũtur iſta inſtrumenta a virtute formatiua lapidum in eorum generatione. ſicut dirigitur calidum in ſemine animalis virtute formatiua, quæ eſt in ipſo, cuius calidum eſt inſtrumentum. vbi ſu. c. 2.

3 *Omnium lapidum materia eſt terra & aqua.* 3. mete.

Licet.n. ad eorum generationem concurrant omnia c. vl.

elementa, sicut ad generationem aliorū mixtorum, tamen in eis prædominatur & vincit terra, & aqua. & de terra quidem patet ex hoc quia omnes fere lapides merguntur in aqua nisi sint spongiosi & adusti. & quia terra non potest coagulari nisi per humidum aqueum, iō & aqua abundat in eis. Est tamen differētia hæc quia in lapidibus non perspicuis magis abūdat terra. vnde eorum propria materia est terra p̄ssa ab humido aqueo, & ei cōmixta. In perspicuis autem econuerso. vnde eorum propria materia est humidum aqueum passum a sicco terrestri & ei cōmixtū. vnde sunt de natura aquæ. cuius signum quia sunt velut vitra per opus naturę p̄ducta. vitra autem, quæ fiunt per artem, quæ imitatur naturā, fiunt ex hmōi humiditate. vnde & aliqui lapides formam quasi aquæ glaciei accęperunt.

Alb. vbi su. c. 6. *Lapides habent suas formas substantiales, quibus constituuntur in propriis speciebus.* 4

Nam cum omnes coagulati sint, patet quod materia eorum ad certam speciem est determinata. si. n. essent dispositiones elementorum tantum, secūdum quod sunt in transmutatione ad inuicem, vel ad alia, sicut sunt nubes pluuiæ & nix. absq; dubio non diu permanerent, sicut nec ista. Sed post modicum resoluerentur in elemēta. cuius contrarium accidit in lapidibus. præterea inuenimus multas virtutes lapidum, quæ non sunt alicuius elementi, sicut fugare venenum, pellere antraces & huiusmodi, de quibus infra dicemus. Cōmunis est autem sapientum omnium sententia, quod hæc virtus consequitur formam substantialem lapidis & speciem huius vel illius. habēt ergo lapides formas & species determinatas. Et quia hæ formæ sunt innominatæ, ideo propriam diffinitionem lapidum non habemus, sed circūloquimur eas, accipiendo accidentia, & signa loco diffiniētium. hoc tamē scimus ꝙ sunt de genere mixtorum ex

quatuor elemētis, & quia mixtum diuiditur in mixtum tantum, & mixtum complexionatum, scimus lapidem esse in genere mixtorum nō complexionatorum. Et sic ex omnibus dictis colligentes dicimus lapidem esse mixtum non complexionatum virtute minerali coagulatum. vnde est magis naturæ homogeneæ q̃ animata.

5 *Quædam loca generant lapides, & quædam non.* Vbi su. c. 8.

Cum. n. generentur lapides a virtute deriuata a stellis in materia ex qua fiunt terrea vel aquea, vt dictū est. loca, quæ sunt disposita ad recipiēdum talem virtutem sunt apta generationi lapidum. quæ vero non sunt disposita ad hoc minime. vnde locus vbi terra vnctuosa per vaporem in se reflexum commiscetur, vel in quo vires terræ apprehendunt naturam aquæ & trahūt ipsam ad siccitatem, & inclinant vehementer, ibi pro certo est locus generationis lapidum. propter quod terra solidæ superficiei, ex qua vapor solis expirare non potest, lapides multos generat. in terra autem molli cœnulenta, q̃ potius inficit aquam, quam apprehendat ipsam in suis proprietatibus non generantur lapides. hæc ergo virtus determinata ad lapidum generationem. in materia terrestri vel aquea est, in qua conueniunt omnia loca, in q bus lapides generantur & sicut in generatione aliorum virtus generans prius alterat materiam & postea transmutat in hanc vel illam formam, sic vis formatiua lapidis in locis vbi generantur seruat istum ordinem qui in genere fit tribus modis. Nam primo alterat materiā secundum qualitates actiuas & passiuas quibus hoc operatur. secundo etiam secundum effectus proximarum illarum qualitatum, quæ sunt durities & mollities. tertio totam materiam apprehendit tam secundū effectus proximos quàm etiam secundum consequentes, qui sunt qualitates formæ inducendæ, & tunc permutat materiam in formam.

vbi su. trac. 2. p totum.

Plurima sunt lapidum accidentia.

Et primo quidem quidam sunt perspicui nullū habētes colorem, quidā sunt colorati, & inter hos quidā albi, quidam nigri, quidam coloris medii puta rubei, viridis, & huiusmodi, quidam etiā sunt diuersorum colorū, causa hmōi diuersitatis est diuersa commixtio perspicui in materia lapidum. Est. n. perspicuum proprium subiectū lucis, ex cuius receptione in ipso quando est perspicuū terminatū, fit color, qui est quædā lux obūbrata, seu q̄dam participatio lucis. Et albū quidem ex multis perspicuis in aliqua re determinatis, nigrū ex priuatiōe perspicui in cōmixtione, inquantū. s. partes corporis opaci opprimūt partes perspicuas in eodē corpore existētes, medii aūt causantur ex diuersa extremorū compositione, q aūt sunt tantū perspicui, signū est ꝙ sola frigiditas excellens apprehendit materiā, sicut est perspicuitas cristalli, berilli, adamantis, & hmōi: vnde in talibus perspicuum non est cōmixtū cū terrestri obscuro sicut in coloratis: secundo quidā lapides sunt duri: & quidam molles. oēs n. lapides pretiosi adeo sunt duri quod nec lima aliquid ab eis tolli potest: & collisi ad inuicē, vel ad calybem indurată emittunt ignē econuerso vero fere oē genus tophi inuenitur, ita parū habens de duritie quod modico instrumēto quasi insensibilr̄ diuiditur, quidā vero sunt medii in duritie. Causa aūt huius diuersitatis est siccū & humidū. siccū. n. est causa duritiei, humidum aūt mollitiei. Cū. n. durū habeat potentiā naturalem ad resistendū tangenti, molle vero impotētiā, non potest durities causari nisi ex sicco, quod in seipso stat, non cedens ad vltimū, & mollities non nisi ex humido, quod nō stat in se: sed procedit. In qbus ergo dominatur siccitas, sunt duri in quibus aūt humiditas, sunt molles. Medio aūt mō se habētes in his: medio mō se habēt in duritie, & mollitie. Tertio quidā lapides sunt dolabiles, qdā nō, & causa huius est nimia, vel modica durities: nam excellenter duri

non sunt dolabiles: sed potius comminuibiles in parua. Qui aũt non vltra temperamentũ lapidis sunt indurati: sunt bene dolabiles & secabiles ad regulã. Quarto quidã sunt porosi adeo vt super aquam natent. Quidam vero bene cõpacti, quidã medii inter hos. Causa quidẽ porositatis est, qa humidum non totũ cõmixtum fuit cũ terrestri: sed in diuersis partibus eius stetit: cõpactio aũt est ab humido vndiq; materiã lapidis penetrãte propter q̃d quãlibet eius partẽ fluere facit ad quãlibet partẽ. sic.n. cõpactus fit lapis & magis cũ humidũ est aerium q̃; cum est aqueũ: quia aereũ est subtilius. Quinto quidã lapides inueniũtur habentes intus & extra effigies animaliũ, cuius cãm assignat Aui. eo quod q̃nq; animalia secundũ se tota. i. secundũ totam materiam sui conuertuntur in lapides, transeuntes. n. per loca vbi est vis formatiua lapidũ apprehenduntur a qualitatum proprietatibus, q̃ sunt in illis locis, & mutantur elementa, quæ sunt in corporibus eorum in dominans elementũ. s. terrestre cõmixtũ cum aqueo, & tunc virtus mineralis conuertit ipsum in lapidem: & retinent figuras suas.

7 *Lapides habent diuersas virtutes.* Alb. 2. de mi. tra. 1. c. 1. 4.

Hoc nulli debet esse dubium, quia experientia probauit: & ratio est: qa nihil est in vniuersa natura, quod non habeat propriam suæ speciei naturam & operationem sicut patet in herbis & radicibus & animalibus & aliis infinitis medicinalibus virtus autem consequitur speciem & formam rei, & est principium operationis: habet igitur quælibet res propriam virtutem, quia autem virtutes lapidum non probantur ratione, sed magis experientia, iccirco de virtutibus lapidum aliquorũ, maxime eorum, qui in scripturis sacris habentur, aliquid per modum historiæ dicemus. Alb. 2. d mi. tra. 2. c. 1.

8 *Adamas.*

Lapis durissim⁹ pa℞ cristallo obscurior, coloris lucidi

fulgentis, quod mollescit sanguine hirci solum, & argentoviuo vt fertur. & penetrat ferrum, & gemmas omnes, preter chalybem, & ligat magnetem, si supponitur ei, vt non trahat ferrũ, & inuenit in Arabia, et in Cypro quãtitatis auellanæ, vt in pluribus.

Vbi su. *Ametistus.* 9

Gemma coloris purpurei & transparentis, aliquantulum obscura. & dicitur operari contra ebrietatem, & facere agilem, & reprimit malas cogitationes, & bonũ in scibilibus confert intellectum. Inuenitur in India.

2. de mi. trac. 2. c. 2. *Berillus.* 10

Est lapis coloris pallidi & lucidi transparentis plures habens guttas, quæ videntur in ipso manere, & fertur operari contra pericula hostium & facere mitem in moribus, & valet contra pigritiam, & dolores epatis, & suspiria, & prodest oculis humidis, & oppositus soli ignẽ accendit. & dicunt artifices ꝙ coniugium conciliat inter maritum & vxorem. & in India inuenitur.

Vbi su. c. 3. *Carbunculus.* 11

Qui a nõnullis rubinus vocatur, est lapis perlucidissimus rubicũdissimus & solidissimus, se habens ad alios lapides, sicut aurũ ad cętera metalla. & hic solus omniũ aliorum lapidũ dicitur virtutes habere. sed specialis virtus eius, & effectus est venenum aereum & vaporosum fugare. Et quando est vere bonus, in tenebris lucet. Verum est quidam imperfectus carbunculus, qui vocatur palatius, vel balagius, qui debilem habet carbunculi colorem, & virtutes eiusdem remissas, cum quo generatur frequenter verus carbunculus. & ideo dicitur palatius carbunculi, quasi sit domus eius. & dicitur etiã esse fœmina carbunculi. Et vtplurimũ inuenitur in Libya.

Calcedonius. 12

Vbi su. Est lapis pallidus & aliquantulũ obscurus. qui si perforatur cum virtute lapidis, qui fineris dicitur, & collo

ſuſpendatur, valere dicitur contra illuſiones phantaſticas ex melancolia exortas. virtutes quoq; corporis confirmat. & hoc eſt expertum. Vbi ſu.

13 *Gelidonius.*

Habet duas ſpecies vnus eſt ruffus, qui inuolutus pāno lineo vel corio vitulino, et ſub ſiniſtra aſcella geſtatus dicitur valere contra inſaniam et antiquos languores et lunaticam paſſionem et reddere facundum, gratum et placenté. Alter eſt niger, qui operatur contra nociuos humores et febres, et iras, et minas, et lotus aqua ſanat oculos. et ſi inuoluatur folijs celidoniæ herbæ dicitur obſcurare viſum. et ſunt lapides valde parui, qui inueniuntur in ſtomacho, vel in ventre hirūdinis, et valent tracti de menſe Auguſti.

14 *Corallus.* Vbi ſu.

Eſt lapis a mari extractus maxime circa mare Marſiliæ, qui habet ramuſculos ſicut plantæ. eſt autem trium ſpecierum, quarum vna eſt alba et altera rubea. Tertia nigra. et expertum eſt quod valet contra quemlibet fluxum ſanguinis. et dicitur etiam collo ſuſpenſus valere contra epileſiam, et contra operationes menſtruorum et tempeſtates, et fulmina, et grandines et facere multiplicare fructus ſi puluerizetur ſuper herbas vel arbores. et quod expedit principia et fines negociorum.

15 *Corneolus.* Vbi ſu.

Qui etiam dicitur corneola vel carneola eſt lapis coloris carnei, hoc eſt rubei obſcuri, qui apud Rhenum fluuium frequentiſſime inuenitur, et quando politur multum micat. Et expertum eſt, quod ſtringit ſanguinem et præcipue ſanguinem mēſtruorum, et dicitur etiam iras mitigare.

16 *Chryſolitus.* Vbi ſu.

Eſt lapis in colore habens tenuem viriditatem lucidam tamē, in qua ad oculū ſolis micat, ſicut ſtella aurea.

& dicitur venire de Æthiopia, & quod in auro ligatus fugat fantasmata & stultitiam.

vbi su. *Chrysopassus.* 17

Habet multam similitudinem cũ Chrysolito habens auri guttas intra micantes & ab India venit, sed raro inuenitur.

vbi su. *Chrysolitus.* 18

Dicitur etiam esse gemma coloris auri in hora matutina visu pulcherrimus in aliis horis est dissimilis & dicitur ab igne corrumpi.

vbi su. *Chrysopassion.* 19

Dicitur esse gemma, quæ in tenebris lucet, euanescit in lumine & ab Æthiopia venit.

vbi su. *Cristallus.* 20

Est lapis, qui vi frigoris fit, & quandoq; etiam in terra & si frigidus oculo solis opponitur ignem eicit, non autem si calidus fuerit, dicitur etiam sitim extinguere sub lingua positus, & expertum est, quod tritus cũ melle mixtus accæptus a mulieribus replet vbera lacte.

Alb. 2. de mi. trac. 2. c. 8. *Iaspis.* 21

Est lapis multorum colorũ, & habet multas species, sed melior est viridis transluceus rubeas habet venas, & in argẽto proprie locari habet, & est expertũ quod stringit fluxum sanguinis, & menstruorum & a luxuria dicitur prohibere gestatus.

vbi su. *Hiacynthus.* 22

Habet duas species, vnus est aquaticus albescens, & hic vilior est, alter vero est saphirinus, qui etiam est flauus, valde perlucidus, quasi nihil habens aquositatis, & hic melior est & vt plurimum inuenitur in Æthiopia, & est durissimus, qui vix se sculpi permittat, fertur quod confortat corpus & gestatus collo vel digito reddit gratum peregrinum, & est contra pestiferas regiões. Saphi-

rinus aũt habet hoc speciale q̃ est contra toxicum.

23 *Magnes.* 2.ð mi. tract. 2. c.11.

Est lapis notus ferruginei coloris, qui plurimũ inuenitur in mari indico in quo dicitur adeo abũdare, quod periculose nauigatur nauibus habentibus ferrum, virtus eius est mirabilis in attritione ferri, & hoc facit alterãdo aliqualiter. cuius signũ est, qa nõ trahit a quacũq; distantia. Et quia multoties non trahit: nisi ferrũ prius liniatur. Et quia si vngatur allio, vel ei superponatur adamas non trahit, & dicitur curare hydropisim.

Margarita.

24 Lapis est albus tali albedine, sicut si parua lux penetraret multum albũ, inuenitur in obscuris cõchilibus & meliores ex India veniunt, & dicitur spiritus confortare & esse contra fluxum sanguinis. vbi su.

25 *Nitrum.*

Lapis est subpallidus & perspicuus & est idem quod alabastrũ, quod quidem est de genere marmorũ. Expertũ est aũt quod frigiditate sua conseruat aromata, & vnguenta, & corpora mortuorũ a fœtore, & dicitur dare victorias, & amicitiam conseruare. 2.ð mi. trat. 2. c. 12.

Onix.

26 Gemma est nigri coloris & melior est, quæ venis albis variatur, & venit ab Media & Arabia & dicitur generari ex lachryma arboris quæ dicitur onicha, propter quod est odorifera & figurata, & similitudinem exprimit vnguis hominis & collo vel digito suspensus dicitur tristitiam excitare, & timores & fantasias terribiles in somno, & multiplicare lites. Et hęc omnia facit, quia habet virtutem mouendi melancholiam præcipue in capite ex cuius motu & vapore ista procedunt. vbi su. c.13.

27 Ophthalmius.

Lapis est, cuius color nõ nominat̃, qa forte est mul- vbi su.

torum colorum, & dicitur obcęcare oculos circunstan-
tium. vnde dicitur reddere inuisibiles eam gestantes.

2. d mi. *Saphyrus.* 28

tract. 2, c. 17. Est lapis colore perspicuus, flauus, sicut cœlu3 serena
tum. sed vincit in eo flauus color. aiunt autem hunc red
dere hominem castum, & interiorem ardore3 refrigera
re, sudorem restringere, dolorem curare. sordes ex ocu
lis purgare si prius ponaẽ in aqua. dicitur etiam pacem
conciliare, & reddere hominem pium deo deuotum. &
aium in bonis firmare. Inuenitur autẽ in syrtib⁹. vnde
& syrtes. vel syrtũ appellatur. fugat autem antraces. nec
amittit virtutem vno fugato, vt quidam dicunt.

Vbi. s. *Sardius.* 29

Est lapis habens ruborem spissum cum substantia ob
scure peruia. & primo inuentus est in sardis, a qua dici-
tur sarde. & dicitur animum accendere ad gaudium, &
acuere ingeniu3.

Vbi. su. *Sardonix.* 30

Est lapis compositus ex sardio & onice. & ideo est ru-
beus & colorem etiam vnguis præfert. & inuenitur etiã
albus & niger, & laudabilior est ille, qui hos habet colo
res distinctos, & inuenitur in India & Arabia. & dicitur
luxuriã depellere, & hoĩem pudicum reddere.

Vbi. s. *Sardo vel sarda.* 31

Est lapis in colore nitẽs, qui habet se ad tabulas ligni
sicut magnes ad ferru3. vnde dicitur fortiter adhærere
nauibus, ita vt non possit aliquando euelli, nisi abscin
datur pars tabulæ, cui adhæret.

Vbi. s. *Smaragdus.* 32

Lapis est nitidissimus translucens in tantu3 quod di
citur tingere aerem propinquu3 viriditate sua, & frequẽ
ter inuenitur in rupibus: quę sunt sub aqua maris. Et ex
pertum est quod nõ sustinet coitum. Nam dicitur quod

Bella Rex Vngariæ dum cũ cõiuge coiret, fractus eſt lapis iſte in tres partes, quẽ in digito habebat. Inclinat igitur ad caſtitatem, & eſt contra morbos caducos, & confortat debilem viſum. & conſeruat oculos, & dicitur facere bonam memoriam.

33 *Sarcophagus.* Vbi.ſ.

Lapis eſt decorãs cadauera mortuorũ σαρκὸσ.n.grece caro dicit̃ & φαγεῖν comedere. vnde de hoc lapide faciebant antiqui ſepulchra, & dicitur quod in ſpatio triginta dierum cadauer conſumit, & ob hoc monumẽta lapidea ſarcophagi dicuntur.

34 *Topation.*

Eſt lapis, qui auri ſimilitudinem prætendit, & habet duas ſpecies. vnus eſt pretioſior, qui eſt omnino ſimilis auro. alius aute3 eſt magis crocei coloris, qui eſt vilior. & dr̃ qđ valet contra hemorrhoicã & lunaticã paſſionẽ.

35 *Cauſa generatiua metallorum vniuerſalis quidem eſt cælum. propria autem eſt virtus quædam a cælo & ſtellis in materia metallorum.* 3. mete. c. vltio. Alb. de mi.

Qđ.n.ſit cœlũ cã vniuerſalis generatiõis eorũ. p3, quia eſt cã vniuerſalis oĩum, quæ generãtur in natura. Quod autem cauſa proxima ſit quædam virtus impreſſa a cœlo in materia eorũ. probatur ex eo quod qualitates elementorũ non ſunt ſufficientes virtutes ad generationem eorum. tũ quia natura metalli eſt ſupra naturam elementi. Tum quia qualitates elementorum, de ſe non ſtant ad aliquã formam mixti niſi inquantum diriguntur ab alia virtute, vt patet maxime in animatis. oportet igitur ibi eſſe aliam virtutem tanquam cauſam proximam, cuius qualitates elementorum ſunt inſtrumenta & maxime calidum & frigidum. calidum quidem ad mouendu3 terram in aquam, vt comprehendatur & contineatur in ea, & ad dirigendum humidum

& terreum, quæ concurrũt in hanc materiam, ac etiã ad inspissandum fluidũ, vt constet, frigidũ vero ad coagulandũ, sicut igitur in materia lapidum diximus esse virtutem quandam a cœlo impressam formatiuam lapidũ, mediis tamen qualitatibus elementorum, sic proportionabiliter in materia elementorũ dicimus aliquam virtutem esse eorum formatiuam mediis, vt dictum est, calido & frigido, & potest dici virtus mineralis formatiua
vbi su. metallorum ad propriam speciem.

Omnium metallorum materia videtur esse aqua. 36

Nam & si componantur ex quatuor elemẽtis, vt etiã dictum est de lapidibus, tamen in eis videtur abũdare aqua, habens tamen terreum subtile admixtum, cuius signum est, quia sunt liquabilia, & liquabile est vnumquodq; per humidũ aqueũ incorporatum, a frigido etiã coagulantur, vt dictũ est, verum specialiter metalla generantur ex sulfure, & argento viuo. sulfur enim se habet sicut semen paternum & argentũ viuum, sicut menstruum ex commixtione igitur diuersa istorum fiunt diuersa metalla.

de mi.
vbi su. *Metalla sunt diuersarum specierum.*

c.6.7.8. Materia. n. nulla ratione est in aliqua rerum naturalium permanente in natura, nisi sit completa per formã substantialem. Videmus autem argentum permanere, & stannũ, similiter & alia metalla, sunt igitur completa per suas formas substantiales & consequenter diuersarum specierum. Præterea quorum proprietates & passiones sunt diuersæ, eorũ substantiam diuersam esse oportet, cũ proprietates consequantur substantiam rei, videmus aũt proprietates metallorum in colore, odore, & sonorositate omnino diuersas esse, nec potest dici quod sint accidentia hæc communiter accidentia, cũ omnibus eiusdem naturæ metallis semper & vbiq; conueniant, sunt igitur diuersarum specierum, & consequenter habẽt di-

uerſas formas ſubſtantiales, nam ſpecies ſumitur a forma. Ex his patet quod forma metallorũ non eſt coagulatio, quia eſt cõis omnibus, niſi forte quis dicat quod habet coagulationes diuerſarum rationum, ſed hoc nõ ſaluat coagulationem eſſe formam ſubſtantialem eorum, quia liquefacta non retineret ſpeciem & naturam ſuam, quod patet eſſe falſum. patet etiam falſum eſſe, quod dicunt multi alchimiſtę formam auri eſſe formam omniũ metallorũ. dicunt enim aurum eſſe metallum perfectum, cætera vero eſſe in via ad ſpeciem auri: ſicut fœtus abortiui ſunt in via ad formam ſpeciei perfectã. ſi. n. hoc eſſet verũ, eſſent proculdubio vnius ſpeciei ſemper cuius oppoſitum probatum eſt. Falſum demum apparet quod dicunt quidam alii. omnia. ſ. metalla eſſe in quolibet metallo: ſed vnius tantum naturam in quolibet eſſe manifeſtam, aliorum vero occultam: tum quia ſpecies rerum ſunt impermixtæ, tum quia nullũ ipſorum eſſet vnum ens ſimpliciter: quia vnitas ſimpliciter ſumitur a formæ ſubſtantialis vnitate, niſi forte dicamus, quodlibet eſſe in quolibet in potentia, inquantum ex inuicem generantur, vt dicemus.

38 *Septem ſunt genera metallorum ſcripta ſecundum numerum ſeptem planetarum.* vbi ſu. c. 6.

Non quia forma eorum ſit proportio virtutis terræ: ex qua generantur cum virtutibus effluxis a planetis, a quibus formantur ad ſpeciem ſuam, vt quidã dixerunt, ſed quia forma eorũ attenditur ſecundũ talem proportionẽ, ita quod talis proportio eſt diſpoſitio ad formas illorum. vniuerſaliter. n. accipitur forma rei ſecundum proportionem principiorum agentium & patiẽtiũ, nam agentia dant formam ſecũdum diſpoſitionem materiæ, conuenienter autem dicũtur virtutes formatiuæ metallorum deriuari a planetis: ſicut virtutes formatiuæ lapidum deriuantur a ſtellis fixis. Cũ. n. lapides ſint eſſe ſta-

bilis, habent conuenientiam cum stellis fixis & imaginibus eorum, quæ perpetuo retinent determinatos situs & figuras ad inuicem: sed metalla quasi erraticũ habent motum, modo liquida modo coagulata: & humidum, quod est eorum materia, est errantis motus, ideo conueniunt cum planetis habentibus motum erraticũ. Forma enim est similis virtuti, a qua producitur, sicut forma artificiati est similis arti, & vniuersaliter agens agit sibi simile. attribuitur autem Saturno plumbum, Ioui stannũ Marti ferrum, Soli aurum, Veneri æs, Mercurio argentum viuum: Lunæ argentum.

vbi su c.9. *Metalla possunt ad inuicem transmutari.* 39

Hoc autem contingit & per naturam, & per artem Alchimiæ, per naturam quidem, quia cũ habeant vnam naturam cõmunem valde propinquam. s. aquam, vt diximus supra, in qua sunt omnes formæ metallorũ in potentia, potest per transmutationem naturalem vnum ex alio fieri, inquantum. s. materia vnius potest mutari ad formã alterius, per artem vero potest hoc fieri non quidem virtute propria, sed cooperando naturæ. ars. n. adiuuat naturam. vnde periti alchimistæ operantur, sicut periti medicorũ, qui purgant per medicinas purgatiuas, materias corruptas, & facile corruptibiles impediẽtes sanitatem, quæ est finis intentus, & postea per confortãtia naturam iuuant virtutem naturalẽ, vt sanitatem inducant, & sic sanitas, q̃ sequitur, est effectus & naturæ effectiuæ & artis instrumẽtaliter, sic periti alchimistæ prius purgant materiam argenti viui & sulfuris, quã videmus esse in omnibus metallis, postea confortant virtutes naturales. s. elementales & cœlestes ad proportionem mixtionis metalli, quod facere intendunt. Et tunc ipsa natura operatur, nõ ars nisi instrumentaliter modo dicto. Quod. n. virtutes elementales & cœlestes operantur in vasis naturalibus hoc etiam faciunt in artificialibus, si

tamen formantur ad modum vasorum naturalium. Et quod facit natura calido solis & stellarum, hoc facit ars calido ignis, si tamen contemperetur sic quod non excedat virtutem formantẽ, quæ est in metallis. huic.n.inest vis cœlestis & inclinatur in hoc vel illud per artis iuuamenta. De se.n. virtus cœlestis est cõmunis, & accipit determinationem per virtutes eorum, quæ sunt subiectũ eius in rebus cõmixtis, sic ergo alchimistæ possunt producere verum aurum argentum & huiusmodi. Qui aũt albificant per alba & per citrina citrinantur, manẽte specie prioris metalli in materia, decæptores sunt, nec verũ aurum, aut argentum faciunt, & hoc modo fere omnes in toto, vel in parte procedunt: & ideo remanent decæpti & alios decipiunt.

40 *Licet metalla generentur in diuersis locis vt plurimum tamen generantur in lapidibus.* vbi su. c.10.

Aurum.n. inuenitur generatum inter arenas fluminũ diuersarum terrarum, vt grana quædã maiora & minora. Item in lapidibus duobus modis, nam quandoque videtur toti lapidi incorporatum, de quo educitur calcinato in molendino facto de silice & igne adusto, quandoq; etiam per modum venæ, quæ trãsit in toto, vel in parte per substantiam lapidis. Argentum autem inuenitur quandoq; toti lapidi incorporatum, de quo educit͛, sicut de auro dictum est, quandoque per modum venæ protensæ in lapide, quandoq; per modum venæ in terra, quandoq; etiam sicut pultes tenaces, & hoc est purissimum. Ferrum autem inuenitur incorporatũ lapidibus, vt grana milii, æs vero in venis lapidis, & quandoq; toti substantiæ lapidis incorporatum. plumbum autem & & stannum incorporata etiam lapidibus reperiuntur, & in eisdem locis inuenitur currens argentum viuũ. Sulfur vero ex lapidibus ignitis exsudat, maxime ex lapidibus, in quibus est æs. In omnibus igitur his locis fiunt

metalla per virtutes cœlestes eis influxas per radios stel larum sicut & de lapidibus dictum est.

de mi. *Plurima sunt metallorum accidentia in communi.* 41

li.3. tra. Et primum quidem est liquabilitas, & coagulatio, &

2.c.1.2. habet liquabilitas eorum aliquid proprium ab aliis, quę

3.4.5. liquantur. alia n. diffluunt, nec remanet pars cum parte sicut sal cera & huiusmodi. In metallis autem non recedit a sicco humidum, sed in ipso soluitur: & cum solutũ fuerit, mouetur in eo, quasi ipsum deglutiuerit terreum siccum, ergo seu terreum prohibet humidum humefacere & adhærere tangenti, humidum vero prohibet siccum quiescere; & sic vnum agit in alterum. Cum autem metallum est in aliquo non bene commixtum, eo quod non vtrunque continetur in vtroque, scilicet siccum in humido & econuerso: tunc in igne aduritur terreum & humidum euaporatur, quia nec humidum tenet siccum defendendo ab igne, nec siccum tenet humidum prohibens euaporationem. Coagulatio autem ipsorum non est adeo differens sicut liquatio, quia fit a frigido comprimente in centro sicci humidum, quod siue purum, siue impurum sit, siue bene commixtum siue male comprimitur & occultatum in centro ipsius sicci ligatur ne intret macula sicci terrei, secũdũ accidens est ductibilitas cuius causa est illa, quæ dicta est, scilicet humidum clausum in sicco, sed non omnino ligatum. nam cum percutitur metallum facit ipsum cedere, & sic cedendo producitur continue. Variantur tamen metalla in hac passione secundum magis & minus. Aurum enim præ cæteris, & post ipsum argentum sunt ductibilia, deinde cuprum multum depuratum, post hoc ferrum, minus autem stãnum & plumbum. Tertium est color. Triplex. n. color inuenitur in metallis secundum tamen plus, & minus, vnus communis omnibus, qui est splendidus fulgor per modum lucis incorporatæ in corpore colora

to, qui causatur ex hoc, quod perspicuum, quod est in metallis, est humidum, subtile & condensatum. perspicuum enim condensatum nitet, & fulget. Et quanto metallum habet aqueum subtilius, purius, & densius, tanto est magis nitidum, si tamen fuerit politum. Et ob hoc aurum prae omnibus fulget, & post hoc argentum. Alius est color albus communis pluribus, licet maxime conueniat argento, qui causatur ex humido terminato a sicco terrestri & subtili & digesto, quando autem terrestre est luculentum & impurum vel adustum, illa sunt vel fusca, vt lutum, vel nigra, vt combustum terrestre. Tertius color est citrinus, vel subrubeus, quem maxime habet aurum, & post ipsum cuprum, & hoc causatur ex sulfure colorante ipsum metallum. calidum enim decoquens fortiter humidum terrestri admixtum, conuertit ipsum ad colorem citrinum, vel subrubeum, vt patet in vrina, lixiuia & huiusmodi &c. Et hoc contingit magis & minus secundum quod terreum, & aqueum sunt magis & minus pura, et similiter magis & minus permixta. quartum & quintum accidens metallorum sunt sapores, & odores, qui generaliter in omnibus habent aliquid acuitatis propter sulfuream substantiam, quam habent, & propter eandem causam sunt secundũ aliquid foetidi magis tamen vel minus secundum diuersam eorum mixtionem. Sextum est adustibilitas & inadustibilitas. Adustibilitas quidem conuenit eis ratione sulfuris, qui est valde vnctuosus & terrestris, quae est causa adustibilitatis. Inadustibilitas vero ratione argenti viui, quod propter aqueum in ipso existens, nõ est adustibile. secundum ergo quod metalla plus vel minus participant de sulfure & argento viuo, & secundum quod haec sunt in eis melius vel peius q̃lificata, sic sunt cremabilia, vel non cremabilia. His ergo communibus praemissis in speciali loquemur de huiusmodi per modum problematum.

mi.li.4. *Quare sulfur facile liquescit.* 42
c.1. Quia habet substantiam terrestrem valde siccam vnctuosam & viscosam cum aqua cuius partes sibi adhærent, & ideo facile liquescit a calido sicco & facile comminuitur & inflammatur, fumus autem eius indicat terrestram substantiam fœtor vero indicat eam esse indigestam & non terminatam, vel per digestionem completã. Et propter hoc potest esse materia vniuersalis omnium metallorum. est.n. conuertibile propter sui incõplexionem in omnia, sicut semina, & alia ex quibus generatur res naturæ. Et ideo sagax natura abũdat in sulfure vbicunq; est locus generationis metallorum.

vbi su. *Quare argentum viuum dissoluit neruos.* 43
c.2. Quia habet substantiam aqueam & terream habentẽ aliquid sulfuris, & est frigidum & humidum, vnde etiã inducit paralysim & occidit pædiculos & lendes. Et aliqñ est venenosum, maxime si de lapide distrahatur.

vbi su. *Quare plumbum facile liquescit.* 44
c.3. Quia componitur ex multo argento viuo nõ bono, sed aquoso, & ex sulfure nõ multo, & inuenitur lapidibus incorporatum, in quibus inuenitur currens argentum viuum, & in eisdem sudare videtur sulfur, est autem plumbum frigidum & constrictiuum & habet specialem virtutem contra libidinem, & contra pollutiões nocturnas, si ex ipso circulus factus latitudinis duorum digitorum ponitur circa renes, & camphora purgatur.

Quare stannum est durius plumbo. 45
Quia habet argentum viuum mundius, & minus de sulfure, & in eisdem locis inuenitur, in quibus est plumbum, & parum ab eo differt. Habet etiam balbutientem mixtionem, & dicitur balbutiens mixtio, quæ in aliquibus partibus attingit rationẽ mixtionis, & in aliquibus non, sed est cõpositio quasi minima, sicut homo balbutiens attingit aliqua verba, & aliqua nõ, huius aũt causa

poteſt eſſe mortificatio argēti viui ex aliquo vapore diſ ſolutiuo, vel alia lotura aquæ acutæ, quæ diſiungit partes, & cum in ſe balbutiat, omnia metalla, quibus miſcetur, balbutire facit, & aufert ab eis ductibilitatem. Conuenit autem cum plumbo in hoc quod neutrum cōtrahit rubiginem, ſed potius ſqualorem & ſorditiem quandam, & hoc, quia nō habent humorem calidum aqueū, vel valde paucum acutum qui corrumpat terreum exiſtens in ipſis, & conuertat in rubiginem. cauſa. n. rubiginis non eſt niſi terreſtre aduſtum. Item conueniunt in hoc, quod neutrū eſt multū ſonorū, cuius cauſa eſt mollities, & humor, qui ſunt in ipſis. talia. n. percuſſa cedūt, vnde tēperant ea, q̄ acute ſonant, videtur aūt ſtannū fuſum cito euaneſcere, cuius cā eſt eius mala mixtio, propter quam elementoꝝ vnūquodq; ab altero recedit.

46 *Quare argentum eſt bene ſonans, & bene polibile.* vbi ſu. c. 5.

Quia habet argentum viuum bene digeſtum & depuratum, & per ſubtiliſſima commixtum, vnde eſt durum, bene ſonans, & politū. Eſt & alia ratio ſuæ optimæ commixtionis, quia. ſ. quodlibet, quod ex ſua commixtione eſt humidū, & per ignem liquabile, habet tres humores, ſicut & plantæ, & animalia, quorum vnus craſſus & indigeſtus eſt, & enatās ſicut pinguis, & ſicut adeps, vel oleū, & hęc facit res inflammabiles. Alius eſt ſicut flegmaticus humectans partes rerum, & non generans nec augens. Tertius eſt radicalis eſſentialis partibus imbibitus, quia ex ipſo partes eſſentiales rerum cōſtant & per ipſum augentur & nutriuntur. Argentum ergo cum ſit durum & ſiccum, oportet quod ab humoribus duobus ſuperfluis ſit multū emundatum. & ſubtilitas tertii facit ipſius cōmixtionem Eſt autem frigidum propter abundantiam argenti viui, quæ eſt in ipſo, ſed propter ſui humidi optimam digeſtionem, & ſubtilitatem contingit quod confricatum aliquibus ſpeciebus, vel etiam commixtū valet

ſpiritibus,& præcipue contra tremorē cordis. Inuenitur autem, vt dictum eſt ſupra, qnq; lapidibus incorporatū, quandoq; in venis lapidum,& quandoq; in terra.

vbi ſu. c.6. *Quare æs aliquando habet venas auri,* 47

Quia æs eſt ex argento viuo permixtionem habens ſulfuris adurentis pluſq; oportet aliquantulum,& ideo deducitur ad formā ruboris,& inuenitur in venis lapidis,& quandoq; eſt toti ſubſtantiæ lapidis incorporatū. Si igitur partes argenti viui plus q̄; aliæ purificentur, & conſumetur in eis humidum ſuperfluum, videbitur tūc habere venas auri. Et hæc diuerſitas inuenitur in cupro, vnde cuprum æſtimatur melius aliis tribus tanq; habēs auri venas immixtas, qui etiam conuertitur in auricalchum per puluerem lapidis, qui calamina dicitur.

vbi ſu. c.7. *Quare aurum eſt incorruptibilius omni metallo.* 48

Quia aurum eſt ex ſulfure lucidiſſimo & mūdiſſimo per fortiſſimas loturas ad puritatē deducto non habente aqueam humiditatem, ſed terream ſubſtantiam incorporatam ſubtiliſſimam cuius calor non recedit a temperamento. Eſt quoque ex argēto viuo ſubtiliſſimo, vnde ſulfur penetrat vndiq; per argentum viuum,& coagulando colorat ipſum, ideo propter hanc fortiſſimā commixtionem aurum eſt incorruptibilius omni metallo, & magis ſuſtinet ignem,& parum vel nihil eſt euaporatiuum. Ex temperantia autem ſua habet, quod ſit calidū & humidum conferens tremori cordis & melancholiæ, quæ facit triſtem,& his confert confricatum, ſiue etiam ſumptum contritum, ex ſoliditate autem ſua eſt, quod non tingit ea, quæ tangit niſi difficulter. Cætera vero metalla tingunt, licet argentum parum, multa vero puritas materiæ eius facit, quod rariſſime inuenitur alii corpori immixtum, ſed quaſi ſemper purum, vnde cum alii permiſcetur, degenerat in æs. Ex hoc etiam contingit, quod inuenitur frequenter, vt grana arenarū, quia

tantam puritatem oportet esse paucam. Ex hoc autẽ con
stat quare aurum & argentum assumpta sunt in materiā
numismatum a sapientibus inter omnia metalla, quia
scilicet habent speciale iuuamentum ad iuuandam com
plexionem hominis, & sunt durabiliora & nobiliora cæ
teris. Inuenitur autem aurum diuersimode, & in diuer
sis locis, vt supra diximus, cum loqueremur de locis, in
quibus generantur metalla.

49 *Quare ferrũ de facili trahit rubiginẽ, & nõ liquatur.* vbi su. c.8.

Quia est ex sulfure terrestri, & immundo, & similiter
ex argento viuo terrestri ponderoso & imundo, & ideo
est scabiosum, & trahit rubiginẽ, ꝑpter sulfuris adustio
nẽ, & non liquatur propter eius nimiā terrestreitatem &
inuenitur incorporatū lapidibus, & ẽt in terra aquosa q̃si
granula milii habens multum de fece.

50 *Quare calybs est durior & compactior ferro.* vbi su.

Quia & si non sit alia species metalli a ferro, est tamẽ
subtilior & aquosior pars ferri, quæ propter vim ignis,
& propter partium subtilitatem fit durior & compactior
vnde etiam fabri volentes indurare ferrum, ex eo con
ficiunt gladios & extingunt ipsum candens in aquam,
quia tunc calidum fugiẽs frigidum ad interiora ferri se
trahit & consumit in ipso materiale humidum & sic for
titer induratur.

51 *Inter lapides non liquabiles & metalla liquabilia na
tura fecit media.* de mi. li.5.c.1.

Quia ad extrema natura per media procedit, hæc igi
tur participant naturam lapidis & metallorum ex diuer
sa sulfuris, argenti viui, & terræ, & aquæ mixtione, om
nia autem hæc media videntur incompleta in specie,
quia sunt quasi materialia, & in ipsis aliquando sunt ex
trema secundum formas confusas, ideo sunt conuerti
bilia in quodlibet extremum, quæ extrema per ingeniū
& naturam de mediis educuntur. Et hæc sunt metalla,

de quibus dicendum est breuiter per singula.

Vbi.s. Quare sal conseruat a putredine. 52

c.2. Quia est ex materia terrea grossa, q̄ postquā fuerit cō mixta humori aqueo cōburitur per elixationem vel assationem & album efficitur & amarū ꝑpter terrestreitatē & est cōseruatiuū a putredine propter siccitatē, & cōstrictiuū quia habet acumen in sapore, condit cibaria, & quia efficitur ex terreo grosso & combusto postq̄ commixtum est aqueo, ideo in aqua frigida, & in aere frigido & humido resoluitur. Est autē multarū diuisionū. est.n. sal marinum, qd̄ scilicet ex aqua salsa extractū est. Et est salgēma, quod est sicut cristallum perlucidū. & in Vngaria abundantissime inuenitur. cuius cōmixtio est terrestri composita habens substantiam aqueam frigiditate terræ congelatam. Et ex primo habet, ꝙ facile redigatur in puluerē. ex secūdo autē quod sit perlucidū: & quod liquefiat calido: humido, & stillet aqua ab eo terrestri remanente. Est itē sal, quod vocaẗ napticum nigrū ex napta, q̄ est in ipso, sed cum fumigatur: liquescit napta, & separatur ab eo, & tunc fit album. est etiā sal indicum nigrum ex seipso ex multa adustione terræ, quæ est in ipso. Est & sal armoniacum, quod clarius est, & ad perspicuitatē accedens. Et forte sunt alij modi salis prę ter istos in diuersis locis, quoniā sal marinum aliū modū habet in mari magno, qd̄ attingit Italiā, in quo generanẗ sic grana in locis vbi refluit & ī foueis, ad quas deriuatur: & aliū in Oceano: quod est ad Aquilonē: qa coquitur de fundo terrestri illius: & alium in fontibꝰ salsis in diuersis partibus ex quorū aquis coquitur sal bonum & paruæ quantitatis, quasi farinatū, sicut fit in tuscia apud ciuitatem volateranam.

Vbi.s. c. vltīo. Quare electrum habet colorem mixtum ex auro & argento. 53

Quia hēt vtriusq; naturā & proprietates: qd̄ antiqui

oĩ metallo melius dixerunt.ſunt duo eius genera.ſ.artificiale qđ fit ex argento & nitro ſimul mixtis,& naturale minerale,qđ vt dictũ eſt participat naturã auri & argenti. Fertur autem,qđ vas factũ ex electro ſtridorem emittit,quãdo venenũ eſt ĩmiſſu3 in potũ q in vas ĩmittitur.ſicut ſtridet nitrum,quando infundiť ſibi acetũ.

54 *Quare atramentum eſt ſtipticum & adurens.* Vbi. ſu. c.5.

Quia eius natura ſecundum genus ſuum eſt ſubſtantia homiomera mineralis diſſolubilis per decoctionẽ in aqua factam permixtam lapidoſę ſubſtantiæ, quæ nequaquam ſcluitur per elixationẽ. Eſt autem pluriũ ſpecierum,nam aliquod eſt album,aliquod rubeu3,aliqđ citrinum,aliquod viride,aliquod fuſcũ.Et hoc præ cæteris ſplendorẽ auri prætendit ſi puluis aureus in ipſo ſparſus obſcure reluceat. oĩa vero atramenta ſunt ex terra & aqua. Et primo ſunt liquida, poſtea coagulata. Item poſtea calido & humido diſſolubilia.colorem aũt accipiunt ſcđm maiorem & minorẽ ſubtilitatem terrei, & eius decoctionem in humido,& ſecũdum maiorem & minorem mixtionem perſpicui aeris quando terreũ in aqua decoquitur.Eſt autem atramentum medium inter lapidem & metallum,quia & compoſitionem habet lapidis,& aliquando colorem metalli.

55 *Quare alumina ſunt de facili pulueriꝫabilia.* Vbi. ſu. c.4.

Quia alumen eſt terreſtris cõpoſitionis. cuius tamẽ terreũ eſt humido concretũ,quod a cõplemento deficit argenti viui.ſed ſecundũ aliquid accedit ad illud,& videtur eſſe quadam vi coagulatũ,quæ quidem vis non eſt ſulfuris,ſed aliquid proprietatis habet cum ſulfure. & cum aſſatum fuerit,opteſi,diſtillat ab eo aqua quæda3 fere ſicut ſal gemma.eſt autem vt frequentius colore album.Et quod frequẽtius occurrit & cuius vtilitas maior eſt trium ſpecierum.primum eſt longum et ſciſſibile valde.quod in ſciſſuris plumoſum apparet:et habet co

lorē argento similē. scdm est siccum & rotundū vt mollis lapis, & in splēdore argēti, in albedine parū declinās a priore, & nō est ita efficax, sicut illud. tertiū est siccum quasi petrosum declinans a citrinitate. Duo autē prima sunt calida & sicca multū exsiccatiua & cōstrictiua. tertiū aūt non habet stipticitatem licet sit petrosum. Aqua etiā in qua lauatur primū genus, & quæ per illud colatᵉ sæpius, quando est antiquū efficitur vltra modū consolidatiua & coagulatiua diuersorū corporum. Fertur ēt inueniri alumen humidum, & hoc esse sicut bitumen vnctuosum, quod multum est cremabile deficiens in odore aliquātulum a sulfuris vnctuositate & cremabilitate & huius aluminis speciem dicunt esse naptam.

Vbi.s. c.5. *Quare arsenicum est putrefactiuum, & mordicatiuum valde.* 56

Quia est naturæ terreę cōbustū habens aliqd de vnctuositate sulfuris, & ideo h3 cognationē quādā cū illo. sed est magis adurens, quia est acutius. est ēt puluerizabile, calidū & siccū. licet magis abundet in caliditate quā in siccitate. Inueniᵗ aūt trium modorū. s. album citrinū qdᵗ est cōmunius & puluerizabilius cæteris auripigmētum nuncupatū, & rubeū. Et forte etiā multorū aliorū modorū inuenitur secundū materiæ diuersitatē.

Vbi.s. c.6. *Quare marchesita est dura & ponderosa.* 57

Quia participat de lapide & metallo. habet. n. speciē lapidis terrestrem per calidum siccum non solubilem. sed calcinatur per combustionem in forti igne sicut lapis. metalli autem habet pondus & splendorem & ideo est multum ponderosa. non tamen vnquam metallum stillat ab ea, sed potius euaporat in igne. cuiᵘ causa est, quia metallum quod est in ea non habet perfecte speciē metalli. alias in marchesita aurea non euaporaret ab ea aurum, sed liquaretur ex illa. habet igitur materiam & colorem metalli, sed non speciem. Sunt etiam tot gene-

rā marchesitę, quot metallorū. Est.n. marchesita aurea, argētea &c. licet aurea raro inueniatur, argētea vero frequenter. stannea autē & plumbea raro. Dicitur autē ab antiquis lapis luminis, quia confert visui maxime aurea. est autem in qualitate naturali calida & sicca. in effectu autem cōstrictiua calefactiua, maturatiua, & resolutiua, & est fortis in his effectibus. Fertur quod suspensa collo puerorum aufert ab eis timorem.

58 *Quare nitrum est assabile in igne.* Vbi.s. c.7.

Quia est de genere salis obscurius quam salgemma tamen perlucidum, sed laminosum & tenue, & cum assatur, tunc amissa substātia aquosa superflua efficitur sicut cum magis combustum. Species autem eius distinguuntur secundū loca, in quibus nascitur. Est autem triplex inuētum apud nos. s. Armenicum, Aphricanum, & Teutonicum. quod pluuia cadente super montem plenum minera cupri, & colata aqua per montem, quādo venit ad centum passus in foueam ibi factam ex illa generat. nam tunc conuertitur aqua illa in nitrum. & licet ab incolis putetur salgemma, tamen probatū est esse nitru3. stat autem in concauo montis ad modum, quo glacies generatur in tectis ex aqua stillante in tempore gelantis frigoris. Et hoc non est laminare, sed rotundum. Comparatio autem nitri aphricani ad alias species est sicut comparatio nitri ad salem. spuma autem omnis nitri, qui dicitur aliquando flos nitri, est subtilioris substantiæ & virtutis per ipsum nitrum. & melior est illa, quæ prætendit colorem marmoris, & est multum frangibilis. Est autem omne nitrum calidum & siccum. Et ideo est inscissiuum lauatiuum excoriatiuum, corrosiuum, & præcipue aphricanum, quod est acutius cæteris.

59 *Quare tuchia est frigida & sicca.* Vbi. su. c.8.

Quia fit ex fumo qui eleuatur ad superius et adhęren-

do corporis duris coagulatur, vbi purificat æs a lapidibus & stanno, quæ sunt in ipso. Melius est autem in hoc genere quod sublimatur: ab eo quod residet in fundo, quod dicitur succudus. Est autem commistio tuchiæ nõ naturalis, sed artificialis, cuius vsus est frequens in trãsmutatione metallorum, sunt autem multi modi ipsius. Est enim alba, & citrina & ad rubedinem declinans, quãdo autem lauatur, residet in fundo quoddam, quod dicitur a quibusdam tuchia inda, quod est quasi fex ipsius tuchiæ. Melior est autem alba, deinde citrina, deinde rubea & in omnibus melior est recens q̃ vetusta. Et hæc de mineralibus hoc modo dicta sufficiant.


Explicit liber nonus de
mineralibus.

Postilla in nonum librum.

Post consyderationem transmutationis elementorum sequitur consyderatio de transmutatione mixtorum, quæ ex elementis fiunt & quia de mixtione in communi dictum fuit superius in libro de Generatione, intẽdit auctor agere de transmutatione eorum in speciali, incipiẽs in hoc libro ab imperfectioribus. i. inanimatis q̃ dicuntur Mineralia Circa q̃ tria facit. primo. n. agit de lapidibus, secũdo de metallis, tertio de quibusdam mediis. Quo ad primũ p̃missa difficultate tractãdi de lapidibus in. 1. conclusiõe primo declarat q̃ sit causa effectiua lapidũ in. 2 secundo quæ sit cã materialis in. 3. tertio q̃ sit cã formalis in. 4. quarto quis locus generationis eorũ in. 5. hæc. n. oĩa concurrunt ad eorũ generationem. qnto agit de accidentibus eorũ in cõi quibus eorũ natura manifestat̃ in. 6. & quia tanto scientia perficitur quãto magis ad specialia descendit, agit demũ de lapidibus quibusdã. s.

pretiosis in spāli vsq; ad conclusionē trigesimāquintā, p̄misso in conclusione.7.qualiter habent diuersas virtutes. Quis aūt ordo seruetur in illis non multum refert. Quo ad scd̄m agit primo de cā effectiua metallorū tam generali q̄; spāli in.35.secundo de cā materiali in.36.tertio de cā formali declarans diuersitatē eorum specificam in.37.quarto de numero eorum in.38.qui quidē sequit̄ diuersitatē eo℞.quinto de transmutatione eorū ad inuicem in.39.sexto de loco generatiōis ipsorum in.40.septimo de accidentibus eorū in cōi,& demum de ipsis in speciali incipiens ab illo quod est materia omniū aliorū s.sulphure, vsq; ad qnquagesimā. Quo ad tertiū primo determinat quęstionē an est ostendens dari media inter lapides & metalla in.51.secundo agit de illis in speciali incipiēs a sale, vsq; ad finem libri,nec multū refert quouis modo ordinentur,sicut et metalla & lapides.

INCIPIT LIBER DECIMVS DE ANIMA VEGETATIVA ET VEGETABILIBVS,

1 

Hilosophus naturalis debet de anima & animatis considerare. 1.d̄ aīa t.c.15.

Philosophus.n.naturalis de naturalibus debet consyderare,hmōi autē sunt animata.ergo &c. At etiam cū passiones animatorum sint cum materia naturali,vel in materia naturali,de ipsis habet consyderare philosophus naturalis. Quicunq; autem consyderat passiones etiam consyderat subiectum illarum, subiectum autem passionum animatorum non solum est corpus,sed etiam anima,igitur ad ipsum spectat de ani-

ma, & de aĩmatis consyderare.

1. ỗ aĩa t.c.1. *Scie tia de anima pręcedit dignitate omnem aliã sciẽtiam prçter metaphysicam.* 2

Quia habet subiectum dignius cęteris. nulla enim est nobilior forma q̃ forma animati, & quamuis aliquæ scientiæ sint certiores in suis demonstratiõibus q̃ istæ, sicut sunt mathematicæ, tamen habent ignobilius subiectum, nobilitas autem scientiæ est magis attendenda ex nobilitate subiecti q̃ ex modo procedendi, quamuis & hæc scientia habeat magnam certitudinem.

T.c. 2. *Scientia de anima iuuat ad veritatem aliarum etiam insignium scientiarum.* 3

Ad naturalẽ quidẽ philosophũ iuuat, quia est principiũ animatorũ, & eius principalior pars & nobilior, ad metaphysicum etiã, quia per cognitionem animæ humanæ paulatim ascendimus ad cognitionẽ substantiarũ separatarũ. Ad moralẽ quoq;, quia ad illã non possumus peruenire, nisi per cognitionẽ potentiarum animæ. Ad omnes demũ, quia omnes acquiruntur per lumen intellectus, quod nobis per hanc scientiam innotescit.

T.c.4. *Difficile est tractare de anima.* 4

Est.n. difficile eius diffinitionem inuestigare, & partes eius & operationes eius, per quæ tamen oportet venire in cognitionem ipsius animæ. Signum aũt difficultatis huiusmodi est, q̄ multi tractantes de anima in errores magnos inciderunt, quod etiam ostendit maxima diuersitas opinionum in hac materia.

Desiderabile est tractare de anima. 5

Hoc aũt non solum est verũ propter dignitatẽ ipsius cognitiõis, sed ẽt quia homo maxime desiderat scire qd sit anima humana, & si est mortalis vel immortalis propter naturale desideriũ finis. per hoc.n. potest venire in cognitionem finis, quem maxime desiderat.

6 *A diffinitione animę in communi est prius incipiēdū.* T.c.7.

Nam oportet prius de subiecto cognoscere quia est, & quid est, quia diffinitio est medium in demonstratione. Et quamuis non sit aliqua anima communis, quæ sit a particularibus separata, est tamen quærenda vna communis diffinitio animæ, quæ possit postea singulis aptari. oportet enim primo in vnaquaq; scientia consyderare communia seorsum & postea propria vnicuiq; ne cōtingat idem repeti frequenter. itē.2.de aia.t.c.1

7 *Inuestiganda est hęc diffinitio ex operibus & passionibus animę.* 1.ɗ aia t.c.11.

Accidentia enim & maxime quæ sunt propria conferunt multum nobis ad inuestigandas diffinitiones rerū, sicut effectus conferunt ad cognitionem causarū. A notioribus enim procedimus ad inuestigandum ignota, operationes autem animæ sunt nobis ad sensum notæ, & ipsæ ducunt nos in cognitionem potentiarum eius, & potentiæ in cognitionem naturæ, immo etiam aliquando per artificialia declaramus naturalia. Ex his ergo inuestiganda est animæ diffinitio.

8 *Forma non diffinitur absque eo, quod est extra naturam eius.* 7.met.t.c.34.s.t.

Non enim diffinitur forma sine materia & subſtātia, quia non habet esse completum in specie. Et ideo cum anima sit forma animati, non diffinitur sine subiecto quod est extra naturam eius. Quod autē sit forma animati patet ex eo, quod dat esse & operari, vnde deficiente anima, deficit animatū, quo ad esse, & operari. Ex operatione ergo animati venimus in cognitionem animæ & maxime ex motu & sensu. Illa.n. quæ seipsa mouent iudicamus animata. 2.ɗ aia t.c.2. 2.ɗ aia t.c.4.6.

9 *Anima non est corpus.* s.t. pria

Est.n. forma, quæ dat vitam corpori, vnde corpus est 75.1.

subiectum eius & materia, non aũt ipsa est corpus, aliter duo corpora essent simul. Et cum nullũ corpus sit absq; compositione materiæ & formæ, oporteret animã componi ex materia & forma, & hæc forma nõ esset nisi anima, quia aliter non daret esse animatum. Et sic procederetur in infinitũ, quia eadem ratione quæreretur de illa forma, si esset corpus, & sic de aliis, standum est ergo in primo, quod .s. anima non sit corpus.

a.t.c. 4. vsq; .7. *Anima est actus primus corporis physici organici.* 10

Actus quidem est corporis, quia, vt iam dictum est, eius forma est. primus autem dicitur, quia est actus sicut scientia & non sicut consyderare, nam primus actus dicitur forma, & secundus operatio. Non semper autẽ operatur animatum, & tamen habet animam. Est ergo anima, actus primus corporis, dicitur autem physici, ad differentiam corporis artificialis. Et dicitur organici, quia non est actus cuiuscunq; corporis naturalis, sed oportet quod sit organizatum, quia sic potentia vitã habet, sicut enim anima dat vitam, ita & corpus recipit eam, sed non quodcũq; corpus, sed illud, quod est in potentia ad illã hoc autem est corpus organizatum, quia sic est dispositũ ad hanc formam. Et ideo idem est dicere organicum, & potentia vitam habens. Dicitur autem hoc corpus potentia vitam habere, non quasi animam actu abiiciat, sed habet animam actu & consyderatur cum omnibus suis organis & dispositionibus sine anima, & ad ipsam comparatur, sicut potentia ad actum, & sicut materia ad formã sibi sufficienter disposita. Est etiã potentia vitã habens .i. operationes vitæ, quia non semper operatur. Requirit aũt diuersitatem organorum, quia cum inter alias formas sit perfectissima habet diuersas operationes & virtutes, quæ requirunt diuersa organa.

T.c.7. *Anima vnitur corpori nullo mediante.* 11

Vnitur .n. corpori, vt forma cum sit actus corporis, & ideo

Ideo vnitur ei per se, sicut & q̃libet forma, & sicut signũ vnitur ceræ nullo mediante.

12 *Anima est forma substantialis.* T.c. 8.

Est.n.forma dans esse simpliciter & substantiale quia est actus corporis physici: & aduenit enti existenti in potentia, non autem enti in actu, hę autẽ sunt formæ substantialis conditiones, quibus differt a forma accidentali: est igitur forma substantialis.

13 *Anima est principium viuendi & causa corporis.* T.c. 24. 25.

Si.n.accipiatur viuere pro esse viuentis, sic anima est principium viuendi, quia est principium essendi ipsi viuenti: similiter si viuere accipiatur pro operatione viuẽtis. Anima enim est principium vegetandi & sentiendi & intelligendi, vnde etiam est causa corporis formalis, q̃a dat illi esse, & finalis, quia corpus propter eam sic disponitur, & etiam vt principiũ motus, quia est natura & principium mouendi animatum ipsum.

14 *Ex diuersitate operationum animæ diuersitas partiũ, seu potentiarum eius cognoscitur.* T.c. 33.

Potentia.n.ordinatur ad actum, & potentia actiua ordinatur ad actionem, quæ est operatio, & ideo secundũ ꝙ diuersificantur actus, seu operatiões animæ, ita & diuersificantur potentiæ, cognoscitur igitur diuersitas potentiarum, ex diuersitate operationum.

15 *Omnes partes animę ratione distinguntur, i. quidditate, non autem subiecto.* T.c. 20. 21. 22.

Cum.n.ordinentur ad diuersas operationes, oportet ꝙ sint diuersarum rationum, non tamẽ est necesse quod sint in diuersis subiectis, nam vegetatiuum sensitiuũ & appetitiuũ, & motiuũ inueniũtur in eadem parte corporis vt patet in animalibus anulosis quando deciduntur: aliquæ tamen partes etiam subiecto sunt separatæ. nam visus est in oculo, auditus in aure, & sic de aliis multis

non tamen in omnibus est verum.

T.c. 23. *Hę partes non sunt diuersę animę.* 16

Sunt enim diuersæ virtutes animæ, non tamen diuersæ animæ, quia vnica forma est in vnico supposito, nam forma substantialis dat esse simpliciter. Si autem ibi eent diuersæ formæ substantiales, prima sola daret esse simpliciter: aliæ vero secundum quid, aut vnumquodq; animatum esset plures res, si haberet plura esse simpliciter. non igitur diuersæ sunt animę, sed partes eius.

s.t. pria 78.1. *Triplex est genus animæ.* 17

Anima.n. viuenti dat esse, aliqñ igitur dat esse materiale, ex quo videlicet animatũ est tantũ id quod est. Et nihil aliud fit per similitudinẽ, quã recipiat in seipso, qa nihil cognoscit, & hoc est esse plantarũ per animã vegetatiuã, aliqñ aũt facit, vt non solũ animatum fit, sed ẽt recipiat similitudinẽ aliarũ rerũ, tñ particulariter solũ, quod faciunt animalia bruta per sensum mediante anima sensitiua, aliquãdo aũt facit, vt etiam suscipiat res in se vniuersaliter, quod facit anima intellectiua, itaq; triplex est genus animæ, & vnaquæq; potest separari ab altera, ita quod vegetatiua est absq; s. nsitiua, & hæc sine intellectiua, non tamen econuerso.

s.t. vbi supra. 2. õ aïa t.c. 18. *Quatuor sunt gradus viuentium.* 18

Vegetatiuum enim est per se, & sensitiuum in duas diuiditur partes. s. in id quod mouetur motu locali, quod dicitur motiuum secundum locum, & quod non mouetur hoc motu, qđ retinet nomẽ sensitiui, in qbus duobus generibus est sensitiuum, & appetitiuum, quia appetitus sequitur sensum, & non relinquit eum. Quartum autem est intellectiuum.

s.t. vbi supra. 2. õ aïa t.c. 27. *Quinque sunt generales animæ potentię.* 19

Iam.n. habemus vegetatiuam potentiã & sensitiuam & motiuam, & intellectiuam, quibus oportet adiungere appetitiuam, qa dato ꝙ semper sequatur sensitiuã, tamẽ

distinguitur ab omnibus aliis quidditate,& est principiũ motus in animalibus,vt infra declarabitur: sunt igitur quinq; genera potentiarum animæ.

20 *Prius est agendum de obiectis,q̃ de actibus animę & prius de actibus,q̃ de potentiis.* T.c. 33.

Obiecta enim sunt actibus priora in diffiniẽdo,quia sunt principia agendi,aut patiendi,& ad actus ordinantur potentiæ,& hæc magis a nobis cognoscuntur.s.obiecta magis q̃ actus,& actus q̃ potentiæ,ergo hoc ordine est procedendum.

Nullum animatum est absque anima vegetabili. T.c. 34.

21 Intelligo aũt pro nunc de animatis corruptibilibus. huic.n.animæ attribuũtur operatiões pertinentes ad eẽ materiale conseruandũ,& generandũ,sine quo animata esse non possunt,nã ei attribuitur nutritio,augmẽtatio & generatio,& ideo absq; hac nullum animatum corruptibile existit. At plantæ absq; aliis potentiis existunt,& ideo ab ista tanq̃ a fundamento incipiemus particulariter de anima & animatis tractare.

Alimẽtũ est ens in potentia ad corpus animatũ per se. T.c. 46.

22 Per se.n.ordinat̃ ad ipsum,vt videlicet in ipsum conuertatur ad restaurandum humidum deperditum,ergo est per se in potentia ad ipsum.

23 *Alimentum in principio est contrarium,in fine autem simile.* T.c. 45.

Semper.n.patiens est contrarium agenti in principio, & repugnat ei,in fine autem trahitur ad naturam & similitudinem agẽtis. Cum igitur animatum agat in alimentum,patet quod in principio oportet quod sit cõtrariũ, & in fine simile.

24 *Alimentum conuertitur in substantiam nutriti ab anima mediante tamen calore naturali.* T.c. 38. 48. 50.

Anima enim est,quæ dat esse & rationẽ & operationẽ

animato. vnde est agens principale in nutritione: sed alimentum non potest conuerti in substãtiam animati nisi per calorem naturalem, ideo calor est instrumentum animæ ad istam operationem.

T.c. 48. *Vegetatiuum est potentia animę, qua conuertit alimentum in substantiam nutriti.* 25

⁊.t. pria 77.ar.1. item. q. 78.2.

Non.n. agit anima immediate, quia anima secundum suam substantiam dat esse animato. Et hic est actus, qui immediate exiit ab ea, sed actus, q est operatio non egreditur ab ea nisi mediate aliqua potentia & virtute ad illã operationẽ ordinata. Conuertit ergo anima alimentum in substãtiã nutriti, & nutrit mediante aliqua potẽtia, quæ dicitur vegetatiua.

2.d̃ aia t.c.47. *Alimentum prout est quantum est obiectum augmẽti.* 26

Alimentum.n. prout est quãtum per se ordinatur ad quantitatem augmentandam, sicut alimentum ad substantiam conseruandam vt sic, ergo est obiectum motus seu operationis ipsius augmenti.

s.t. pria 78.2. *Potentia augmentatiua est virtus animę, qua animatum augmentatur.* 27

Operatio.n. qua animal vel animatũ augmentat corpus ab aliqua animæ virtute procedit, quia, vt dictum est, anima non operatur immediate per se ipsam quãuis sit principale agens ex qua procedit debita quantitas & mensura in animato, hæc autem virtus dicitur augmẽtatiua. ergo, &c.

2.de aia t.c.47. *Alimentum, secundum suum superfluum est obiectum generationis.* 28

Semen enim per quod fit generatio est superfluũ alimenti. Et ideo alimentum secundum hoc superfluũ est obiectum generationis.

T.c. 34. *Naturale est oĩ viuenti generare tale quale ipsum est.* 29

Vnumquodq;.n. appetit esse sempiternũ. Quod si nõ

potest in indiuiduo obtinere, saltem in specie vult perpetuari. hoc autem fit per generationem, dũ scilicet perpetuatur in filiis. Et ideo naturalissimum est viuentibus generare.

30 *Potentia generatiua est virtus animę vegetatiuę perfectior cęteris.* T.c. 49. s.t. pria vbi su.

Quia tũc vnũquodq; dicitur perfectum, quando potest facere tale, quale ipsum est. non autem sic per alias virtutes, ergo hæc est cæteris perfectior & ideo per hanc deberet diffiniri anima hæc, quia a fine vnũquodq; denominari iustum est.

31 *Anima vegetatiua est actus primus corporis physici organici habens virtutem nutriendi, augmentandi & generandi solum.* 2. de aĩa a. t.c. 36 vsq;. 50 & san. t. ibi. t.c. 42.

Vt. n. d ctũ est, perfectior virtus eius est generatio, & hæc est anima plantarum, quia. s. hãc habent ab aliis animabus separatam. Et ideo nunc de quibusdam vegetalibus, seu plantis, per modum historiæ ad vtilitatẽ moralitatis sacrarum scripturarum aliquid subiungemus.

32 *Aloes.*

Est arbor, quæ, vt fertur, habet lignum nodosum & rarę substantiæ & saporis amari & coloris fusci & cõfert stomacho & cerebro & cordi & fumum odoriferum habet. vnde in altaribus ponitur.

33 *Amomum.*

Est arbor similis viti boni odoris, & valet ad sedãdã podagram inter alias operationes suas.

34 *Balsamus.*

Est arbor aromatica ægyptia & oleũ est fortius ligno & lignũ radice, & manat oleũ ex ligno cũ inciditur & valet contra venenũ & valet contra morsum scorpionis.

35 *Cinnamomum.*

Est arbor aromatica quæ gaudet sicco & calido, & di-

citur ꝙ confortat epar & stomachum & desiccat nimiā humiditatem ipsius & ideo confert hydropisi.

Cassia. 36

Aut est arbor, aut accedit ad naturā arboris & diuersæ sunt operationes circa ipsam. Dicitur autem operari resolutionem & lenificationem, & cōfert apostematibus calidis & in visceribus & in inguine.

Calamus. 37

Aromaticus est & habet similitudinē calami & est mirabilis odoris & valet contra humorem melancholiæ.

Ebanus. 38

Est arbor, q̄ in India nascitur, ligni cōpactissimi, & iō dicitur, ꝙ non ardet, sed rasa super carbones spirat bonū odorem, quia humidum in ea est bene digestum.

Galbanum. 39

Est arbor, cuius gutta ēt galbanū vocatur, ex qua incensum optimū componitur, & odor eius mirabiliter fugat aīalia venenosa, ita ꝙ si aliqs liniat se galbano, non approximant ei, immo nisi cito recedant moriuntur.

Myrrha. 40

Est arbor altitudinis quinq; cubitorū vel circa, spinosa & aculeata, cuius gutta ēt myrrha vocat᷑, cuius odor accedit ad odorem aloes, & in tantum prohibet putrefactionem qđ corpus mortuum conseruat a fœtore præcipue cum aloe mixta, & hoc ab aliquibus dicitur esse idē quod stacte.

Stacte. 41

Gūma est, quæ dicitur eliquari de myrrha antiqua, & ab ea stillare, sed alii dicunt ꝙ gumma myrrhæ, cum est bene digesta, & purificata stacte vocatur & est melioris operationis q̄ȝ myrrha.

Thus. 42

Est arbor ramosa & tenuis, quæ emittit lachrymam

ſpumoſam, quæ aeris frigiditate induratur, & hoc eſt thus in iuuentute eſt album & rotundum, boni odoris & ideo offertur.

43 *Nardus.*

Eſt arbor paruula valde, quæ facile euellitur, & non habet florem, ſed ſpicam odoriferam valde & habet virtutem frangendi ſudorem, & retinendi materias, q̄ fluūt & confortat cerebrum & cor.

44 *Piſtaca.*

Dicitur eſſe arbor quædam cuius odor corticis odorem piſtici ſeu piſtatæ repræſentat & eſt calida & ſicca.

45 *Cyprus.*

A theologis nominata, a philoſophis autem perraro eſt deſcripta & dicitur eſſe planta alta a Cypro inſula, quæ habet ſemen album, quod in oleo decoctum & poſtea expreſſum de ſe vnctuoſum emittit humorem, quo ſudor emundatur.

46 *Myrthus.*

Eſt arbor duorum vel trium cubitorum in longitudine, & eſt frondoſa & virens, lædens caput odore & ſapore & quaſi inebrians.

47 *Storax.*

Gumma eſt ex arbore ſic dicto calida & ſicca, quæ remouet humiditates ex cerebro & mundificat illud, licet dolorem capitis inducat.

48 *Crocus.*

Herba eſt ſicut germen magnum longū, quod in humidis locis creſcit, & flos eius nō eleuatur a terra & emittit florem poſt florem, qui flores ſunt crocei & rubei, & ſunt boni odoris, & confortant cor & lætificant.

49 *Maſtyx.*

Eſt arbor cuius gumma etiam dicitur maſtyx, quæ ſi maſticatur, mūdat caput & habet ēt alias operatiōes.

Piper. 50

Est arbor sicut Iuniperus & calefacit neruos,& cōfor tat stomachum,& prouocat vrinam.

Reubarbarum. 51

Habet lignum molle,& amarum valde & confert con tra morsum venenatoꝝ vermiū,habetq; alias virtutes.

Zucharum. 52

Est arundo nodosa & concaua habens intus humorē spissum & dulcem.

Ciminum. 53

Herba est calida & sicca expellens ventositates & re/ soluens.

Coriandrum. 54

Est herba,cuius si multitudo succi bibitur vt circa q̄/ tuor vncias interficit hominem tristem sicut venenum, & ideo cauendum est a multa sumptione eius.

Isopus. 55

Est herba calida & sicca & subtilis substantię,cuius po tus colorem efficit bonum.

Coloquintida. 56

Est herba in calidis regionibus nascens, cuius pomū etiā vocatur coloquintida, & est magis calida q̄; sicca.in sapore amarissima,vincens fellis amaritudinem.

Hedera. 57

Est arbor nota semp virēs & sepe carēs flore & fru/ ctu propter eius frigiditatem, vñ nascitur in locis frigi dis habens radices per omnes ramos,& est fœtidi odo/ ris & saporis & quia vndiq; trahit nutrimentū,cito con/ ualescit & augmentatur.

Mirice. 58

Est frutex sterilis in locis,sterilibus nascens alta val/ de& plurimorum ramusculorum flexibilium potius q̄;

frangibilium, ex quibus fiunt scopæ, & si stillatur habet vnguentum fœtidum.

59 *Iuniperus.*

Est arbor apud nos similis cypresso spinas pro foliis habens virides æstate & hyeme virentes, grana pro fructu nigra, & dicitur q confert attritioni lacertorum & inde est q lassi dormiunt in vmbra eius, mundificat etiam & aperit operationes nutrimenti.

60 *Ramnum.*

Est frutex habens spinam albam multiplicem & tertuam in acumine, faciens poma quædam perlucida, multum delectabilia, quando sunt bene matura appetitum cibi prouocantia, cuius radix confricata ad aliquid durum dicitur ignem emittere.

61 *Mandragora.*

Est herba, cuius radix exprimit similitudinem hominis & mortificat. Nam dicitur quod quidam pueri, cum inuenissent mandragoras, comederunt & mortui sunt ex eis plures, mundificat etiam matricem & educit fœtum.

62 *Abies.*

Arbor est alta & recta & nascitur in locis montanis frigidioribus. Quia ergo in illis locis subtus terrã sunt calidissimi vapores & pingues humores, quos frigiditas circunstantis aeris intra arboris stipitem congerit, ideo multum ascendunt, & habent lignũ dolabile & leue ædificiis aptum imputribile.

63 *Pinus.*

Est arbor nota viridis & odorifera propter vaporabilitatem rasinæ & lignum eius est sonorum.

64 *Terebintus.*

Est arbor magna altior q̃ abies, & nascitur in montanis & locis altis multum folia habens, sicut pinus, ni-

si quod sunt longiora. Multa alia possemus de istis vegetabilibus dicere, sed ista pro breuitate sufficiant.

Explicit liber decimus de anima vegetatiua & de aliquibus vegetabilibus.

Postilla in librum decimum.

Post inanimata sequũtur animata, de quibus volẽs determinare auctor incipit a vegetabilibus, & quia semper a cõmunioribus est incipiendum, primo agit de anima in communi, secundo de anima vegetatiua, tertio de ipsis vegetabilibus. Quo ad primũ horum primo præmittit quædã de scientia animæ. s. qualiter est pars scientiæ naturalis in. 1. cõclusione, q; digna inter alias scientias in. 2. q; vtilis in. 3. q; difficilis in. 4. & quã desiderabilis in. 5. secundo volens inuestigare diffinitionẽ animæ per quã eius natura manifestatur, præmittit quare ab illa incipit in. 6. ex quibus inuestiganda est in. 7. & quomodo diffiniẽda est, declarãs modũ quo diffinitur forma in. 8. deinde ostenso quid nõ est in 9. declarat quid est in. 10. ponens eius diffinitionem cõem, ex qua deducit qũo vnitur corpori in. 11. qũo se habet ad eẽ eius in. 12. & ad vitam eius in. 13. quæ potest dici alia diffinitio ipsius animæ. tertio volens determinare de potentijs eius in cõi, quæ sequuntur eius essentiam ac etiam manifestãt, præmittit modum inuestigandi illas in. 14. deinde declarat qũo se habent ad inuicem penes identitatẽ & diuersitatẽ in. 15. & qũo se habẽt ad ipsam animam in. 16. quarto ad ampliorem notitiam animę in cõi, ostendit quot genera animę in. 17. quot gradus viuentium in. 18. & quot genera potentiarum in. 19. Quo ad secundum principale. primo præmittit duo. s. modum seu ordinem procedẽdi in 20. & cõmunitatem huius animæ in. 21. secundo iuxta

ordinē dictum incipiens a potētia nutritiua q̄ est prima huius animæ, declarat eius obiectū in. 22.23.& causam conuertendi ipsum in animatum tam principalem q̄ instrumentalem in. 24. deducens diffinitionem huius potentiæ, in. 25. tertio agit de potentia augmentatiua quæ sequitur nutritiuam, declarans eius obiectum in. 26.& diffinitionem talis potentiæ in. 27. quarto agit de potentia generatiua quę seqtur prædictas, declarans eius obiectum in. 28. naturalitatem actus eius in. 29.& eius diffinitionem in. 30 Demum diffinit ipsam animam vegetatiuam in. 31. Quo ad tertium principale agit in speciali de quibusdam vegetabilibus, & patet litera.

INCIPIT LIBER VNDECIMVS DE ANIMA SENSITIVA.



1 *Mnia animalia habent sensum.* 2. d̄ aīa
Si.n.non haberent, non fuisset eis prouisum a natura in necessariis. indigent enim animalia cognitione sensitiua & presertim tactus ad discernendū alimentum conueniens, & disconueniens vt sciant fugere nociuum, & cōueniens prosequi, aliter non esset multum durabilis eorum vita, habēt igitur sensum quo id percipiant. t.c. 27. 28. de sen. le. 2.c. 1. 3. de aīa t.c. 60.

2 *Obiectum sensus est extra animam.* 2. d̄ aīa
Si.n.esset in aīa sic aīal sentiret qn̄ vellet, q̄ obiectū esset semper sibi p̄sens, immo sequeretur quod semp eēt in actu sentiendi, hoc aūt est falsum, iō obiectū est extra. t.c. 52. 60.

3 *Non sensitiuum fit sensitiuum in actu primo a generante deinde ab obiecto.* T.c. 59.
Virtus.n.quæ est in semine a generāte, impressa, edu-

cit animam sensitiuam cum omnibus sensibus de potentia in actum mediante virtute cœli, & primi mouentis, postea fit actu animal sentiens a præsentia obiecti, fit igitur in actu primo a generante, in actu vero secundo ab obiecto.

de sen.& sensa.q/si p totú *Vnaquæq; potentia sensitiua habet proprium obiectũ.* 4

Omne.n.passiuum habet actiuum sibi proportionatum, obiectum autem potentiæ cognoscitiuæ est actiuũ, quod eam mouet ad cognoscẽdũ, nam sensus est potentia passiua, & sentire cõsistit in quodã pati & moueri ab

pria.78. 3. obiecto. Et ideo oportet vnicuiq; potentiæ sensitiuæ assignare obiectum proprium.

2.de aïa t.c.60 *Sensus est solum singularium cognoscitiuus.* 5

Vnumquodq;.n.operatur per modum sui esse, quia in operatiõe nihil excedit propriam naturam, sensus est autem potentia in materia, quia habet organum corporale, vt inferius ostendetur in particularibus sensibus. Cum igitur materia sit principium indiuiduationis, patet quod potentia sensitiua indiuiduatur in organo, & sine organo non operatur, & ideo quicquid recipit singulariter recipit, quia vnumquodq; est in altero per modũ ipsius recipiẽtis. si igitur aliquid est in organo, vel in potentia sensitiua nõ potest esse in ea nisi particulariter, solum igitur singularium est cognoscitiuus sensus.

T.c. 63. 64. *Sunt quædam sensibilia propria, & quędam communia sensibus ipsis.* 6

Cõmunia dico, quia pluribus sensibus cognosci possunt, & nulli specialiter appropriantur, hoc autem est manifestũ in pluribus. magnitudo.n. tam visu, q̃; tactu cognoscit̃. Et similiter figura & numerus visu & auditu cognoscitur, & similiter motus visu & auditu & tactu, & eius cõtrarium quod est quies. propria vero dicuntur q̃ tantum a singulis sentiuntur circa quæ non cõtingit sensus errare. sicut color respectu visus, sonus respectu au/

ditus, odor respectu olfatus, sapor respectu gustus, calidum, frigidum, humidum, & siccum respectu tactus, vt infra dicetur. Circa tale autem sensibile nõ errat sensus, quando est debite dispositus & in debita distantia. est.n. proprium obiectum eius.

7 *Sensibilia cõmunia sunt aliquo modo per se, & aliquo modo per accidens.* vbi su. s.t.ibi.

Sunt.n. per accidens, quia non mouent sensus elicien do actum & specificando. visus.n. a solo colore, vel luce mouet, & auditus a sono, & olfatus ab odore, & gustus a sapore. & tactus a qualitatibus tangibilibus. si ergo ali qualiter mouent sensum, non põt esse nisi propter hæc obiecta, quæ sunt illis propria. ergo per alterum mouẽt, & non per se. At vero aliqualiter per se, quia dant aliquẽ modũ actui. quãuis.n. non eliciant actum nisi per alterũ tamen mouent sensum magis vel minus intẽse, vt puta si in magna quantitate sit albedo: plus mouebit visum, q̃ si sit in parua, & sic de aliis potest assignari hæc ratio, & ideo per se dicuntur, quia per se dant actui sensus mo dum, licet per se non moueãt, sunt ergo media inter sen sibilia propria & sensibilia per accidens. t.c.65.

8 *Sensibile per accidens ab alia potentia cognoscitur, q̃ a sensu exteriori.* T.c.65. s.t.ibi.

Sensibile per accidens dicitur aliquid, quod coniungitur cum sensibili per se, vt quia homo coniungitur cũ albedine, dicitur homo visibilis per accidens. i. per alterum hoc est per albedinem, sensus ergo non poterit cognoscere nisi sensibile per se, quia nulla potentia fertur extra suum obiectum, sensibile ergo per accidens ab alia potentia cognoscitur q̃ a sensu.

9 *De sensibus exterioribus prius est tractandum, q̃ de interioribus.*

A notioribus.n. nobis est inchoandum. sensus autem

exteriores sunt nobis notiores. a visu ergo quia est nobilior inter alios sensus exteriores. Et quia habet organū magis manifestum incipientes prius de obiecto potentię visiuæ tractabimus.

De sen. lec.6. p totū. *Color est extremitas perspicui in determinato corpe.* 10

Perspicuum.n.& si secundum nominis proprietatem dicitur diaphanum vel transparens, nunc tamen accipit pro quocūq; quod est susceptiuum luminis qualitercūque & solum in superficie, sicut est terra, cuius partes superiores grossæ obumbrant inferiores. vnde perspicuū est quædā natura cōis corporibus multis. Aliud.n. sunt inquantum corpora, & aliud inquātū perspicua. Forma autem huius perspicuitatis est lux. extremitas vero eius est color. aliud.n. est extremitas corporis, quæ est superficies, & aliud extremitas perspicui in corpore terminato, quia non videntur corpora nisi sint terminata. vnde nō est in eis color: nisi terminent. In corporibus ergo nō est color intus nisi in potētia. & iō scdm qd pspicuū plus participat de luce, quæ est forma eius, sic est magis album, a q̄ maxīe recedit nigrū. Et scdm qd diuersimode corpora disponunt secundū diuersam ꝓportionem ad albū & nigrū sic sunt diuersæ spēs coloꝝ mediorū.

2. de aīa t.c.67. *Color est visibilis per se.* 11

Qd.n. per se mouet diaphanū & transparens est visibile per se. sed huiusmodi est color. nam color per diaphanum suam speciem, vel similitudinē diffundit vsq; ad oculū, & sic mouet, diaphanū, & videtur. Et hęc propositio color est visibilis est in secūdo mō dicendi p se.

Vbi.s. t.c.68. *Diaphanitas est proprietas consequens quandam naturam communem.* 12

De sen. Vbi.s. Non.n. consequitur naturā specialem alicuius corporis, vtputa aeris, quia sic oporteret ꝙ oīa dyaphana haberent aeris naturam. sed consequitur naturam cōmunem ad omnia corpora dyaphana.

13 *Lumen est actus diaphani.* 2.de aĩa t.c.69.

Non.n.aliquid est transparens in actu nisi per lumẽ. vnde lumen quasi color est diaphani & per consequẽs actus eius. De sen. Vbi su.

14 *Lumen non est corpus, nec natura spiritualis nec euidentia coloris.* 2.de aĩa t.c.69.

Si.n.esset corpus, cũ diffundatur per corpora, sequeretur qđ duo corpora essent simul: & prӕterea diffunderetur in toto hemisperio nec deferret in instãti, qa motus localis nõ est in instanti. Non.n. diffunditur in tempore, quia in tanto spatio latere non posset hic motus. Et si dicitur quod nõ datur primum instans, in quo sol sit secundũ aliquam partem eleuatus supra orizontem dicendum est quod hoc non est ad propositum, quia dicimus quod lumen diffunditur per totum hemispẽrium in instanti, ita ꝙ non primo diffunditur in medio quam in fine. vtrũ autẽ detur primum instans, in quo sol eleuatur supra orizontem, vel nõ detur nihil nobis est curӕ in praesentia. certum est enim quod non daẽ. Non est autẽ natura spiritualis, quia lumen sensu percipitur, nec euidẽtia coloris, quia aliqua videmus de nocte non percipientes proprium colorem. 5.t. 2. de aĩa t.c.70. Itẽ prĩa 67.ar.1. 4.

15 *Lumen non est forma substantialis, nec habet esse tantum intentionale.* 5.t. vbi su. ar.2.

Forma.n.substãtialis visu, aut sensu percipi non pot per se, & intentio non alterat realiter, vt patet de speciebus colorum diffusis per aerem intentionaliter. sed lumen realiter alterat ista inferiora, & per se videtur, non est igitur forma substantialis, nec habet esse intentionale tantum.

16 *Lumen est qualitas actiua corporis cælestis.* 5.t. 67. 3.4.

Nam nõ est substantia vt dictum est. nec ẽt est quantitas, vt patet: nec relatio, nec aliquid aliorũ prӕdicamen

torum,ergo oportet quod sit qualitas,& experimur, ꝙ corpus cœleste per ipsum lumen agit in inferiora,est igitur qualitas eius. Verũ lux proprie est illa,quæ est subiectiue in sole. Lumen vero est illud, quod diffunditur in alia corpora,& est effectus lucis & quædam participatio eius,quod tunc dicitur radius, cũm directe procedit, & tunc dicitur splendor,cum reflectitur ad aliquod corpus lucidum. Notandum tamen ꝙ non est qualitas cuiuscunq; corporis cœlestis,sed solis vel cuiuscunq; alterius a se lucentis,si aliquod est tale,cuius signum est ꝙ diuersarum stellarum radii habent diuersos effectus ſm diuersam naturam corporum suorum.

sã. tho. vbi su. 3 *Lux non habet contrarium.* 17

Quia est qualitas primi corporis nõ habentis contrarium. Et hæc est ratio, quia susceptiuum lucis statim illuminatur,quia ibi non est cõtrarium repugnans. tenebra enim est priuatio lucis non contrarium.

s.t.2. de aia.t.c. 70. *Quanto corpora sunt formaliora tanto magis sunt lucis susceptiua.* 18

Sunt.n.magis propinqua ei, quod est subiectum lucis,quod est primum alterans. Et ideo ei sunt similiora, & per consequens magis susceptiua proprietatis eius, quæ est lux.

2.de aia t.c.75. *Lumen est necessarium ad videndum ex parte medii tantum.* 19

3.de aia t.c.18. Color enim ex se est visibilis cum sit quasi quædam lux obumbrata,sed propter imperfectionem suam non potest sibi medium disponere. Et ideo color sine lumine videri non potest. Cuius etiam signum est,quia si color ponatur super organum visus non videbitur, quia requirit medium, scilicet diaphanum in actu, qđ est susceptiuum coloris secundum suam speciem vel similitudinem, quia sic color mouet visum,est ergo necessarium

rium lumen ex parte medii tantum.

20 *Diaphanum secundum se est inuisibile.* 2.de aīa

Oportet enim quod susceptiuum coloris sit sine co- t.c.71.
lore, quia nihil recipit quod iam habet, quod aūt secun-
dum se non habet colorem neq; lumen secundū se opor
tet esse inuisibile. ergo.

21 *Si esset vacuum non fieret visio per ipsum.* 2.ð aīa

Oportet.n. organum pati a visibili spiritaliter per ali- t.c.74.
quod medium, per quod species visibiles deferuntur, vt de sen.
dictum est, quia si poneretur sensibile supra sensum, cū lec.5.
ibi non esset medium, non fieret sensatio, in vacuo auté co.1.
non est medium, non igitur in ipso fieret visio.

22 *Medium non resistit immutationi visibilis.* s.t.2.de

Est.n. semper in vltima dispositione ad suscipiendum aīa. vbi
coloris species & lumen, & in hoc non habet aliquid con supra.
trarium. ergo. intellige tamen si est dispositum.

23 *A remotiori minus videtur.* san.t.de

Hoc non est propter mediū quia non resistit, sed pro- ve.8. 1.
pter pyramidem, quæ in visione causatur, cuius basis est 12.item
in re visibili, & quanto visibile magis elongatur, tāto ēt 2.de aīa
acuitur magis, & minoratur, & sic plus fatigatur ocu- vbi su.
lus in videndo, & tantum potest minorari, quod nō suf
ficit ad videndum.

24 *Visio non fit extra mittendo.* de sen.

Si.n. id, quod extra emittitur esset lumen, videremus lec. 4.
in nocte. Si autem esset ignis, vt quidam dixerunt, non co.3.
videremus in aqua. si aūt esset corpus, duo corpora eēnt
simul, deniq; quicquid esset, non est verisimile, qð pos-
set vsq; ad astra protendi. ergo. &c.

25 *Quędam in lumine videntur, vt colorata, & in tene-* 2.de aīa
bris vt lucentia. t.c.72.

Sunt.n. lucentia, sed in die maius lumen offuscat mi- s.t.ibi.
nus, & ita videntur solum, vt colorata, in nocte autē lu-

cent,& sic videntur, vt lucentia, non autem, vt colorata, sicut sunt quædam parua animalia, quæ dicuntur noctilucæ, sed ignis videtur tam in tenebris q̃; in luce eodem modo, quia lumen eius est efficax ad mouendum diaphanum.

T.c. 66. *Potentia ergo visiua est virtus animę, qua cognoscit colorem seu lucem in organo existens.* 16

Nam obiectum eius est quoddam innominatum, quod & colores & lucem comprehendit, quod dicatur visibile per se primo. Et hæc potentia habet organum, quod est oculus, seu pupilla oculi: & est in eo tanquã in subiecto, & non est sine eo, vnde est virtus, non tantum animæ, sed etiam totius animati, idest animæ & corporis. Est autem organum eius aqueum. cum enim organum sensus sit quasi medium coniunctũ, debet esse proportionatum medio extrinseco, vnde sicut medium extrinsecum est perspicuum, ita & organum debet esse perspicuum non autem potest esse corpus cœleste, quia nõ venit in compositionẽ inferiorũ, nec ignis, siue igneũ, quia videremus de nocte, nec aereum, quia aer nõ est ita spissus & seruabilis, quod requirat organũ visus, est igitur aqueum. Et propter eandem causam. vt. s. organum sit proportionatum medio requiritur ad videndum intus aliquod lumen, sicut etiam requiritur in medio vt supra dictũ est. si. n. virtus visiua esset in superficie exteriori sufficeret ad vidẽdũ lumen exterioris perspicui, per quod imutatio coloris veniret ad superficiẽ pupillæ, sed sensitiuũ est intus iuxta cerebrũ, vbi cõiunguntur duo nerui ex oculis procedentes, ideo oportet, q͛ in pspicuo interiori, quod est organũ sit aliq͛ lumẽ, vt sit vniformis imutatio a re visa vsq; ad principiũ visiuum.

[Margin: 2. de aia t.c. 130. & sẽ. lec. 5. co. 1.]

Visus est perfectior & nobilior inter omnes sensus exteriores. 17

[Margin: In pœmet. de sẽ. lec. 2. 2. de aia t.c. 70.]

Primo quidem quia sua apprehensiõe annũciat nobis

plures differentias rerum, & diuersorum modorum. Et hoc ideo quia eius obiectum, quod est visibile inuenitur in omnibus corporibus, quod non contingit de obiectis aliorum sensuum. fit enim aliquid visibile per hoc quod diaphanum actu illuminatur a corpore lucido, in quo superiora corpora cum inferioribus communicāt. secūdo, quia eius immutatio est spiritualior, fit. n. solū intentionaliter, immutatio autem aliorū fit semper cū aliquo motu reali, vt infra patebit. tertio quia per visum magis percipiūtur sensibilia cōmunia. nam quāto potentia habet virtutem vniuersaliorem, tanto est efficacior in cognoscēdo, vt potē potētior, visus autem, vt dictum est, plura cognoscit, est igitur efficacior, & potentior virtus eius ad cognoscēdū nō solum propria, sed etiam cōia, & ideo est nobilior cæteris sensibus exterioribus.

28 *Sonus est qualitas causata ex percussione corporum solidorum ad inuicem.* T.c. 78.

Corpora enim dura cum percutiūt se ad inuicem, vel vnū percutit alterum. si cito præoccupatur mediū. i. aer vel etiam aqua, & frāgitur, sic fit sonus. Dico autem cito, quia si paulatim aer diuideretur a corpore solido non causatur sonus, oportet etiam quod corpora sint dura, quia mollia cedunt. ex quibus patet tria requiri ad causandum sonum, scilicet percutiens percussum & medium. fit enim sonus in actu semper alicuius ad aliquod & in aliquo, patet etiam quod sonus in actu est medii & auditus, vtrunque enim mouetur ex percussione corporis sonantis, ipsorum autem corporum sonātium est sonus in potētia inquantum habent potentiam ad causandum sonum ex eorum percussione.

29 *Eccho est sonus, qui ex reuerberatione causatur.* T.c. 80.

Eccho. n. est sonus ille, qui sentitur maxime in corporibus cōcauis post primum sonū factū. primo. n. deportatur per aerem, & quādo inuenit obstaculū reflectit &

iterum idem sonus sentitur. Et hoc modo fit, sicut si quis proiiciat lapidem in aqua. statim. n. fient circuli quidam, primo minores postea maiores, qui si inueniunt obstaculum, vt puta cum ad ripam perueniūt statim reflectuntur, ita etiam aer percussus facit vndiq; circulos propter suam maximam flexibilitatem, & vndiq; defert sonū, cū igitur inueniunt obstaculum reflectuntur circuli, & iterū vox ad aures defertur, & percipitur in corporibus cōcauis & sonoris, non semper autem percipitur.

a.t.c. 87 vsq. 91

Vox est sonus animalis ex percussione inspirati aeris causatus ad arteriā vocalem cum quadā imaginatiōe. 30

Cum. n. sola animalia habeant voces, non oportet dicere, ꝙ in qualibet sui parte possunt vocem causare, aliter sonus manuū esset vox. fit ergo vox in arteria vocali ex fractione aeris respirati in loco illo. Non. n. cum fit vox totaliter imittitur aer, sed ibi frangitur & retinetur ab anima, & quia fit ab animali inquantum est animal, ideo fit cum quadam imaginatione. si enim fieret ibidem absq; imaginatione non proprie esset vox, sed sonus, sicut tussis.

a.t.c. 81 vsq. 85 itē. t.c. 110. de sen. lec. 5. co. 2.

Potentia auditus est virtus in auribus per mediū aeris sonum percipiens in organo existens. 31

Potentiæ enim sensitiuæ sunt in organo. Instrumētum igitur auditus, seu organum, est aer quidam ædificatus in auribus, & clausus pellicula, quæ dicitur miringa, ad quam dicuntur distinctiones sonorum peruenire, sicut ad tympanum. oportet enim quod instrumentum similitudinem habeat cum medio, per quod sentit, sicut instrumentum visus est humidum aqueum & diaphanum, est enim pupilla oculi. Medium autem auditus est maxime aer, vnde oportet instrumentum esse simile medio, est igitur aer ille ædificatus in auribus immobilis, quia si esset mobilis non distingueret voces, sed confunderet, propter quod si miringa destruitur & infir-

matur, vel fiat ille aer mobilis, vel auditus totaliter perditur vel parum auditur.

32 *Difficilius ē tractare de odore q̄ de aliis sensibilibus.* 2.de aīa t.c. 92. 93.94.δ sen. lec. 9.co.1.

Quia sensum odoris minus certum habemus, q̄ cætera animalia propter magnitudinem cerebri, quod est humidum, & frigidum, & ideo nimium humectat partē vbi est organum olfatus, quod requirit siccitatem & caliditatem, & ideo qui tractat de odoribus debet de eis tractare per analogiā ad sapores, qui sunt nobis magis noti per gustum, & gustus est quidam tactus & tactum homo habet inter cætera animalia nobilissimum, propter nobilitatem complexionis, quæ requiritur ad nobilitatem animæ intellectiuæ, & ideo homo inter animalia est prudentissimus, & inter homines illi sunt melius dispositi secundum intellectum, qui sunt melioris tactus, molles enim carne sunt apti mēte, duri vero sunt inepti, nisi forte sit mollities muliebris.

33 *Odor est passio, causata in humido ab humore imbibito a sicco.* de sen. lec. 12.p totum. 2.de aīa t.c.100.

Humidum.n.est odoris susceptiuum, sed tamen si in eo non est humidum imbibitum a sicco & bene digestū non habebit odorem, sicut patet in aqua, & similiter etiā si totaliter humidum absorbeatur & exsiccetur. lapides enim duri non habent odorem, itaq; susceptiuum odoris est humidum. Actiuum vero est humor imbibitus a sicco, & diuersæ species odorum causantur secūdū quod hunc humorem diuersimode siccum imbibit & humidū ipsum suscipit, vnde aliqui sunt odores dulces, aliq ama ri, aliqui medii proportionaliter sicut in saporibus. 2.de aīa t.c.95. δ sē.lec. 12.co.3.

34 *Potentia olfatus est virtus odorum perceptiua per aliquod medium in organo.* 2. δ aīa t.c.97. 100. de sen. lec. 5. co.3.

Organum est inter nares in anteriori parte capitis ꝓpe cerebrum, in potentia ad odorem & siccum. Et homo

videt habere hoc organũ coopertũ, qa non odorat absq; respiratione. respirat. n. ad aperiẽdum poros, vt ingrediatur sensibile. medium aũt est aer & aqua: vnde in vtroq; medio sentitur odor. in aqua tamen animalia respirantia non odorant, quia ibi non respirat. Et quamuis odor diffundatur per quandam fumalem euaporationem, non tamen oportet, quod ipsa euaporatio perueniat vsque ad nares, vel vsque ad organum, quia sensibile po

2. de aia situm supra sensum non causat sensationem, sed suffi

t.c.97. cit, quod species eius veniat ad organum, sicut species coloris ad visum, aliter non sentiremus odores a longe, sed expertum est quod tempore destructionis Troiæ venerunt vultures ad illa cadauera comedenda a quingẽtis milliaribus. si autem sensissent odorem per euaporationem diffusam, oporteret dicere quod ex omni parte fuisset diffusa euaporatio per quingenta milliaria, qa diffunditur odor vndiq; per medium, sed hoc est impossibile etiam si omnia illa corpora fuissent resoluta in euaporationes factum est hoc ergo per species.

2. de aia *Olfatus non differt specie in diuersis animalibus.* 35

t.c.98. Olfatus. n. in quibusq; inueniatur, habet tantum vnũ

99. obiectum. i. odorem & vnum corruptiuum proximum, quia corrũpitur a malo & forti odore, verũ diuersimode diuersa animalia per olfatum odorãt: quædã. s. respirãdo, & quędam sine respiratiõe. Sed hoc est propter diuersam dispositionẽ organi, quia in quibusdã est opertum in quibusdam vero patẽs. est igitur olfatus vnius speciei in omnibus animalibus, in quibus reperitur.

8 sẽ. lec. *Sapor est passio facta in humido aqueo a sicco terre-* 36

10. p to *stri cum additione calidi.*

tum. Hoc esse verũ possumus cognoscere, ex hoc qa videmus quod aqua accipit quẽdã saporem si trãsit per terram, sicut patet in aquis quorundam fontium quæ sunt salsæ. quãdo igitur calidum perfecte digerit humidum

causat saporem dulcem, priuatio autem humidi perfecte digesti causat saporem amarum. Alii autem medii sapores causantur secundum quod humidum medio modo se habet & secundum diuersas proportiones: sic sunt diuersi medii sapores.

37 *Gustabile seu sapor non sentitur per mediū extraneū.* 2. de aīa t.c.101.

Gustabile enim fundatur in humido & est quoddam tangibile: vnde sine tactu non fit gustus in actu. medium ergo nō est aer vel aqua, sed caro vel aliquid aliud coniunctum organo in lingua, sicut & in tactu contingit, vt infra dicetur: cōcurrit tamen & aliquod medium extraneum sicut & in tactu vt dicetur.

38 *Gustus debet esse denudatus ab omni sapore.* T.c.104

Aliter enim non reciperet omnes sapores, nec discerneret inter eos: propter quod febricitantes habentes gustum amarum non discernunt sapores, & eadem ratione organum eius debet esse denudatum ab humiditate secundum seipsum, talis naturæ tamen quod possit humectari. gustus enim patitur a gustabili secūdum quod gustabile est, sicut quilibet sensus a suo sensibili. vnde cū gustabile inquantum gustabile sit humidum, necesse est quod organum eius non sit humidum actu, possibile tamen humectari.

39 *Gustus est virtus discretiua saporū per mediū cōiūctū.* T.c.101

Hæc conclusio patet ex iis, quæ dicta sunt.

40 *Tangibile est multarum contrarietatum.* T.c.107

Est.n. tangibile calidum & frigidum, humidum & siccum, durum & molle, graue & leue, grossum & subtile, & si qua sunt huiusmodi.

41 *Tactus est potentia diffusa per totum animalis corpus istarum contrarietatum perceptiua.* T.c.112

Animal enim percipit istas cōtrarietates in vnaquaq; sui corporis parte principali. Sed prima radix tactus

est in corde, a quo spiritus vitales diffunduntur per totum corpus.

T.c. 27. *Nullum animal est quod non habeat sensum tactus.* 42

3. de aia t.c.6. Est.n. percæptiuus eorum ex quibus consistit animal & conseruatur. Et ideo non posset animal consistere nisi haberet hunc sensum, quia non cognosceret quid sibi est vtile, & quid nociuum. ex eisdem enim nutritur & cõseruatur, ex quibus consistit, inest igitur tactus omnibus animalibus.

2. de aia *Caro non est organum tactus.* 43

t.c.109. Quia sensibile positum supra sensum non causat sensationem. At qualitates positæ supra carnem causant sensationem: quidam ergo dicũt quod est neruus, alii vero quod est quoddam mixtum ex carne & neruo. Caro aũt est medium coniunctum & cõnaturale.

T.c.113 *Tactus non fit sine medio exteriore.*

T.c.116 Habet.n. mediũ connaturale, quod est caro, vt dictũ est, sed in aere & in aqua nihil tangit alterũ immediate. mediat.n. semper humidum vel aereum. Sed hoc magis est manifestum in iis, quę se tangunt in aqua q̃; in aere, non fit igitur sine medio extraneo. 44

T.c.106 107. *Tactus & si sit vnus subiecto, nõ tamen formaliter & secundum rationem.* 45

pria.5.t. 78.3.ter tium. Vnus.n. sensus est vnius contrarietatis, vt visus albi & nigri. Auditus acuti & grauis, & olfatus odoris dulcis & amari, sed plures sunt primæ contrarietates qualitatũ tangibilium, quæ ad vnum proximum genus nõ possunt reduci, ergo oportet dicere ꝙ in animali sunt diuersæ potentiæ tactus quidditatiue & formaliter distinctę, quæ tamen sunt in eodẽ organo, ita quod in eadẽ parte inueniuntur omnes, posset tñ dici ꝙ omnes illæ cõtrarietates ita se habent ꝙ singulę conueniunt in vno genere proximo, & omnes in vno genere cõmuni quod est

obiectum tactus ſm rationem cõmunem, ſed illud genus eſt innominatũ, & ſic erit vnus tactus ſm ſpeciem, propter vnam rationem formalem obiecti.

46 *Organum tactus eſt in potentia ad excellentias tangibilium qualitatum.* T.c.117 118. 119.

Oportet.n.quod ſit ex elementis compoſitum, & ſic habet qualitates elemẽtorum, ſed ad medium redactas, aliter nõ ſentiret. oportet n.id, quod aliquid recipit eſſe denudatũ ab eo quod recipit, ideo tactus non ſentit niſi excellentias tangibilium, ad quas eſt in potentia & a quibus poteſt pati.

47 *Tactus & guſtus ſunt diuerſæ potentiæ ſpecie diſtinctæ.* T.c.111 s.t. ſup t.c.101.

Habent.n.diuerſa obiecta. huius.n.obiectum eſt ſapor. Illius vero qualitates, in quibus fundatur ſapor, & præterea diuerſimode immutantur. Tactus.n.immutatur immutatione naturali & non ſpirituali tantum quantum ad organũ ſuum ſecundum qualitatem, quæ ei ꝓprie obiicitur. guſtus vero organum non immutatur de neceſſitate naturali ĩmutatione ſm qualitatẽ, q̃ ei proprie obiicitur, vt.ſ.lingua fiat dulcis vel amara, ſed bene ſecundum ꝑambulũ qualitatem in q̃ fundatur ſapor.ſ. ſecundum humorem, qui eſt obiectum tactus. differunt ergo ſpecie, quod intellige de guſtu, vt eſt diſcretiuus ſaporum. nam inquantum diſcernit qualitates elementi, q̃ ſunt qualitates tangibiles, eſt tactus, quidam. 3.de aïa t.c.64. ŏ ſẽ.lec. 5.co.3.

48 *Senſus exterior eſt potentia ſenſitiua in organo, quæ recipit ſpecies exteriorum ſenſibilium ſine materia.* 2.de aïa t.c.121. 122.

Nam cum ipſa ſenſibilia ſint in materia ſecundũ eſſe ſuum naturale ſenſus recipit ſpecies eorum ſecundum eſſe intentionale, non tamen ſine cõditionibus materiæ recipit, quia particulariter recipit, & ſingulariter, q̃ ſunt materiæ cõditiones. Huius autem ratio eſt, quia recipit

ſpecies in organo corporali,quod quidem organum eſt
proprium ſubiectũ ſenſus,& per cõſequẽs idẽ ſubiecto
cum eo,ſed differens ratiõe,eo modo,quo forma & ma
teria ſunt idem ſubiecto ſed propria ratione altera.

T.c.123 *Excellentię ſenſibilium corrumpunt ſenſum.* 49

124. Organum.n.ſenſus quod eſt materia virtuti ſenſitiuę
proportionata conſiſtit in quadam proportione,q̃ pro-
pter aliquam excellentiam alicuius ſenſibilis quandoq;
diſſoluitur. Et ideo forma,quæ eſt virtus in eo exiſtens
non permanet diſſoluta diſpoſitione,quæ erat ſibi pro-
portionata,plantæ igitur,quæ non habẽt iſtam propor
tionem non ſentiunt.

a.te.,c. *Senſus exteriores ſunt tantum quinque.* 50

128.vſ- Animalia enim perfecta habent omnes ſenſus exte-
q; ad.t. riores, ſed non habent niſi quinque,ergo ſunt tantum
c.136. quinq;,ſcilicet viſus ,auditus,olfatus,guſtus,& tactus,
s.t. pria qui,vt dictum eſt,diſtinguitur in plures ſpecies, & hoc
78.3. rationabiliter,quia cum ſentire ſit quoddam pati a ſen-
ſibili:& non fiat immutatio ſenſus abſque immutatio-
ne ſpũali ſm quam ſpecies vel ſimilitudo ſenſibilis reci-
pitur in ſenſu.nam ſimile ſimili cognoſcitur,& ſenſibi-
le poſitum ſupra ſenſum non facit ſenſationem,ideo ſi
immutatio eſt pure ſpiritualis habemus ſenſum viſus:
ſi eſt etiam naturalis,vel ex parte obiecti mediante mo-
tu locali,& ſic fit auditus,vel mediante motu alteratio-
nis,& fit odor & habemus olfatum, vel ex parte orga-
ni & habemus tactum & guſtum,ſunt igitur rationabi-
liter quinq; ſenſus exteriores.

T.c.133 *Senſibilia communia nõ habent ſenſum proprium,quo cognoſcantur.* 51

A quolibet enim ſenſu per ſe aliquo modo cognoſcũ
tur,& nullus ei põt appropriari, & ideo q̃a ſemper ſunt
cõiuncta cum propriis ſenſibilibus oportuit eſſe plures
ſenſus ad diſtinguẽdum inter ea. Cum.n.tactus nõ co-

gnoſcat colores, & habeat de magnitudine cognitionẽ, in q̃ eſt color, fit nobis manifeſtum, ꝙ aliud eſt magnitudo, & aliud eſt color, & cõſequẽter quod tactus, q ſentit magnitudinẽ, eſt alius ſenſus a viſu, qui ſentit colorẽ.

52 *Prȩter exteriores ſenſus oportet interiores ponere.* s.t. pria 78.4.

Neceſſe eſt.n. animalia cognoſcere nõ ſolũ ſenſibilia in præſentia, ſed ẽt in abſentia, maxime animalia perfecta, vt poſſint ſibi de neceſſariis vitæ a longe prouidere per motũ localem. & oportet ꝙ diſcernãt inter vnũ ſenſibile & alterum, quod nõ poſſunt facere ſenſus exteriores, qui ſolum propria obiecta cognoſcunt. igitur prȩter eos oportet ponere aliquos ſenſus interiores.

53 *Potentia, quȩ cognoſcit differentias obiectorum propriorum eſt interior vna & communis.* 2. ð aia vſq; ad t.c.150.

Cum enim animalia cognoſcant differentiam inter obiecta propria, vt inter album & dulce & non cognoſcant hoc per ſenſus exteriores, quia qui cognoſcit differentiã duorũ, oportet ꝙ illa duo diſcernat & cognoſcat ſi.n. vnus homo vnum cognoſceret, & alter homo alterũ, iam nullus eorũ cognoſceret differẽtiã inter illa, ſenſus aũt exteriores ſolum habẽt cognitionem propriorũ obiectorũ, ſequitur qð oportet hãc potentiam interius eſſe, & cum cognoſcat differentiam duorum, oportet qð ſit vna, quæ vtrunq; cognoſcat & in vnum colligat, & cum inter plura obiecta ponat differẽtiã, oportet quod ſit communis ad plura cognoſcenda, vnde iſta potentia videatur ſenſus communis.

54 *Senſus communis eſt virtus in organo.* T.c.149 s.t.ibi.

Cum.n. ſit potẽtia ſenſitiua nõ poteſt eẽ niſi in organo, quia cognoſcit ſolũ ſenſibilia nõ autem immaterialia, & organum eius eſt circa cor, vbi eſt prima radix organi tactus. nam ſenſus communis eſt fontalis radix oĩum ſenſuũ exteriorũ, a quo oẽs emanãt tãq; a fonte, & ad ipſum terminãtur. ſicut multæ lineæ ad vnũ pũctũ

quia ergo tactus est fundamentum omniu3 aliorũ sensuum exteriorum, oportet quod pría radix eius sit prope fontalẽ radicẽ omnium sensuum. cum igitur prima radix eius sit circa cor, sequitur quod organum sensus communis sit in corde vel circa cor.

5.t. vbi su. *Sensus cõmunis est nobilior sensibus exterioribus.* 55

Quia est maioris virtutis & nobiliori mõ ĩmutatur, non tamen propter hoc est potentia actiua, sed passiua. omnis.n. potentia sensitiua est passiua, quia sentire est quoddam pati. tunc.n. sentimus, cum recipimus species sensibiles in organo. hæc autem receptio dicitur largo modo passio. & ideo sensatio est quædam passio, & qa ad causandam istam passionem in sensu actiue sufficiũt obiecta sensuum, quia sunt secũdum se actu sensibilia, & per consequẽs sufficiẽtia ad imutãdum sensus, ideo non oportet dare sensum agentem.

2. de aia t.c. 139. *Receptio speciei & actio sensibilis sunt vnum subiecto sed differunt ratione.* 56

Actio.n. & passio sunt vnus actus, realiter, differunt aũt ratione. illud.n. recipit sensus, qd' ĩprimit sensibile. sed sed'm qd' species recipitur in sensu dicitur passio. secundũ aũt qd' procedit a sensibili dicit' actio. sentire.n. est illã similitudinem a sensibili recipere vitaliter.

5.t. vbi sup. t.c. 149. itẽ pría 78. 42. *Potentia visiua non cognoscit proprium actum nec ẽt alia potentia sensitiua exterior.* 57

Actus.n. eius est videre, quod est sentire, sed sentire est pati. actus ergo eius est passio, quæ nihil est aliud, quam receptio speciei in organo. quæ quide3 receptio, vel species nec est color nec lux. ergo nullo mõ a visu cognoscit', quia nulla potẽtia excedit propriũ obiectũ, & qd' dico de visu eode3 mõ probatur de alijs sensibus exterioribus, quod non cognoscunt propriũ actũ. nulla.n. species sensibiliũ est color: nec sonus, nec odor, nec

sapor, nec qualitas tangibilis. verum quia isti sensus cõiunguntur cum sensu cõi, & ad ipsum terminantur. iõ aliquãdo sensus cõmunis prout est cu3 potentia visiua cõiunctus dicitur visus, & prout est cum auditu coniũctus dicitur auditus. & sic de alijs sensibus. & iccirco aliquãdo dicit̃ qđ visus cognoscit actũ propriũ: cũ tñ non cognoscat hũc virtute ꝓpria: sed virtute sensus cõis, cui est coniunctus. Et sic etiam dicitur de alijs sensibus.

58 *Sensus communis cognoscit actus sensuum propriorũ.* s.t. vbi su.

Cum.n. illi actus cognoscantur & non a sensu exteriori, ergo ab interiori, & maxime a sensu, ad quem illi actus terminantur immediate. hic autem sensus est communis, vbi tamen aduerte, quod non est dicẽdum, qđ sensus cõmunis cognoscat illos actus obiectiue, qa sensus communis non potest habere proprium obiectum præter obiecta sensuum propriorum, eo quod est quasi punctus, ad quem illi sensus terminantur. cum igitur istæ imutationes sensuum propriorum non sint eoru3 obiecta, ergo nec poterunt esse sensus cõis obiectũ. non cognoscit ergo eas obiectiue, sed quodãmodo expimẽtaliter, dum, s. percipit se immutari per sensus proprios. sicut siquis videret figurã per vitrũ cognosceret imutationem vitri. etia3 si solum cogitaret de figura & nullo modo de vitro, vel de vitri ĩmutatione, nõ quidẽ obiectiue, qa solũ obiectiue cognoscit figurã in hoc actu, s3 experimentaliter, quia experitur se per vitrum ĩmutari a figura, itẽ sensus cõis cognoscit differentiam ꝓprioꝝ sensibiliũ nõ quasi cognoscat eã ĩquãtũ dicit quoddã medium inter duo, sed quia, cũ a duobus ĩmutatur, sentit aliam ĩmutationẽ in vno & aliam in altero. & ideo per hoc qđ sensus cõis cognoscit hoc modo differentiam sensibilium propriorum & actũ propriorum sensuum habet aliquas operationes, quas ꝓprij sensus nõ habẽt, nõ tñ excedit obiecta ꝓpriorũ sensuũ vt patet ex

dictis, quia semper in eisdem obiectis versat, sub vna tñ & altiori rõne cõi, ad quã nullus sensuũ exteriorũ pertin gere potest, alias non respiceret per se vnũ obiectum.

s.t.pria 78.4. *Pręter sensum communem oportet ponere phantasiam vel imaginatiuam interius.* 59

Natura.n.non deficit in necessariis, sed necessariũ est animalibus perfectis non solũ apprehendere res, secũdũ præsentiã, sed etiã in absentia, aliter non possent moueri ad quærendum aliquid absens: & ideo necesse est quod non solũ animal recipiat species sensibiliũ, cũ præsentialiter immutatur, sed etiã quod conseruet eas, ad diuersas aũt potentias pertinet recipere & conseruare. Ad recipiẽdũ.n.requiritur, humidũ ad retinendũ vero siccum, oportet ergo præter sensum cõem ponere vnam potentiã, q̃ conseruet spẽs sensatas, quæ dicitur phantasia, siue imaginatio, quæ quidẽ in homine cõponit vnum cum altero, vt aurũ cum monte, & quasi ostẽdit mõtẽ aurũ, q̃ qdẽ cõpositio non ita apparet in aliis animalibus.

2. ℨ aĩa t.c. 153. *Phantasia non est opinio.* 60

Quia phantasiari est in nostra potestate, sed non opinari. oportet.n.intellectum ratione cogi, si debet opinari. Et præterea multum mouemur ab opinionibus malorum, vel terribilium, non autem a phantasiis. non ergo sunt idem.

T.c.156 *Phantasia non est sensus in actu, nec in potentia.* 61

In dormientibus non est sensus in actu, sed bene aliquando phantasia, & sensus in potentia semper animalibus adest, sed non phantasia. Accipio autem hic phantasiam pro actu, non pro potentia.i.pro apparitione sensibilium intus, non ergo est sensus.

T.c.157 *Phantasia non est intellectus, nec scientia, nec mixtum ex sensu & opinione.* 62

Intellectus.n. qui est habitus primorum principio-

rum & scientia, quæ est habitus conclusionum sunt sem per verorum, phantasia autem.i.apparitio sensibilium T.c.158
intus aliquando est falsorum. si autem esset illud mixtũ, sequeretur, quod aliquando esset simul vera & falsa, vt puta cum viderem solem, quẽ opinor esse maiorem terra, sed hoc non indicat sensus, immo sol videtur ei esse, paruus, si ergo esset mixta ex his, esset simul vera & falsa, quia in hoc vera est opinio & sensus falsus, non ergo est illud mixtum ex opinione & sensu.

63 *Phantasia est motus factus a sensu secundum actum.* 2. de aia

Nam a sensu secundum actum motus quidam fit intus. t.c.160.
i. quædam apparitio sensibilium, quæ extra cognouimus per sensum vt vnusquisq; in seipso experitur, & hæc apparitio dicitur phantasia, sed accipiendo phantasiam pro potentia dicimus quod est potentia in organo recæptiua istarum specierum & apparitionum, organũ s.t. pria
aũt eius secundum quosdam est in corde, secundum ve- 78. 4.
ro alios est in cerebro, q̃a videmus, quod læso cerebro itẽ sup
læditur phantasia. Alii vero dicũt probabilius, quod in- 2.de aia
cipiunt in corde istæ potentię anteriores & perficiuntur t.c. 20.
in cerebro, vnde sensus communis & phantasia sunt in 3. de pti.
parte anteriori cerebri. aia. c.3.

64 *Animalia multa agunt & patiuntur secũdũ phãtasiã.* T.c.162

Quia.n. apparitiones intus permanent, aliquando repræsentant aliquid animali sub ratione proficui, & aliqñ sub ratione nociui, & ideo animalia tunc vel fugiũt, vel prosequuntur quod eis præsentatur.

65 *Prẹter phantasiam oportet ponere ęstimatiuam in brutis, & cogitatiuam in homine.* s.t. pria 78.4.

Necessarium est.n. animalibus perfectis, quod prẹter illa, quæ eis præsentantur per sensus exteriores, quæ in phantasia recipiuntur, & sunt delectabilia, vel tristabilia secundum sensum, q̃ etiã quærant aliqua, vel fugiant, non solum quia sunt conuenientia, vel non conuenien-

tia ad sentiendum, sed etiam propter aliquas alias commoditates & vtilitates, aut nocumenta, sicut ouis vidēs lupum fugit, non propter indecentiam coloris vel figuræ, sed quasi inimicum naturæ, & similiter auis colligit paleam, non quia delectet sensum, sed quia est vtilis ad nidificandum, necessarium est ergo, quod in animali sit aliud principium, vel alia potentia ab his, q̄ dicta sunt, per quā percipiat huiusmodi intentiōes, quas sensus nō percipit, & hæc potentia est in brutis æstimatiua, in homine autem cogitatiua.

s.t.vbi supra. *Æstimatiua differt a cogitatiua.* 66

Æstimatiua.n. percipit intentiones non sensatas quodam naturali instinctu. bruta enim ad hæc cognoscenda naturali instinctu aguntur, sed homo huiusmodi intentiones particulares per cogitatiuam cognoscit, vel percipit per quandam collationem propter hoc, quia participat aliquid de lumine intellectus. vnde etiam dicitur ratio particularis. Et huic potentiç assignatur organum in media parte cerebri.

s.t.vbi su. de me. & re.lec. 1. *Prçter çstimatiuam, vel cogitatiuam oportet in animalibus ponere memoratiuam.* 67

Sicut.n. ad conseruationē specierū sensatarū, oportet in aīalibus ponere phantasiā tanq̄ thesaurū earū, ita etiā oportet aliā virtutem ponere ad conseruandū intētiōes non sensatas, & q hmōi intentiones cōseruentur in animali, signū est, quia videmus quod principium memorandi sit in eis ex aliqua hmōi intentione, vtputa ex eo, quod nociuum vel cōueniēs præteritū eis præsentatur. Canes.n. aliqñ videntes aliquē, qui iam percusserat eos, vel minatus fuerat fugiūt tanq̄ inimicū, & ideo oportet ponere in animalibus virtutem memoratiuā, q̄ est thesaurus specierum vel intentionum huiusmodi.

s.t. pria 79.6. *Memoria est actus memoratiuç, quo pcipit prçteritū.* 68

Non.n. memoramur præsentium, vel futurorum, sed

eorum,

eorum, quæ ante fuerunt in nostra cogitatione, non au
tem eorum, quæ insunt nouiter, vel quæ inerũt. Memo de me.&
ratur autem animal se prius sensisse in præterito & etiã re. vbi
sensisse se quoddam præteritum sensibile. Vnde proprie supra.
memoria est in parte sensitiua, quæ percipit motũ & ma
gnitudinem singulariter cum hic & nunc.

69 *Memoria in homine est nobilior q̃ in brutis.* s.t. pria

Sicut enim cogitatiua est nobilior in homine, q̃ æsti- 78.4.
matiua in brutis, ita oportet quod memoratiua in homi de me.
ne sit nobilior q̃ in brutis, cum memoratiua sit thesau- & re. lec.
rus intentionum cogitatiuæ & extimatiuę. vnde sicut co 8. in pn.
gitatiua in homine est collatiua intentionum, & non so-
lum percæptiua, ita & memoratiua in homine, non solũ
memoratur subito, sed etiam habet reminiscẽtiam, quasi
syllogistice inquirẽdo præteritorum memorationẽ se-
cundum intentiones indiuiduales.

70 Reminiscentia *est motus ad memorandum.* de me.&

Cum. n. homo vult reminisci incipit per aliquas intẽ- re. lec. 4.
tiones discurrere quasi syllogizãdo, vt perueniat ad mẽ- ppe fi.
moriam eius quod quærebat, memoria igitur sequitur
reminiscentiam, sicut terminus motum.

71 *Reminiscentia & memoria possunt arte adiuuari.*

Natura. n. per artẽ iuuatur, vt patet in multis rebus,
homo aũt qui vult bñ memorari debet alligare subtilia
intelligibilia phãtasmatibus grossis, quia hæc grossiora
sunt nobis in prõptu & ideo aliqui ponũt intelligibilia
sua in locis vel figuris vel rebus aliis eis notissimis, q̃ ha
bent similitudinẽ aliquam cũ intelligibilibus illis. debet
ẽt cũ magna attentiõe apprehẽdere, q̃ vult memorari, &
quasi cũ quadã admiratiõe, quia sic magis imprimũtur, de me.&
& retinẽtur. vnde q̃ videntur a pueritia magis retinẽtur re. lec. 3.
quia pueri tanq̃ noui in mundo cum admiratiõe appre- s.t. ibi.
hendũt noua si vidẽtur esse magna: licet secũdum cõple
xionẽ corporis fluentis sint male memoratiui, & labilis

memoriæ, queadmodũ cõtingit & senibus. Itẽ debet ordinare taliter oĩa, quod vnũ dependeat ex altero, & frequenter per hunc ordinem discurrere, quia sic vnũ ducet
6 me.& eũ in cognitionẽ, vel memoriam alterius, & maxime si a
re.lec.5. principio incœperit. Dico aũt vel a principio tẽporis vel a principio rerũ memorandarum, & aliquãdo ẽt memoramur a contrario, sicut & a simili.

5.t. pria *Potentiæ sensitiuæ interiores sunt quatuor solum.* 71
78.4.

Est.n. primo sensus cõis qm̃ percipit differentiã propriorũ sensibiliũ & actus sensuũ propriorũ. Et quia oportet etiã ꝙ animal conseruet species receptas, ideo alia potẽtia ponitur, quæ est phantasia vel imaginatiua, quamuis aliqui distinguant imaginatiuã a phantasia per hoc, quod hæc conseruat species, illa vero componit, sed alii dicunt, qđ ad hanc cõpositionem faciendã sufficit phãtasia, & hãc opinionẽ putamus probabiliorẽ. Tertio oportet quod ẽt animal percipiat amicitiam, & odiũ, & hmõi intentiões quæ nõ percipiuntur sensibus exterioribus, & ideo tertia potẽtia ponitur in animalibus q̃ dicit̃ æstimatiua in brutis, & cogitatiua in homine. Cũ aũt oporteat istas intẽtiones cõseruari & potentiæ sensitiuæ sint in organis, quæ sunt proportionata potẽtiis, vtputa qa necesse est potentiam recæptiuam habere organũ, quod facile recipiat, & potentiam conseruatiuam habere organum, quod fortiter retineat, humidi autem est recipere faciliter & sicci retinere, oportet diuersa organa assignare istis actibus, & per cõsequẽs diuersas potẽtias. & ideo oportet ponere quartã potẽtiã, quę est memoratiua. Nõ inueniũtur aũt in animalibus plures operatiões sensitiuæ iis, q̃ dictæ sunt, ergo tot sunt, quot diximus. De sensibus ergo exterioribus & interioribus satis dictum esse arbitror.

Explicit liber vndecimus de anima sensitiua.

Postilla in librum vndecimum.

Post consyderationem animæ vegetabilis sequitur consyderatio de anima sensibili, q̄ est supra vegetabilem, de qua agit in hoc libro quo ad partem cognitiuam quæ est prima pars eius hoc ordine. Quia primo agit de sensibili & sensu in communi. secundo de singulis sensibus exterioribus. tertio de ipsis in communi. quarto de sensibus interioribus. Quo ad primum tria facit. primo enim ostēdit necessitatem sensus, seu quæstionem an est de sensu in prima cōclusione naturam obiecti eius in. 2. & modum quo reducitur in actū in. 3. est. n. potētia passiua, secundo ne putares esse vnum obiectum cōmune omnibus sensibus ostendit ipsum distingui iuxta distinctionē sensuum in. 4. & quomodo sensus est cognitiuus illorum, scilicet in singulari, in. 5. tertio determinat de illis obiectis distinguens & manifestans tria genera sensibilium, scilicet propria in. 6. cōmunia: in. 7. per ac. in. 8. Quo ad secundum præmisso ordine procedendi. Circa sensus in speciali in. 9. incipit a sensu visus tanquā a nobiliori inter exteriores. Circa quem primo agit de obiecto: scilicet colore, diaphano, & lumine: hæc enim tria pertinent ad obiectum visus, de colore quidem ostēdit quid sit in. 10. & quomodo visibilis in. 11. de diaphano autem quid sit in. 12. de lumine vero quid sit in. 13. ex quo deducit quid non sit in. 14. & . 15. subiungens in 16. aliam diffinitionem eius quæ est quasi materialis: prima autē quasi formalis, ex qua diffinitiōe deducit duo: scilicet lucem non habere contrarium in. 17. & quæ sint corpore magis suscæptiua lucis in. 18. secūdo agit de necessitate luminis, ostendens an requiratur propter obiectum, vel propter medium: in. 19. ex quo deducit quomodo diaphanum sit visibile & quomodo nō in. 20. tertio agit de medio excludens vacuum in. 21. & ostendēs

quomodo se habet medium ad immutationem visus in 22.quarto de modo videndi declarans duo: scilicet cur visio non fit a remotis, vel minus fit in. 23.& an fiat extramittendo vt quidam dixerunt in. 24.quinto agit de quodam visibili innominato, quod videtur & in lumine,& in tenebris licet diuersimode in. 25.Demum ex dictis deducit diffinitionem visus in. 26.& eius nobilitatē in. 27.Circa sensum auditus primo determinat de obiecto eius.s.sono in. 28.de echo in. 29.quod est quædam species soni,& de voce in.30.quæ etiam est species soni. secundo deducit diffinitionem auditus in.31. Circa olfatum q sequitur auditum in nobilitate sicut auditus visum, primo determinat de eius obiecto declarans duo: scilicet difficultatem tractandi de illo præ aliis sensibilibus in.32.& naturam eius in.33.secundo agit de ipsa potentia olfatus declarans similiter duo.s. naturam eius in.34.& vnitatem specificam eius in.35. Circa gustū qui sequitur olfatum, duo quoq; agit, primo de obiecto, ostendens quid sit in.36.& per quod medium sentitur, in.37.secūdo de ipsa potentia gustus de qua declarat, & quo modo se habet ad saporem, quo ad esse naturale in 38.& quid sit sm naturam suam in.39. Circa tactum qui est vltim⁹ sensuum exteriorū quo ad nobilitatem: licet sit primus quo ad naturam, quia est fundamentū aliorum, docet multa, primo declarat eius obiectum: in.40. secundo diffinit ipsum tactum in.41.deducēs ex illa diffinitione eius necessitatem in.42.tertio agit de organo eius ostendens quid non sit & quid sit, in.43.quarto de medio in.44.quinto de vnitate & diuersitate eius in.45. non enim videtur vnus sensus sicut cæteri: & quia eius organum non potest penitus denudari equalitatibus tāgibilibus, ostendit in.46.quomodo est in potentia ad illas quod requiritur ad sensationem. Demum comparatur ad gustum qui videtur quidā tactus in.47. Quo ad tertium principale docet quatuor, primo quid sit sensus

exterior in communi in.48.secūdo quomodo se habet ad excellentias sensibilium in.49.tertio agit de numero sensuum exteriorū in.50.& quia hic numerus sumitur ſm distinctionem sensibilium propriorum,demū exclu dit sensum proprium respectu sensibilium communiū in.51.hæc.n.quatuor restabant circa sensus exteriores. Quo ad quartum premissa necessitate sensuum interiorum in.52.incipit a sensu communi qui est primus inter illos,quem venatur ex duabus operationibus interponens vnum quod est commune vtriq;.primo igitur declarat & necessitatem & naturam sensus communis ex percæptione differentię sensibilium propriorum in quinquagesimatertia. ex quo deducit ipsum esse potentiam organicam,& quid sit organum eius in quinquagesimaquarta:& nobilitatem eius respectu exteriorum sensuū: in quinquagesimaquinta.secundo interponit identitatem actus sensibilis & sentiētis:in quinquagesimasexta. tertio declarat iterum & necessitatem & naturam eius ex percæptiōe actuum sensuum exteriorū,quā prius remouet ab ipsis sensibus exterioribus in qnquagesimaseptima:& deinde attribuit illam sensui cōmuni in quinquagesimaoctaua:post sensum cōmunem agit de phantasia quæ sequitur ipsum:cuius primo ostendit necessitatem in quinquagesimanona.secundo quid non sit remouēs quædam quæ putabatur esse: scilicet opinionem in sexagesima: sensum in sexagesimaprima: & intellectum cum quibusdam aliis simul in sexagesimasecūda.tertio ostēdit quid sit ponēs eius diffinitionem in sexagesimatertia,ex qua deducit quādam eius proprietatem,in sexagesimaquarta:post phantasiam agit de extimatiua in brutis & cogitatiua in homine,declarans primo necessitatem & naturam earum in sexagesimaquinta:& secūdo differentiam earundem in sexagesimasexta : post hanc agit de memoratiua declarans primo necessitatem & naturam eius in sexagesimaseptima.secūdo actū qui dicit

memoria in sexagesimaoctaua. tertio comparat memoriam in homine ad memoriam in brutis in sexagesimanona: & quia in homine est etiam reminiscentia declarat quarto quid sit in septuagesima: & quomodo tã ipsa q̃ memoria possunt arte iuuari in septuagesimaprima. Demum pro complemento huius partis et libri agit de numero & sufficientia sensuum interiorum ostendens esse tantum quatuor dictos in septuagesimasecunda.

INCIPIT LIBER DVODECIMVS DE APPETITV SENSITIVO,

s.t. pria
20.1.
12.8.1.
1.ethi.t.
c.1.
s.t. pria
s.1.



Ppetitus est potentia, qua appetẽs inclinatur ad bonum. 1

Vnaquęq;.n. res secũdum suam formam ad aliquid inclinatur, nihil autẽ inclinatur nisi ad aliqd sibi simile vel conueniens, quod est ens. Cum igitur omne ens sit bonũ, necesse est q̃ omnis inclinatio sit ad bonum. Ideo dicitur quod omnia bonum appetũt. Appetitus ergo est inclinatio ad bonum.

s.t. vbi su. pria
59. 1.
60.1.

Triplex est appetitus. 2

Nam cum appetitus consequatur aliquam formam. si consequitur formam in natura existentem, dicitur appetitus naturalis, sicut est appetitus inanimatorum. Si autẽ consequitur formam apprehensam, aut est apprehensa p sensum, aut per intellectum, si per sensum sic est appetitus sensitiuus. si autem per intellectum, est appetitus rationalis, qui dicitur voluntas. de appetitu ergo naturali non est hic tractandum. sufficiant enim ea, quae de inanimatis vel insensibilibus dicta sunt in superioribus, quia hic proprie non est appetitus. de appetitu autem ratiõali

est dicendum posterius, qui etiam nō dicitur proprie ap petitus, sed voluntas. igitur nunc agendum est de appetitu sensitiuo, qui sequitur formam apprehensam per sensum, & dicitur proprie appetitus.

3 *Obiectum appetitus sensitiui est bonum apprehensum per sensum.* 12.8.1. 23.1.

Non enim inclinatur animal inquātum est animal ad aliquid, quod aliquo modo non cognoscit. sed cū repręsentatur ei sub ratione boni prosequitur illud. si aūt sub ratione mali fugit vnde malum pertinet ad appetitū, sed sub alia ratione q̄; bonum, quia fugit malum appetitus, & hoc fugere repræsentatur sibi vt bonum. itaque se habet ad malum propter rationem boni: nihil autē refert vtrum inclinetur ad vere bonum vel apparens bonum: quia sequitur bonum apprehensum, non autem bonum in re non apprehensum.

4 *Appetitus diuiditur in irascibilem & concupiscibilē.* pria.81. 1.

Quia. n. obiectū appetitus est bonū vel malū sensibile apprehensum per sensum, necesse fuit in animalibus esse hanc potentiā ad soluendū eorum vitā, vt. s. possent bonum prosequi & fugere malū, & quia aliquādo animalia patiuntur difficultatē in adipiscendo hm̄ōi bonum & in fugiendo malum inquantum apprehenditur quod est eleuatum supra facilem potestatem animalis, ideo necessarium fuit duas potentias appetitiuas ponere in animali. vnam. s. qua prosequatur bonum, & fugiat malum absolute consyderata ambo. alia vero, qua prosequitur bonū, vel malum fugiat inquantum habent rationem ardui. prima ergo dicitur cōcupiscibilis, & secūda irascibilis, & hæ potentię dicuntur habere radicē organi in corde, vbi est fontalis radix sensuum omnium.

5 *Vnaquęq; istarum potentiarū habet proprias passiōes.* 12.22. 2.3.

Omnis. n. potentia est ordinata ad actum, vnde cum appetitus sit inclinatio quædā ad appetibile oportet, q̄d

habeat aliquem actum, quo ad appetibile tendat. hi autẽ actus dicuntur passiones. tum quia pati est trahi ad alterum, & appetitus trahitur ad appetibile: tũ quia sunt cũ aliqua transmutatione corporali: vt ira, per quã accenditur sanguis circa cor, & in timore relinquit sanguis partes exteriores, habent igitᵉ hi appetitus aliquas passiões.

12.23.1 *Non sunt eædẽ passiones in irascibili & cõcupiscibili.* 6

Idem. n. est obiectum potentiæ & actus eius, cũ ergo potentiæ habeant diuersa obiecta, oportet q̃ habeãt diuersos actus ad illa terminatos. Actus. n. concupiscibilis terminatur ad bonum simpliciter. Actus autẽ irascibilis ad bonũ arduum. hi aũt actus, vt dictum est, sunt passiones. non ergo sunt eædem passiones ipsorum.

vbi su. ar. 4. *In concupiscibili sunt tres passionum combinationes.* 7

Bonum. n. quod mouet appetitum se habet ad ipsum sicut mouens, quod trahit ad se patiens. primo. n. dat ei quandam naturalem inclinationem vel aptitudinem, vt in ipsum tendat. secundo trahit ipsum ad se. Tertio dat ei quietem in se adepto. sicut graue cum est extra locum proprium primo habet inclinationem ad ipsum. secũdo descendit. tertio quiescit in ipso. Et similiter per contrarium dum fugitur malum, primo appetitus inclinatur ad fugam. secũdo fugit. tertio si apprehenditur a malo, succũbit. Inclinatio igitur, seu connaturalitas, vel cõplacentia, aut aptitudo ad bonum est amor, cui per contrarium coniungitur odium, prosequutio autem est desiderium, cui per contrarium coniungitur fuga, vel abominatio, quies autem in bono adepto est delectatio, cui per contrariũ cõiungitur tristitia. In cõcupiscibili ergo sunt tres passionum combinatiões, & sex passiões. s. amor & odiũ. desiderium & fuga. delectatio & tristitia.

vbi su. *In irascibili sunt tantum quinque passiones.* 8

In irascibili. n. præsupponitur inclinatio ad bonum prosequendum, & malum fugiendum, quia respicit bo-

num arduum, quod simpliciter bonum præsupponit, & similiter se habet ad malum arduum, non autem ad malum simpliciter. si ergo respiciat bonum arduum nondũ adeptum, aut prosequitur eum sperans arduitatem superare, & hoc facit per spem, aut arduitas superat eũ, & sic desperat habere. si aũt respicit malum arduum nondum imminens, aut contra eum pugnat, & hoc facit per audaciam, aut ab arduitate vincitur, & sic per timorem succũbit, si autem arduum bonũ sit iam adeptum, quiescit in eo & delectatur, & non habet tunc rationem ardui, & sic non fit per hoc passio in irascibili, sed in concupiscibili, quia delectatio est passio concupiscibilis, sed si malum arduum sit iam imminens, aut insurgit contra, vt superet illud, & sic causatur passio irę, aut totaliter succumbit, & sic tristitia causatur, quæ est passio concupiscibilis. Itaq; quinq; sunt passiones irascibilis, & duæ combinationes cum dimidia, scilicet spes & desperatio, timor & audacia, & vltimo ira.

9 *Passiones irascibilis alio modo contrariantur q̃ passiones concupiscibilis.* 11.23.1

In motibus. n. & mutationibus inuenitur duplex cõtrarietas, vna est secundum cõtrarietatem terminorum. Altera secundum accessum & recessum ab eodem termino, vt patet supra in quarto libro, conclusione. 19. & 20. Quia ergo concupiscibilis respicit bonum & malum absolute, & bonum inquãtum huiusmodi nunq; habet rationem termini a quo, sed semper termini ad quem. Malum autem econtrario, ideo in concupiscibili passiones habent contrarietatem secundum terminos, nam amor, desiderium, & delectatio sunt ad bonum: odium vero & fuga & tristitia respiciunt malum, passiones autem irascibilis respiciunt bonum, vel malum arduum, & ideo propter arduitatem potest bonum habere rationem termini a quo, & malum termini ad quem, vt. s. in ipsum tenda-

tur ad euitandum eius subiectionem & ideo cōtrarietas in passionibus irascibilis est non solum per contrarietatem terminorum, sed etiam per accessum & recessum ab eodem termino. spes.n.tendit in bonum arduum, a quo recedit desperatio, & audacia tendit in malum arduum, a quo recedit timor, diuersimode igitur cōtrariātur passiones horum appetituum.

Vbi su. ar.3. *Non omnis passio habet contrarium.*

Singulare est.n.in passione iræ, quod nō potest habere cōtrarium. Cum.n.causetur ex malo difficili iam adiacente non potest habere motum ad fugiēdū, quia iam malum est præsens vel præteritum, & ideo nō habet ira contrarium secūdum accessum vel recessum: nec secundum contrarietatē termini, quia malo adiacēti cōtrariatur bonū adiacens, quod causat delectationē, q̄ est passio cōcupiscibilis cōtraria tristitiæ. Si igitur malo adiacenti appetitus succūbit, causatur tristitia, quæ est passio cōcupiscibilis. Si aūt inuadit illud, vt excludat, sic est motus iræ, & nō habet aliā oppositionem nisi quietem & cessationē ab illo motu seu inuasiōe, & hæc cessatio dicit̄ mā suetudo, vel mititas, q̄ opponit̄ ei ꝓuatiue vel negatiue. 10

12.25.1 *Passiones concupiscibilis priores sunt passionibus irascibilis aliquo modo, & aliquo modo non.* 11

Nam exceptis delectatione & tristitia omnes aliæ passiones important quendam motum. In iis ergo, quę important motum priores sunt passiones concupiscibilis, qa respiciūt bonum & malum absolute. sed passiōes irascibilis respiciunt illa cū additione ardui, sed si cōparentur passiōes irascibilis delectatiōi, sic delectatio, cum habeat rōnē finis est prior intētione, sed posterior executiōe. spes.n.ꝓcedit gaudiū & causat ipsum. Tristitia tm̄ sequitur timorē mali & p̄cedit iram, sed cū ira insurrexerit cōtra malū imminēs, si vincit illud, gaudiū generatur in appetitu, & sic tandē terminatur ad gaudium. Itaq; spes

ad gaudiũ terminatur desperatio aũt ad tristitiam, quia nõ habere bonũ desideratũ reputatur ẽt malũ, & similiter timor si succũbit malo, & audacia & ira terminantur ad tristitiam. si autem vincit malum, audacia & ira terminantur ad gaudium. Et sic tandem terminantur ad gaudium, vel ad tristitiam, itaq; passiones irascibilis sunt in medio inter passiões concupiscibilis, q̃ importãt motũ, & inter eas quæ important quietem, vnde habent principium ab eis & in eas terminantur.

12 *Amor est prima passio in concupiscibili.* vbi su. ar. 2.

Illæ.n. quæ respiciunt bonum sunt iis priores, quæ respiciunt malũ, inter eas autem, quę respiciunt bonum prior est illa, quæ est aptitudo ad bonum, q̃ illæ, quæ tendunt ad bonum, vel fruuntur bono adepto, hæc aũt est amor. ergo amor est prima passio in executione, sed delectatio pría est in intentione, desideriũ aũt est in medio, & hoc etiam modo ordinãtur illæ, quæ malum respiciunt, prius odio habetur malum. secũdo fugitur. tertio si imminet contristatur.

13 *Spes est prima passio in irascibili.* vbi su. ar. 3.

Bonũ.n. quod respicit spes & desperatio est prius malo, quod respiciunt aliæ passiões irascibilis, sed quod recedaẽ a bono est per accidẽs respectu boni & per se inest ei quod ad ipsum accedatur, & ideo spes est prior desperatiõe, aptitudo aũt ad aliquid est prior ipsa cõsecutiõe, & ideo timor, & audacia, q̃ consequuntur aptitudinẽ ad malũ, q̃ est odiũ. (respiciũt.n. malũ, quod potest imminere) sunt priores ira, quæ respicit malũ iam imminẽs, sed quia fugere malũ est per se, & ipsum prosequi est per accidens, ideo timor, qui fugit malum est prior audacia, q̃ ipsum aggreditur itaq; spes est prima inter omnes.

14 *Passiones irascibilis sunt inter passiones concupiscibilis in via generationis.* vbi su.

Hoc ex dictis patet, vnde sic omnes possunt ordinari

prio.n.sunt amor,& odiū. 2. desideriū & fuga. 3. spes & desperatio.4.timor & audacia.5.ira. 6. & vltio gaudiū & tristitia.ita tñ q̄d amor est prior odio.& d̄siderīu fuga & spes desperatiōe,& timor audacia,& gaudiū tristitia, hę vltimo loco ponunť q̄a cōsequunť ad oēs alias.

Vbi su. ar.4. *Passiones principales sunt gaudium & tristitia, spes & timor.* 15

Principales ideo dicunť quia sunt aliarū cōpletiuę. Et quidem gaudium & tristitia sunt completiuæ & finales omnium passionum vt dictū est, spes autē & timor sunt cōpletiuæ earū oīum,quæ tendūt in aliquid quasi futurū.respectū.n.boni incipit motus ab amore,& procedit in desiderium,& terminatur in spe. respectū vero mali incipit in odio,& procedit in fugam, & terminať ad timorem.ira autem non est principalis,quia est quasi quidam effectus audacię,quæ non pōt esse principalis,quia tendit ad malum.quod quidē tendere non potest esse nisi per accidens. quod autem est per accidens non potest principale esse.

12.27.1 *Bonum cognitum est obiectum & causa amoris.* 16

Cum.n.amor ad appetitiuam potentiā ptineat, quæ est vis passiua,ad quā cōparať obiectū eius, vt cā motus,op3 q̄ idē sit causa amoris & obiectū. obiectū aūt amoris est bonum sicut & appetitus. Amor.n. importat quādam cōnaturalitatem,vel cōplacentiam amantis ad amatū, vnicuiq; aūt est bonū id q̄d est sibi cōnaturale & proportionatū, quia vero bonū non est obiectū appetitus,nisi sit apprehensum,ideo ad amorē requiritur cognitio.Et sic cognitio est causa amoris sicut & bonū, quia non potest amari nisi cognitum.

Vbi su. ar.3. *Similitudo est causa amoris.* 17

Similitudo.n.est rerum differentium eade3 qualitas vel natura.si ergo sit eadem in duabus rebus actio,causabit amorem amicitiæ, quia sunt illa quodammodo

vnū.si autem vna res habeat id in potentia quod, altera habet actu, causabit amorem concupiscentiæ, quia est propter suum vtile, vel delectabile, quia id, quod est in potentia, inquantū huiusmodi desiderat actū tanquam bonū sibi. verum aliquādo similes se odiunt per accidens, inquātū.s. vnus est impeditiuus boni alterius. vnde figuli corrixant adinuicem & inter superbos semper iurgia sunt. 11.18.1

18 *Vnio est effectus amoris.*

Vnio.n.realis amantis & amati procedit ex amore, q mouet ad desiderandum & quærendum amatum. Verū vnio, qua amans afficitur rei amatæ apprehendens amatum, quasi aliquid pertinēs ad bonū suū, vel vult ei bonum, quasi sit alter ipse, cū non sit realis, nō est effect⁹ amoris, sed est potius ipse amor, qui est nexus duorū. Vbi su. ar.2.

19 *Mutua inhæsio est effectus amoris.*

Amans.n.dicitur esse in amato dū nititur ipsū nō solum cognoscere superficialiter, sed etiā singula eius disquirere, & eo perfecte frui, vel inquantum reputat bona vel mala amici quasi sua, reputans se esse quasi ipsummet amatū. Amatū autem est in amante inquātum immoratur in apprehensione amantis, & est in eius cō placentia & affectu, dum delectatur in eo, vel in bonis eius. Et sic patet, quod vnum est in altero. & quantū ad vim apprehensiuam, & quantum ad vim appetitiuam. Vbi su. ar.3.

Amor ponit amantem extra se.

20 Amor.n.facit amantem cogitare de amato & ad ipsum per appetitum ferri. & sic ponit amantē extra propriam cognitionem & extra se dum exit ad alterum. In amore tamen concupiscentiæ reuertitur ad seipsum. q̄a bonum: quod amat, tali amore vult sibi. Vbi su. ar.4.

Zelus ex intensione amoris causatur.

21 Est.n.zelus quædam iugis attentio ad expellendum ea, quę repugnant quietę fruitioni rei amatę. manifestū

est autem, quod quanto aliquid intensius amatur, tanto intensius in illud tenditur: & per consequens fortius eius contrariu3 repellitur. amoris ergo intensio est causa zeli. ex qua intensione etiam prouenit quandoque
ar.5. quod amor sit læsiuus. s. propter excellentiam immutationis corporalis.

Vbi. su. *Amans omnia agit ex amore.* 22

ar.6. Omne. n. agens agit propter finem aliquem. finis autem est bonum amatum & desideratum vnicuique. manifestu3 est ergo quod omne agẽs quodcunq; fit illud: agit quãcunq; actionem ex aliquo amore.

12.29.1 *Obiectum odii est malum apprehensum.* 23

Contrariarum. n. passionum sunt contraria obiecta. amoris autem, obiectum est bonum apprehensum, quia consistit in quadam consonantia cum eo. ideo obiectu3 odij quod in dissonantia consistit, est malũ apprehensũ.

Vbi su. *Sine amore non potest esse odium.* 24

ar.2. Odium. n. cõsistit in dissonantia & amor in cõsonantia, oportet autem prius considerare quid alicui conueniat quã qd ei repugnet. nõ. n. aliquid repugnat, nisi qa est ĩpeditiuum, vel corruptiuũ couenientis, & iõ amor est prior odio, & dicit̃ esse causa odij. licet. n. sint cõtraria, qñ sunt circa idẽ, nõ tamẽ quando sunt de cõtrarijs sed sic se inuicem cõsequunt̃ & amor est cã odij.

Vbi su. *Amor est fortior odio.* 25

ar.3. Causa. n. est fortior effectu. sed amor est cã odij. sine qua nõ esset odiũ. pterea fortius tendit aliqd ad finem, quã ad ea, quæ sunt ad finẽ. Recessus aũt a mõ ordinat̃ ad cõsecutionẽ boni sicut ad fine3. Et ideo amor est fortior odio. Qđ autem dicitur aliquãdo qđ odiu3 est fortius, est pp hoc quia nõ cõparatur odiũ ad amorem sibi correspondẽtẽ, sed ad amorẽ minorem illo amore, qui odio correspondet. vt cũ dr̃ qđ odiũ doloris est fortius amore voluptatis; qa amor suę conseruationis qui cor-

26 pondet odio doloris, est maior amore voluptatis.

Concupiscentia est passio specialis concupiscibilis. 12.30.

Scdm.n.diuersitatem obiecti diuersificant passiones. 1.2.
diuersitas autē obiecti pōt attendi, vel secundū naturā 1. æth.
ipsius, vel scd'm diuersitatem in virtute agendi. Delecta cap.x.
bile igitur secundū sensum, quod est obiectum appetit⁹
sensitiui inquantū sibi appetitū adaptat causat amorē.
inquātū vero absens attrahit ad seipsū, causat cōcupiscē
tiā. inquātū vero pñs quietat in seipso, causat delectatio
nē. Cōcupiscētia ergo est passio specialis, cuius obiectū
nō est delectabile absolute. sed inquātum est absens. op
positum autē concupiscentię est innominatū. nisi quod
dicitur fuga. cuius obiectum est malū, vel tristabile ab
sens. pro qua passione aliquādo ponitur timor. sicut. et
quandoq; loco spei ponitur cupiditas.

27 *Delectatio est passio quędam & motus.* 1. æth.

Quāuis.n.post consecutionē boni cesset motus exe- c.xi.
cutionis in appetitu quo ad finē tendit, non tamē cessat 12.31.1
motus appetitiuę partis, qua appetitus delectatur in bo
no adepto. Et iste motus dicitur delectatio.

28 *Delectatio secundum se non est in tempore.* Vbi su.

Delectatio.n.est in bono iam adepto. vnde est quasi ar. 2.
terminus mot⁹: & nō sicut generatio. ve℞ si illud bonū 10. ęth.
adeptū transmutationi subiaceat. erit delectatio p acci- c. 2.4.
dens in tēpore. si aūt sit oīno intransmutabile, delecta-
tio nec per se nec per accidens erit in tempore. & licet sit
motus quidā, non tamē est motus īperfecti, qui est in
tpe, sed motus perfecti, qui non est in tempore.

29 *Delectationes secundū tactū sunt potentissimę.* 3. ęthi. c.

Nā est cognoscitiuus eo℞, ex qbus cōsistit animal. s. 12.
calidi & frigidi, humidi & sicci. vnde hmōi delectatiōes 12.31.6
sunt maiores cæteris, quasi fini ꝓpinquiores. præterea
ad hmōi delectationes ordinanť concupiscentię natura
les. i. concupiscentiæ cibi: & venereorum, quæ magis

sequuntur naturam, q̃ apprehensionem. Id aũt, quod est naturale in vnoquoq; est potentissimum, verũ est tamen quod delectationes visus sunt potiores, inquantũ consyderatur visus prout deseruit intellectui. Sed hæc delectatio pertinet ad hominem inquantum est homo. Animalia.n.bruta non delectantur secundum alios sensus nisi in ordine ad sensibilia tactus.

1 2.31.8 *Delectatio delectationi potest esse contraria.* 30

10. ethi. c.5. Quietes enim quæ sunt in cõtrariis terminis sunt cõtrariæ, sed delectatio est quædam quies. ergo si sit in cõtrario bono ad alteram erit ei contraria.

ar. 2.3.4 *Dolor delectationi contrariatur.* 31

Dolor a tristitia differt, quia dolor sequitur exteriorem apprehẽsionem mali, tristitia autem interiorem, sicut delectatio sequitur exteriorem apprehensionem boni, gaudium vero interiorem. Dolor igitur est cõtrarius delectationi, quia habet contrarium obiectum obiecto delectationis, huius quidem est bonum adeptum, illius vero malum, & sic etiam tristitia & gaudium sunt cõtraria, non tamen omnis dolor, vel tristitia contrariatur omni delectationi, & omni gaudio, oportet enim quod sint de eodem. gaudere enim de bono, & tristari de malo non sunt cõtraria, sed idem reputari bonum sibi ab vno & delectari in eo & ab altero reputari malũ & tristari de eo sunt contraria.

1 2.40.3 *Spes & desperatio in brutis inueniuntur.* 32

Hoc.n. deprehendimus exteriori motu eorum. Nam si canis videt leporem a longe nimis, non mouetur ad ipsam, quasi desperans se posse eam adipisci, si autem sit in propinquo, mouetur quasi sub spe adipiscendi, & sic etiam facit accipiter, & multa alia animalia, & quãuis nõ cognoscant futurum, tamen quodam instinctu naturali mouentur ad ipsum. obiectum.n. spei est bonum futurũ arduum possibile adipisci.

33 *Timor est specialis passio animę.* 12.41.

Habet.n.speciale obiectum.hoc autem est malum futurum difficile,cui resisti nō potest.Et si timor est de malo corruptiuo, quod natura refugit ꝑpter naturale desiderium essendi,dicitur timor naturalis.si autem est de malo,quod non repugnat naturæ,sed desiderio appetitus,talis timor nō est naturalis.Et hoc modo etiā amor dicitur naturalis,& concupiscentia & delectatio.Timori autem contrariatur audacia.sicut enim timor refugit nocumētum futurum propter eius victoriam super ipsum timentem,ita & audacia aggreditur periculum imminēs propter victoriam sui super ipsum periculum. 2.3. itē.42. 1.2. 2. æth. cap.5.

34 *Obiectum irę non est solum malum.* 12.46.2

Motus enim iræ tendit in duo.s.in ipsam vindictam quam appetit & sperat sicut quoddam bonū, vnde & de ipsa delectatur & in illum de quo quærit vindictam,sicut in contrarium & nociuum, quod pertinet ad rationem mali.De passionibus ergo sensitiui appetitus breuiter hæc diximus in hoc loco sperantes diffusius dicere quando de appetitu rationali:idest de voluntate tractabimus,tunc enim ea,quæ restant dicenda poterunt melius intelligi.

Explicit liber duodecimus de appetitu sensitiuo.

Postilla in librum duodecimum.

Postq; dictum est de anima sensitiua quo ad partem cognitiuam hic agitur de illa quo ad partem appetitiuam, nam appetitus sequitur cognitionem, & quia consyderatio communis præcedit specialem prius agitur de appetitu sensitiuo & actibus eius in communi deinde in speciali. Circa primum duo principaliter facit auctor.

primo enim agit de appetitu sensitiuo, præmittens dif-finitionem appetitus in communi in prima conclusione & eius diuisionem in secunda. hæc enim sunt tanq; duo principia ad seq́entia, & declarans obiectum appetitus sensitiui in tertia, & eius distinctionem in quarta. secundo agit de actibus eius in communi quę sunt passiones, primo ostendens vtrumq; appetitum, scilicet tam irascibilem q̃ concupiscibilem habere suas passiones, in quinta: & illas esse diuersas in sexta, secundo docens quæ sint passiones concupiscibilis in septima, & quæ irascibilis in octaua: tertio comparans illas inter se, & quo ad cótrarietatem in nona, & decima, & quo ad ordinem quem prius ponit inter passiones vtriusq; appetitus in vndecima, deinde inter passiones cõcupiscibilis in duodecima, & inter passiões irascibilis in tertiadecima, deducens ordinem omnium simul in quartadecima, & quæ sint, principales inter eas in quintadecima. Circa secundum similiter duo facit, primo agit de passióibus concupiscibilis. (sunt.n.priores), & incipiens a pría primo agit de amore & declarat eius obiectum in sextadecima, causam in decimaseptima, & effectus plures a decimaoctaua, vsq; ad vigesimamsecundã, & quia oppositorum est eadẽ disciplina subiungit de odio quod opponitur amori, declarans eius obiectum in vigesimatertia, & cõparans ipsum amori, quo ad esse quidẽ in vigesimaquarta, & quo ad efficaciã in vigesimaquinta, scõo agit de secunda.s.cócupiscẽtia, & eius opposito.s.fuga in.26.tertio de tertia.s.delectatione, declarans eius naturam in.27.&.28.& comparans delectationes inter se, quo ad principalitatem siue maioritatem in.29.& quo ad contrarietatem in trigesima, subiungẽs de opposita illi, scilicet trist tia vel dolore, in trigesimaprima, postea agit de passionibus irascibilis, & primo declarat eius primam combinationẽ in.32. secundo secundam in.33.tertio vltimam passionẽ eius quæ non habet contrarium.s.iram in.34.

INCIPIT LIBER TERTIVS DECIMVS DE PRINCIPIO MOTIVO ANIMALIVN SECVNDVM MOTVM LOCALEM.



1 *Rincipium motiuum ſecundum locũ in animali non eſt potentia vegetatiua.* 3.de aia t.c.44.

Motus enim localis in animalibus eſt propter aliquid imaginatũ, vel deſideratum, imaginatio autem & deſiderium non competũt parti vegetatiuæ, ergo aliter ſequeretur ꝙ plantæ mouerentur motu locali a ſeipſis, quod eſt falſum: habent.n.potentiam vegetatiuam.

2 *Nec hoc principium eſt potentia ſenſitiua inquantum huiuſmodi.* T.c. 45.

Sic.n.omnia animalia mouerent ſeipſa motu locali, quia omnia habẽt animam ſenſitiuam. Et hoc etiam eſt falſum.non ñ eſt igitur potentia ſenſitiua.

3 *Appetibile apprehenſum eſt primum, quod mouet animal localiter.* T.c. 49. 54.

Nõ.n.mouetur animal niſi aliquid appetat, nihil aũt appetit niſi illud apprehendat per phantaſiã vel intellectũ, ſed de intellectu poſterius eſt tractandũ, appetibile ergo apprehenſum eſt primum mouens in iſto motu.

4 *Potentia motiua eſt virtus qua animal mouetur immediate.* s.t. pria 78.1.qr tum.

Motus.n.localis eſt diuerſa operatio ab operatiõe appetitus. Et ideo oportet ꝙ aſſignetur huic operationi ali

qua virtus vel potentia, a qua immediate procedat, hæc autem est virtus motiua, quæ dicitur esse in musculis tanq̃ in organo, vel in venis, sed p̄ mũ in corde, ergo. &c.

3. de aia t.c.54. de motib. ani. *Diuersimode a diuersis mouetur animal.* 5

Ab appetibili.n. mouetur animal tanq̃ trahente appetitum, a phantasia vero tanq̃ a dirigente & bonũ ostendente, ab appetitu aũt tanq̃ ab imperante motũ, a potẽtia vero motiua tanq̃ ab exequẽte, a corde autem tanq̃ ab organo potentiæ motiuæ.

vbi su. *Licet omnia ista sint diuersa numero, sunt tamen vnum mouens specie.* 6

Omnia.n. suscipiunt quodammodo rationem & speciem primi mouentis.i.appetibilis.nã potẽtia apprehensiua mouet vt p̃sentans ipsum appetibile. appetitus autem, quia appetit illud idem. Potentia vero motiua, q̃a tendit ad illud. Cor autem, quia est organum mouendi ad illud. Et sic patet, quod omnia mouent quodammodo sicut appetibile, quia omnia aliqualiter suscipiunt rationem illius.

s.t.opu. 35. *Motus cordis non est ab anima nutritiua.* 7

Eius.n. est generare, augmentare & nutrire nõ autem localiter mouere. Motus autem cordis est motus localis, ergo non est ab anima vegetatiua, aliter in plantis esset motus localis.

vbi su. *Nec est ab anima sensitiua per appetitum.* 8

Quia motus cordis animalium non subiacet imperio appetitus, aliter possemus imperare cordi, vt quiesceret, ergo non est ab appetitu.

vbi su. *Nec est a calido generato per fluxum & refluxum spirituum vitalium.* 9

Quia motus cordis est magis causa illius caloris. primum enim quod mouetur localiter in animali est cor, vñ est causa omnis motus localis in animali, & per con-

ſequens cæterorum motuum. Calor.n.nō eſt cauſa motus localis niſi per accidens. Cor.n.ſe habet in animali, ſicut cœlum in vniuerſo primus autē motus in vniuerſo, qui eſt cauſa omnis motus, eſt motus localis, & motus cœli. igit̃ & primus motus in animali eſt motus cordis, non ergo cauſatur ab illo calore.

10 *Nec eſt a cauſa vniuerſali tantum.* vbi ſu.

Quia omne naturale habet in ſeipſo principium motus & quietis, motus autem cordis eſt animali naturalis, non igitur tantū a cauſa vniuerſali, aliter aliquando ceſſaret moueri. ſicut aliquando deficit fluxus & refluxus maris, quia eſt a cauſa vniuerſali tantum.

11 *Nec eſt motus violentus.* vbi ſu.

Quia nullum violentum & extra naturam conſeruat naturam, ſed motus cordis conſeruat animal, quia illo ceſſante, animal periret, non poteſt ergo eſſe violentus.

12 *Motus cordis eſt naturalis.* vbi ſu.

Cum.n.non ſit violentus, nec animalis, ideſt ab anima ſenſitiua per appetitum, ſequitur quod ſit naturalis. Et rationabiliter hoc dicitur quia omnis motus animalis & hominis habet principium naturale, nam & principia ſcientiarum ſunt naturaliter nota. Ex quibus ratiocinando deuenit in cognitionem concluſionum. Et appetitus finis, a quo omnes alii motus appetitus procedunt eſt naturalis, & ideo ēt motus localis eius habet p̄ncipiū naturale, quod eſt motus cordis, verum eſt aliter naturalis q̄ motus grauium & leuiū, quia eſt ab alia forma.

13 *Motus cordis eſt ab anima ſenſitiua inquantum eſt forma talis corporis.* de mo. ani. opu ſcu. vbi ſupra.

Non.n. eſt inquantum apprehenſiua vel appetitiua, quia non ſequitur iſte motus apprehēſionē per ſe, nec p appetitum. ſequitur ergo animam inquantum eſt forma talis corporis.i.corporis habentis tales diſpoſitiones, in

quo est cor, cuius est forma principaliter, ad quã sequitur iste motus, sicut ad formam grauis sequitur descendere deorsum, & ad formam leuis moueri sursum. Et sicut ad formam ferri sequitur motus ad magnetem, sicut autem composita quædam ascendunt sursum propter similitudinem, quam habent cum igne, vel aere, & quædam deorsum, propter similitudinem, quam habent cũ terra, ita hoc modo mouetur cor propter similitudinẽ, quam habet cum cœlo, quia habet etiam formam nobiliorem cæteris formis sicut & cœlum.

vbi su. 3. de aia t.c.55.

Motus cordis est similis cælo. 14

Est.n. aliqualiter circularis, quia est secũdum pulsum & tractum ab eodem ad idem, & est etiam aliqualiter cõtinuus, licet in his deficiat a cœlo, nec est inconueniens, si videatur moueri motibus contrariis, quia cum non possit assimilari totaliter cœlo, assimilatur ei quãtũ põt.

opuscu. vbi su. de mot. an. scda se, cunde 351.4.

Inuoluntarii sunt motus cordis, & motus membri pudendi. 15

Non enim mouentur ista duo membra iussu rationis seu voluntatis, sed aliquando etiam cõtra voluntatem, & aliquando per voluntatem, inquantum intellectus & phantasia repræsentant aliqua, ex quibus consequuntur passiones animæ, ad quas consequitur motus horũ membrorum itaque ad motus eorum requiritur aliqua alteratio naturalis .i. caliditatis, vel frigiditatis, quæ nõ subiacet imperio rationis. Et tamen aliquando potest imperare voluntas, inquantum potest imperare phantasiæ, vt talia cogitet, quibus excitentur passiones ad hos motus faciendos; & aliquando eam diuertere a tali cogitatione ne hic motus sequatur, licet etiam aliquando non obediatur ei ex aliqua causa. Qualiter autem alia membra vel aliæ potentiæ obediant voluntati inferius dicetur. Nunc autẽ postq̃ de principio motiuo, quo animalia localiter mouentur, dictum est, quædam de quibus

dam animalibus per modum historiæ ad vtilitatem scri-pturarum subiungamus.

16 *Leo.*

Est animal gaudens, liberale, cōicatiuum prædæ, indignatur prouidere in crastinum, aliquando parcit petentibus veniam, scorpionē timet & gallum album, rex est animalium, & omnium fortissimus. Alb. li. 22. de ani. vbi & ō ifra scriptis quadrupedib9.

17 *Vnicornis.*

Est animal in montibus & desertis habitans, longum cornu gestans in frōte, quod ad saxa limat, & cū ipso ēt perforat elephantē, nec timet venatorē & dicitur ꝙ venatur virgines puellas, & ꝙ ipsis visis mansuescit.

18 *Vrsus.*

Est animal in brachiis forte & debile in capite & comedit carnes & herbas, & mel & fructus arborum, & habet anhelitum fœtidum.

19 *Elephas.*

Est animal castum, forte & magnum habens ossa pulchra, & nares longas, longosq; dentes duos de ore egredientes, & est valde disciplinabile.

20 *Tigris.*

Est animal miræ velocitatis & ferocitatis, vncorum, vnguiū & acutorū dētiū, & fœmina a venatoribus deluditur cū speculis. Respiciens. n. specula proiecta a venatoribus putat imaginē apparentē esse filiū suū, & ibi immoratur, & sic fugiunt venatores filios deportantes.

21 *Panthera.*

Est animal totum varietate distinctum infestum draconi, a quo fugit draco.

22 *Pardus.*

Est aial pceps in sanguinē, saltibus potius q̄; cursibus cōsequēs simile pantheræ & aliquoties inter frondes & fructeta latens crassatur in aues suæ velocitati cōfidēs.

bus capite ita vt cadens de rupibus totum corpus corni-bus excipiat & scandit valde rupes.

33 *Lamia.*

Est animal magnũ & crudelissimũ nocte syluis exiẽs, & hortos ĩtrãs, dissipat oĩa, & hoĩes morsibus vulnerat.

34 *Pilosus.*

Est animal compositũ ex homine superius & inferius ex capra, sed cornua habet in fronte & est de gñe simiarũ & aliquoties incedit rectum & efficitur domitum.

35 *Bubalus.*

Est animal fortissima habens crura, & cornua longa, cuius omnis, defensio est in fixione vngularũ & concul cat ea, qbus nocet, nec de facili insẽqtur extra viã rectã.

36 *Onager.*

Est asinus ferus zelotypus, quem cum insequũtur ca-nes dicitur emittere stercora odorifera & delectabilia ca-nibus, vt eos detineat & hominum frequentiam fugit, & sitis impatiens, aquam limpidissimam quærit ad po-tandum, libidine excitatus in rupibus stat, attrahens vẽ-tum ad temperandum libidinis calorem.

37 *Taurus.*

Est animal notum valde ferum & cornibus pugnans extra armenta semper solitarie, non longe tamen a vac-cis pascens, si autem castratur, efficitur aptus iugo & di-ligit tunc socium secum ferentem iugum & pascitur si-mul cum eo.

38 *Canis.*

Est animal notum fidele domino suo, ita vt etiam a mortuo vix separetur, & mortem aliquando pro do-mino subeat, optimi est odoratus. Curare vulnera sua & aliena dicitur lingua eius, & si lingua tangere non po-test pede saliua infecto locum læsum tangit & sanat.

39 *Vulpis.*

Est animal dolosum, quod cum canis insequitur caudam per os canis huc illucq; deducit illudens eum, & est animal fœtidum ore.

Aquila vel Herodius. 40

Alb. de an. li. 23 vbi ð oibus auibus ĩfra scriptis.

Tres habet acuitates. f. iræ visus & instrumentorum venādi vnde in rotam solis dicitur aspicere & altissime volare & fertur etiam ꝙ rostrū nimis aduncū, & vngues ad lapidem deponit in senectute.

Accipiter. 41

Est auis rapax & iracunda propter quod solitarie volat, singulis annis plumas nouat.

Bubo. 42

Est auis de nocte ambulans & de die latens in antris, nam quando de die apparet ab aliis auibus deplumatur, & ideo ab aucupibus ponitur iuxta retia ad capiendas cæteras aues.

Ciconia. 43

Est auis nota, fortissima rostro, serpentes non venenatos comedens, latens hyeme, & non est compertū vbi lateat, falsum est autem ꝙ hyeme recedat ad partes oriētis, cum sit auis frigida, & frigido vtens cibo & viscoso, & climata ab oriente ad occidentem sint eiusdem cōplexionis in frigore & calore. nullū. n. remediū ex hoc sentiret, latet ergo tpe generationis fleumatis, vt superfluitates viscosas digerat sicut & alia quædam animalia.

Coruus. 44

Est auis nigra & clamosa, quæ aliquando aliquē filiorū eicit de nido tædio nutriēdi: dicitur ēt ꝙ in principio videns eos albos, derelinquit donec nigrescant.

Alauda. 45

Auicula est musica, quæ sereno & calido congaudet tempore, multæ modulationis, quæ prænunciat æstatē & auroram.

46 *Calandris.*

Est auis multæ modulationis & quasi nihil aliud requirit nisi cantare.

47 *Cornix.*

Est auis generis coruini, in quo genere mas fœminam eius ouis incubantem pascit, & diu fœtum insequitur iam volantem, vt pietate pascat, infesta est auibus rapacibus.

48 *Columba.*

Est animal fœcundum non habens in epate fel, non lædens rostro, granis pascitur & gregatim volans, gemitum pro cantu habet.

49 *Coturnix.*

Statim comedit cũ exit de ouo, hyeme latet, & multi mares vnã fœminã insequuntur, & dicitur diligere semẽ herbarũ venenosarũ, & ideo vetantur a nonnullis.

50 *Regulus vel cochrilus.*

Est auis minima omniũ corpore, sed ausu magna, ita quod cõtra aquilam pugnare conatur solitaria volat, & cãtat tempore magni & sicci frigoris & si in veru paruo deplumata ad ignem ponatur, girat semetipsam.

51 *Falco.*

Est auis rapax, quæ cito mouetur in prædam, & dicitur plus audere q̃ possit.

52 *Grifus.*

Est auis in capite & rostro & alis & pedibus interioribus, in posteriori vero parte imitatur leonẽ, infestus est hominibus & equis & habitat in montibus hyperboreis, vbi dicitur esse aurũ & gẽmæ & maxime smaragdus.

53 *Grus,*

Est auis, quæ ordine literato cum aliis volat flatibus ventorum se committit, ducem cõstituit & custodem in castris, qui leuat lapidẽ in pede, vt casu eius excitetur, q

cadit omnes clamant, quasi ipsum redarguendo, & se inuicem diligunt.

Gallus. 54

Facile aure sentit mutationes ex motibus solis cōtingentes, & ideo cantu horas distinguit, & nocte canens se erigit & percutit alis excutiens se vt vigilantius cantet.

Gallina. 55

Vltra modū diligit fœtum suæ speciei & non ei est cura cuius sint oua, quæ fouet, clamore accedit ad nidum & clamore recedit & si agitetur & persecutionē patiatur, cum securitatem accæperit perficit cantum. Dicitur autē quod illa die cum ouum fecerit, a serpente percuti non potest, & caro eius percussis est medicina.

Ibis ibis. 56

Est auis magna in Ægypto iuxta Nilum Ciconiæ naturam imitans & pugnat cum serpente quodam, qui etiā ibis vocatur, sed declinatur Ibis ibis, ibi, & potest in oē venenosum & oua serpētis pro desideratissimo cibo fert pullis suis, & ideo caro eius est venenosa.

Irundo. 57

Est auis garrula bis in anno ouans indomabilis, licet Albertus dicat se vidisse domitas & ad manus volantes & custodit tempus aduentus sui, volādo cibum colligit & est optimi volatus.

Miluus. 58

Est auis, quæ carnibus & pulliculis domesticis insidiatur & cadaueribus timida & podagrosa.

Larus. 59

Est auis de genere milui, tam in aqua natans, q̄ in aere volans.

Merula. 60

Est auis modulatrix & cantat tempore verno, sed hyeme balbutit.

61 *Mergus.*

Statim de ouo exiens nutrit ſeipſum & dicitur quod tempore tempeſtatis ad litus maris ſe confert ipſam pnunciãs.

62 *Noctua.*

Eſt auis varia crura habens plumoſa, caput ingens, roſtrum curuum nocte volans ſolis fulgorē non ſuſtinēs.

63 *Pelicanus.*

Dicitur quia habet pellem.i.pennas canas. & duo ſunt genera pelicani, vnum aquaticum quod piſcibus delectatur, & vnum terreſtre, quod ſerpentibus viuit, & dicitur delectari lacte cocodrilorū, & pullos ſibi infeſtos interficere, & deplanctos aliquandiu ſanguine, quem de pectore elicit, ad vitam reuocare & eodem modo eos viuificare a morſu ſerpentis.

64 *Parphyrion.*

Auis eſt vnum habens pedem anſerinum ad natandū & alium diuiſis digitis & pede hauriens aquam bibit & cibum capit pede & in omni bolo bibit.

65 *Pauo.*

Auis eſt pulcherrima inceſſum habens ſimplicem, vocem ſonoram & terribilem, & ſua pulchritudine gaudet, foemina ab eo abſcondit oua, quia nimio deſiderio fouendi occupat & frangit, caput habet paruū & ſerpētinū.

66 *Perdix.*

Eſt auis fraudulenta, aliena oua rapiens & fouēs, debilis volatu, & ſe obiicit perſequenti, vt dum eam inſequitur a nido abſtrahatur, & ſic auolat.

67 *Pica.*

Nidum facit exterius ſpinatum & tectum & duo foramina in lateribus oppoſitis ad intrandum & exeundum, & frequenter habet duos nidos vt aſpicientes decipiat.

Passer. 68

Auicula est multi coitꝰ & nidificat ĩ tectis & paꝝ viuit.

Passer solitarius. 69

Est auis musica parua, & cum nullo sui generis cōgregat, nisi tpe generationis. habitat in parietibus, & cum alijs passeribus se iungit despiciens suū ꝓpriū genus.

Philomena. 70

Auis est miræ modulatiōis, quæ amat cantꝰ dulces.

Psytacus. 71

Auis est viridis & disciplinabilis, quæ discit loqui, & amat pluuias.

Structio. 72

Pennas habet, & volare non pōt, sed alis extensis citat cursum, & ferrum comedit. oua in sabulo abscōdit, quæ cum calore solis egrediuntur, ad ea amplius nō reuertitur, quia nuda fouere non potest: & aliquando custodit ea, & respicit locum: & hinc rumor exiuit, quod oculo fouit ea.

Turtur. 73

Solitaria est, secundum coniugem nō admittens, inter omnes aues patientissima, gemitum pro cantu habens, & nuntiat vernum tempus aduentu suo.

Vespertilio. 74

Volat vespere in rimis vmbrosis, aut cauernis habitans, & non habet pennas.

Vlula. 75

Est ab vlulatu dicta fugiens lucem.

Vpuppa. 76

Est auis hyeme dormiens & muta, in vere autem clamosa & dicitur quod de stercore hominis nidū facit.

Vultur. 77

Est auis magna & grauis sequens cadauera, & sentit

odorē a longe & dū exercitum & hoīes sequitur, dicit̃ pronosticari futuram stragem & pestilentiam.

78 *Anguilla.*

Piscis est habens anguis similitudinem & est magnæ humiditatis in tonitruo natat de fundo ad superficiem. timens in hyeme latet in limo, diu viuit etiam diuisa & delectatur aqua clara.

Alb. de an. li. 24 vbi de oībus, piscibus ĩfrascri.

79 *Cetus.*

Piscis est magnus, cuius fœmina balena vocatur taꝫ nimiæ magnitudinis, vt insulis æquiparetur.

80 *Crocodilus.*

Piscis est de nocte stans in aqua, de die propter pastū egreditur ad terram: & pigrum est animal infestum bubalis & cum potest interficit hominem.

81 *Canis.*

Est piscis mordax: & cum multis de genere suo venatur alios pisces.

82 *C æruleum.*

Piscis est habens brachia sæua & rapit bestias in ꝓfūdū.

83 *Delphinus.*

Ambulat gregatim, & tempestatis tempore de fundo ascendit ad superficiē. gaudet musicis, & delphini se inuicem diligunt.

84 *Margaritę.*

Sunt de genere ostreorum, duræ testæ, quæ si veniant ad litus rore cœli concipiunt margaritam rotundam & habitant in conchis.

85 *Purpurę.*

Sunt conchæ marinæ, quæ verno tēpore per rorem haustum liquorem pretiosum spumant, quo purpuræ regum tinguntur, fœtidis odoribus delectantur.

86 *Sirena.*

Monstrū marinū est, & figuraꝫ mulieris supius hñs:

longis mammis, fœtus lactãs facie horribili, & crine longo & soluto, aquilinis pedibus, alas habẽs & caudã squamosam, qua regitur ad natandum, sibilos habet dulces, quibus audientes soporat, & soporatos dilaniat, sed prudentes auribus obturatis transeunt & auolant.

Testudines. 87

Habet indicum mare ita latas testas habentes, quæ hominibus sufficiant ad hospicium & sunt durissimi oris, ita etiam vt lapides comminuant.

Alb. de an. li. 25 vbi d̃ oĩbus serpentib. ĩ ſra ſcriptis.

Aspis. 88

Serpens est, qui venena morsu diffundit, & mortuo compare insequitur interfectorem etiam in turbas hominum. Et dicitur quod habet lapidem pretiosum in fronte, quem obseruat ab incantatore. Incantari. n. se sentiẽs vnam aurem terræ vel lapidi allidit, & alteram extremitate caudæ obturat.

Basiliscus. 89

Est regulus qui est serpens, qui videtur habere coronam in capite, flatu suo omnia adurens & interficiens & similiter visu & sibilo, fugit mustellam, & dicitur ꝙ cum mustellis interficitur, quia ipsæ interficiunt eum.

Cerastes. 90

Serpens est habens cornua octo in capite flexuosa, & absconditur in puluere & passeres insidiantes cornibus eius quasi festucis moriuntur veneno, & similiter cætera animalia eum calcantia. Et dicitur ꝙ cornu eius sudat ad præsentiam veneni.

Draco. 91

Est serpẽs magnus cuius morsus paruum in principio generat dolorem postea vero inflãmat & adurit ventrẽ ita vt aqua non prosit.

Idra. 92

Est oĩum serpentiũ pulcherrima de genere viperarũ.

93 *Salamandra.*

Est animal serpenti similis, & dicitur viuere in igne si tamen vt dicit Galenus paruo tẽpore moretur in eo, aliter adureretur quia nihil potest resistere contra naturam ignis.

94 *Vipera.*

Serpens est habens venenum feruidum, & caput acutum & os dentatum.

95 *Buffo.*

Vermis est, cuius habitatio est sub terra humore terreno viuens.

Alb. de ani. lib. 26. vbi de oib⁹ aialibus ĩfrascriptis.

96 *Brucus.*

Est paruus fœtus locustæ, totum depascitur vsque ad radices nihil viroris relinquens.

97 *Cynomia.*

Est musca canina eliciens sanguinem, & maxime insidiatur auribus canum.

98 *Cynifes.*

Sunt vulgariter dictæ zenzare, quæ de sero volant & sunt hominibus importunæ.

99 *Culex.*

Ab aculeo dicitur, nam excutit sanguinem a pelle animalium & diligit solem.

100 *Crabrones.*

Sunt magnæ vespæ aculeos habentes venenosos & facientes mel inutile.

101 *Papiliones.*

Rorem sugunt de floribus & hoc modo viuunt.

102 *Sanguisuga.*

Dicitur la sanguitula, eo ꝙ sanguinem animalium sugat, est autem animal venenosum, & ideo est purganda aqua & sale in olla noua.

Tinea. 103

De exhalatione corruptæ lanæ oritur & ipsam lanam & pilos corrodit.

Teredo. 104

Est vermis ligni de humore eius corrupto nascens & perforat lignum & exit.

Apis. 105

Est animal notum claro tempore euolat & nubilo manet ad aluearis purgationem, excubias custodiunt apes tunc, quando examina egrediuntur, habet regem, quem sequuntur maiorem cæteris, & aculeo pungit, & s̃m Auicenam aculeū in vulnere emittit. De anima sensitiua igitur & appetitiua & motiua & de brutis animalibus hæc sufficere putamus secundum præsentem intentionē.

Explicit liber tertiusdecimus de principio motus animalium.

Postilla in librum tertiumdecimum.

Quoniam anima sensitiua est principiū non solū sentiendi & appetendi, sed ēt mouēdi ipsum animal. iō post consyderationē eius quo ad partē cognitiuam & appetitiuā, sequitur consyderatio eius quo ad partē, motiuam. Circa quā tria principaliter docet auctor, primo.n.agit de principio motiuo animalis s̃m locū, secundo de motu cordis, & eius principio. tertio de q̄busdā aīalibus per modū historiæ. Circa primū horū primo remouet duo ab hoc principio, de quibus poterat esse dubiū, in. 1. & 2. cōclusiōibus. scd̄ō assignat & declarat duo principia huius motus. s. p̄ncipale in. 3. & secundariū in. 4. tertio quia diuersa concurrunt ad causandū hūc motū ostēdit in. 5. quō animal mouetur ab illis, & quō oīa reducuntur in vnū in. 6. Circa s̃m principale primo remouet quatuor

a principio talis motus de quibus poterat esse dubiũ in 7.8.9.&.10.secũdo declarat qualitatẽ huius motus, remouẽs ab eo, violentiã in.11.& ostendẽs esse naturalẽ, in.12.hoc.n.deseruit ad cognoscendũ eius principium. tertio manifestat verũ principiũ eius in.13.quarto declarat duas conditiões eius, alterã sibi propriã.s.esse similẽ motui cœli in.14.alteram cõem sibi & motui mẽbri pudendi.s.esse inuoluntariũ in.15.Circa tertiũ principale seruat hũc ordinẽ, primo agit de animalibus terrestribus incipiens a rege eorum.s.leone, a.16.vsq; ad.39.secũdo agit de auibus incipiens a præcipua.s.aquila, a.40.vsque ad.77.tertio de piscibus a.78.vsq; ad.87.quarto de serpentibus, ab.88.vsq; ad.94 vltimo de quibusdam animalibus imperfectis, ab.95.vsq; ad finem libri.ordinantur autem hę partes secundum dignitatem generum animalium de quibus agitur.

INCIPIT LIBER QVARTVSDECIMVS DE INTELLECTV ET ANIMA INTELLECTIVA.

1 N *homine est aliqua potentia cognoscitiua altior sensu.* 2.3 aiæ t.c.29.

Experimẽto.n. cognoscimus quod homo cognoscit vniuersalia, quæ nullo modo a sensu cognosci possunt, qa sensus cognoscit per species indiuiduales, cum recipiat species rerũ sensibilium in organis corporalibus, vnde nec incorporalia sensu cognoscũtur, cũ qualitates sensibiles, sine quibus sensus non cognoscit,

solum in corporalibus inueniantur, homo tamen extenditur cognoscēdo vsq; ad incorporalia. Præterea ab excellenti sensibili corrūpitur sensus, sed potentia in hoīe, qua cognoscit vniuersalia & incorporalia perficitur ab excellenti cognoscibili. ergo habet excellentiorem potētiam sensu, & hæc potentia dicitur intellectus.

3. de aīa t.c. 7.

7. poli. *Solus homo in animalibus habet potentiā intellectiuā.* 2

Potentiā. n. intellectiua se extendit ad diuersa & opposita, vt patet per experientiā, vnde vnus homo operatur diuersa & opposita iis, quæ alius homo operatur immo fere nulli homines eadē operantur. Et si eadē operētur, non tamen eodem modo, cætera vero animalia, quando sunt eiusdem speciei, eadem faciunt & eodem modo, quasi a natura mota ad determinatas & vniformes operationes, sicut omnis irundo facit eodem modo nidum solus igitur homo habet istam potētiā, q̄ est intellectus.

3. de aia t.c. 7. *Intellectus non idem est, quod imaginatio.* 3

s.t. ibi. item. 2. cō. cap. 66. In brutis. n. animalibus est imaginatio, vt in superioribus determinatū est, sed tamen in eis nullū opus intellectus apparet, vt dictum est: in homine autem apparēt opera imaginationis, & intellectus diuersa, quia, vt diximus, intelligit vniuersalia & incorporalia, & diuersa diuersimode operatur, q̄ nullum aliud animal facit. si. n. imaginatio & intellectus essent idem, in brutis etiā esset Intellectus, quod est falsum, vt dictum est.

s.t. prla 79. ar. 1. *Intellectus est potentia animæ, non autem essentia.* 4

Ad idem. n. genus entis pertinet potētia, ad quod pertinet actus, ad quē per se ordinatur illa potentia, nā potentia & actus diuidunt ens & quodlibet genus entis, si ergo intellectus esset essentia animæ sequeretur, quod intelligere esset substantia & non accidens in homine, sic homo semper esset in actu intelligendi, sicut semper est in actu essendi. anima ergo non est immediatum principium intelligendi, sed essendi, quia si esset immediatum

principium intelligendi, idem esset in homine esse, quod intelligere, quia ita se habet essentia ad esse, sicut potẽtia ad operari. In solo aũt deo intelligere est esse, in quo solo essentia & esse sunt idem & vnum, est ergo intellectus potentia animæ distincta ab eius essentia.

5 *Intellectus est potentia passiua.* 3. de aiã

Potentiam passiuã hic dicimus intellectũ, non quasi aliquid proprie patiatur per motum naturalem, sed quia recipit, vnde passionẽ vocamus rẽceptionẽ. Videmus. n. quod intellectus noster primo est in potentia respectu omnium intelligibilium, quia in principio nihil intelligit, & est sicut tabula, in qua nihil est scriptum, postea de potentia reducitur ad actum, quãdo in seipso recipit rerum similitudines, vnde nostrum intelligere est quodam pati & recipere, & ob hoc dicitur intellectus potentia passiua. t.c. 2.3. 14. 5.t. pria 79.2.

6 *Necesse est ponere intellectum agentem.* pria vbi

Nam cum non intelligamus nisi substantias rerũ sensibilium, quæ non sunt abstractæ a materia, & cũ materia, cum sit potẽtia impediat intellectum, sequitur quod intellectus noster, cum sit immaterialis potentia, vt probabitur non possit moueri a sensibilibus secũdũ se sicut mouetur potentia visiua a coloribus indiuidualibus, nã recipiens & receptũ debent esse proportionata, itaq; sensibilia non sunt secũdum se intelligibilia in actu, sed solum in potentia. Cum ergo illud, quod est in potentia, fiat in actu per id quod est ens actu, oportet ponere aliquam aliã potentiam præter intellectũ possibilem, quæ faciat ea, quæ sunt intelligibilia in potentia esse, actu, intelligibilia, hæc autem est intellectus agens. ergo. su. ar. 3. 3. de aia t.c. 17. 18.

7 *Intellectus agens est virtus animæ.* pria vbi su. ar. 4. 5.

Natura. n. nõ deficit in necessariis & maxime in rebus naturalibus. sicut ergo cæteris rebus præter vniuersales causas agentes proprie virtutes sunt inditæ rebus, per 3. de aia vbi su.

quas possunt operari & perfici, ita etiam multo magis oportet dicere, quod in anima est virtus quædam, per quã anima seipsam possit reducere in actũ intelligendi, hoc aũt fit per hoc quod sensibilia fiunt actu intellibilia, quod nullo mõ fit, nisi quia a conditionibus indiuiduantibus abstrahuntur, & fiunt vniuersalia, cõditiones autẽ indiuiduantes per phãtasmata intellectui offerũtur, seu appropinquant, & per virtutẽ intellectus agentis similitudo vniuersalis resultat in intellectu possibili. sicut per lumen, quod est in medio resultat species coloris in pupilla: vnde dicitur, quod intellectus agẽs est habitus, sicut lumen. Ex quo patet q̃d vnusquisq; homo habet suũ intellectum agentem, nisi quis velit vocare intellectum agentem deum tunc erit vnus intellectus cõmunis agẽs in omnibus hominibus.

3.de aĩa t.c.18.

3.de aĩa t.c.1. pria vbi sup. ar. t.10. *Intellectus agens differt realiter ab intellectu possibili.* 8

Actus. n. & potẽtia differũt realiter. intellectus autem possibilis est sicut materia & potentia. Agens vero sicut actus in cuius virtute sunt oẽs species intelligibiles, vñ actus eoꝝ sunt realiter differẽtes, multũ. n. inter se distát abstrahere a phãtasmatibus & recipere species intelligibiles. igitur & ipsi intellectus realiter differunt.

pria vbi su. ar. 6. *Memoria est in parte intellectiua animę.* 9

Voco autem nunc memoriam non illam, quæ respicit præteritum inquantum præteritum. hoc enim modo solum est in parte sensitiua quæ cognoscit cũ hic & nũc, sed dico memoriam conseruationem, vel potentiam cõseruatricem earum specierum, quas recipit. Cum igitur vnumquodq; recipiatur in aliquo secũdum modum recipientis, & intellectus sit stabilis naturæ, & immobilis, multo magis q̃ materia corporalis. si materia corporalis formas, quas recipit, retinet etiam postq̃ agere cessauerit, multo magis intellectus conseruabit species, quas recipit postq̃ intelligere actualiter cessauerit, & sic sequi-

tur quod hoc modo in parte intellectiua sit memoria.

10 *Intellectus possibilis nō differt realiter a memoria intellectiua.* pria.79. 7.

De ratione.n.memoriæ est conseruare, intellectus autem possibilis conseruat id, quod recipit vt dictum est: vnde non diuersificatur intellectus possibilis a memoria, cum respiciant idem obiectum, & conseruare non sit contrarium ad recipere, quamuis autem intellectus possibilis, & intellectus agens respiciant idem obiectum formaliter tamē differunt realiter, quia idem obiectum cōtrario modo respiciunt, vt dictum est.

11 *Ratio non est alia potentia ab intellectu possibili.* vbi su. ar.8.

Nam ratiocinari & intelligere versantur circa idem obiectum non modo contrario: immo per vnum deuenimus ad alterum. intelligere enim est simpliciter veritatem intelligibilem apprehendere. Ratiocinari autem est procedere de vno intellecto ad aliud, ad veritatem intelligibilem cognoscendam & cōtuēdam. vnus ergo actus: idest intelligere est finis & perfectio alterius: idest ipsius ratiocinari. vnde non differunt nisi sicut motus & terminus motus, clarum est autem, quod motus & quies ad eandem potentiam reducuntur. per eandem enim virtutē aliquid mouetur, & quiescit: sunt igitur ratio & intellectus vna potentia.

12 *Rō superior & rō inferior nō sunt diuersæ potentiæ.* vbi su. ar.9.

Ratio enim superior est, quæ intendit æternis conspiciendis quantum ad speculabilia & cōsyderādis quantum ad agibilia. Ratio vero inferior est, quæ intendit temporalibus rebus. eadem autem potentia intellectiua cognoscit omnia ista, quia obiectum intellectus est ens inquantum ens. verum temporalia sunt medium ad cognoscendum æterna, & hæc ad iudicādum de illis, est ergo vna potentia, quæ dicitur ratio superior, & ratio inferior.

vbi su. ar. 11. *Intellectus speculatiuus non est diuersa potentia ab intellectu practico.* 13

Potentiæ.n.distinguuntur per obiecta formaliter distincta, illud autem, quod accidentaliter se habet ad rationé obiecti, quem respicit aliqua potentia, non diuersificat potentiã, sicut esse hominem vel leoné, vel quantum, illud, quod est coloratum, non diuersificat potentiam visiuam, Accidit autem quod id, quod per intellectum appreheditur ordinatur ad opus, vel non ordinatur, secundum hoc autem differunt intellectus speculatiuus & practicus, vnde vterq; denominatur a fine. sunt igitur eadem potentia.

3. de aia t.c.49. pria vbi su.ar. 11 *Intellectus principiorum & synderesis differunt realiter a potentia intellectiua.* 14

Intellectus.n.principiorum & synderesis sunt habitus, nam ratiocinari cum sit quidam motus intellectus, procedit ab aliquibus per se notis & sine discursu cognitis, quia motus ab aliquo immobili procedit. Ratio igitur speculatiua procedit a principiis speculabilibus per se notis, ratio vero practica a principiis operabilium similiter per se notis, habitus ergo primorum dicitur intellectus. secundorum vero dicitur syndæresis, constat ergo quod non sunt potentia intellectiua, sed habitus in ea existentes.

3. de aia t.c. 4. 5. 6. *Intellectus humanus é separatus ab organo corporali.* 15

Si.n.esset coniunctus organo, nó cognosceret omnia sicut etiam si pupilla esset colorata colore rubeo, non cognosceret omnes colores, sed omnia viderétur ei rubea secundum exigentiam organi, ita intellectus solum intelligent ea, quæ organo possent proportionari, oportet.n.potentiam, quæ debet aliquid recipere esse denudatam & priuatam eo, quod recipere debet. Intellectus aũt omnia potest cognoscere, ergo oportet quod sit denu-

datus ab omnibus,& fit ficut materia prima,quæ fecundum fe eft fine formis,aliter non poffemus intelligere vniuerfalia & immaterialia,quia vnumquodq; recipitur in altero per modum fui,fi ergo intellectus indiuiduaretur per materiam corporalem.i.per organum, omnia in eo particulariter reciperentur,& fic non poffet vniuerfalia & immaterialia cognofcere , eft ergo feparatus ab omni organo corporeo.

16 *Intellectus cognofcit corpora.* s.f. pria 84.1.

Cum.n.fcientia fit in intellectu fi intellectus non cognofcit corpora,nulla fcientia effet de corporalibus,fed hoc eft falfum,quia experimur nos fcire corporalia & de corporalibus inuentæ funt fciētiæ,igitur cognofcit intellectus corpora feu anima per intellectum.

17 *Intellectus non intelligit aliquid per fpecies naturaliter inditas.* vbi fu. ar.3. 3 de aia t.c.14.

Nā fequeretur quod a principio fuę generationis homo cognofceret & haberet fcientiā rerum, nec poteft dici quod cum ingreditur corpus.omnium obliuionē capiat, quia nullus homo obliuifcitur eorum,quæ naturaliter cognofcit,maxime tanta obliuione vt nefciat nō fe taliū fuiffe oblitū.Præterea nulla ratio poffet affignari,quare anima corpus ingreditur,cū ei melius effet extra corpus effe,fi per corpus non acquireret perfectionē fcientię. Itē fequeretur quod aliquis poffet habere fcientiam eorum.quæ pertinent ad vnum fenfum etiam deficiente fibi fenfu,quod eft falfum,intelligit ergo anima corpora per fpecies abftractas a phātafmatibus,vt dicet.

18 *Species intelligibiles non effluunt in anima ab aliquibus formis feparatis.* pria. 85 1.

Sic.n.non poffet reddi ratio,quia vnitur corpori,cū fit melius ei effe extra,quia feparata a corpore eft magis habilis ad fufcipiendas illas fpecies,fi aūt dicatur quod pria.84. ar.4.

indiget corpore, quia indiget cognitione sensibilium, vt per ea excitetur ad intelligibilia, certe non indiget anima tali excitatione, nisi quia est aliquo modo in corpore cōsopita, & ideo melius esset ei esse extra. Præterea nihil obstaret, quin posset habere scientiam eorum, q̄ pertinent ad vnum sensum, quo omnino esset priuata, quod experimur falsum, non ergo effluunt species intelligibiles animę a formis separatis.

vbi su. ar. 11. 1. met. i proœ. 2. post. lec. vlti. s.t. pria 84.6.

Cognitio intellectiua ortum habet a sensu. 19

Nam cum species intelligibiles, per quas intelligit intellectus non sint inditæ nec ab aliqua forma materiali procedant, & anima sit in corpore vt acquirat perfectionem scientiæ in illo per adiutorium rerum sensibilium, quæ cognoscuntur a sensu, sequitur quod intellectiua cognitio ortum habeat a sensu. Impressio.n. corporum sensibilium in phantasia deducit intellectū in actū intelligendi, non quidem propter propriam virtutem, sed per virtutem intellectus agentis, qui facit phātasmata a sensibus accepta intelligibilia in actu per modum cuiusdam abstractionis. sicut enim lumen in medio facit, vt similitudo coloris in actu sit in pupilla, ita intellectus agens virtute sua, cum sit quoddam lumen facit, vt similitudo rei sensibilis, quæ est in phantasia resultet in intellectu possibili, & quia intellectus possibilis est immaterialis & similiter intellectus agens est virtus excedens materiam, quāuis in phantasia sit similitudo sensibilis rei particularis, tamen in intellectu resultat immaterialiter similitudo vniuersalis, iccirco intellectus agēs dicitur abstinere, quia facit intelligere rem sensibilem in phantasmate repræsentatam indiuidualiter, sine conditionibus indiuiduantibus & vniuersaliter, vnde intelligimus per species abstractas a phantasmatibus.

3. de aia t.c. 30. 33. 39. s.t. pria 84.7.8.

Necesse est intelligentem phantasmata speculari. 20

Si enim per spēs, quas penes se habet intelligēs posset

ſpeculari ſine phantaſmatibus, certe per læſionem alicuius organi non impediretur ſpeculatio, ſed impeditur. vt experientia docet. ergo indiget phantaſmate. Præterea vnuſquiſq; in ſeipſo hoc experitur, quia cum quis vult aliquid intelligere ſtatim format phantaſmata ſibi quaſi exéplaria, in quibus ſpeculatur. Ratio etiam eſſe pót, quia cũ de ratióe naturæ rerum naturaliũ ſit, quod ſit in aliquo indiuiduo materiali, ſi debet habere perfectioné eſſendi: neceſſe eſt ad cognitioné perfectã naturę vel. quidditatis rei materialis quod intellectus ſpeculet eam in aliquo particulari, quod per phátaſma repræſentatur, nihil ergo ſine phantaſmate intelligit. pría. 8 ɱ 2.

21 *Species intelligibilis eſt id, quo intellectus intelligit.*

Nihil.n. operatur ſecundum quod eſt in potentia, igitur oportet ꝙ intellectus fiat in actu ſi debet intelligere, fit autem in actu per ſpeciem intelligibilem, ipſa ergo eſt forma intellectus, qua intelligit, vex quia intellectus ſupra ſeipſum poteſt reflecti per quandam reflexionem, etiá ſpecies eſt id, quod intelligitur, tamen id, quod primo intelligitur & directe ab intellectu eſt res, cuius ſpecies intelligibilis eſt ſimilitudo. 3. phy. t.

22 *Intellectus noſter prius cognoſcit magis vniuerſalia q̃ minus vniuerſalia.* c. 3. 4. 5. s. t. pria 85. 3.

Intellectus.n. cũ procedat de potentia ad actũ, oportet ꝙ prius res cognoſcat indiſtincte q̃ diſtincte. cognoſcere.n. indiſtincte eſt potétia q̃dã ad cognoſcédũ diſtincte. minus.n. vniuerſalia in magis vniuerſalibus indiſtincte cótinẽt. icirco intellectus noſter pus cognoſcit magis vniuerſalia, huius eſt ſignũ, quia cũ videmus aliquẽ nobis notũ a longe, primo cognoſcimus ꝙ eſt ſubſtãtia, deinde ꝙ eſt animal poſtea ꝙ eſt homo, & tandé determinate quod eſt amicus noſter, & ſimiliter pueri primũ appellant omnes viros patres, & omnes mulieres matres, poſtea & determinate vnumquéq; cognoſcunt.

2. topi. cap. 24. *Licet intellectus possit multa scire, non tamen multa simul intelligere.* 23

3. de aia. t. c. 24. 5. t. pria 85. 4. Actus. n. intelligendi a specie intelligibili procedit tã quã a forma. impossibile autem est vnum & idem diuersis formis actu informari simul: sicut impossibile ẽ idẽ corpus diuersis formis simul vel figuris figurari. verum est tamẽ quod, cũ modus cuiuscũq; actionis sequatur formã, si sub vna specie plura possunt cõprehendi, tunc intellectus poterit simul plura intelligere. sed nõ vt plura sunt, sed vt vnum, quia in vna specie cõueniunt. põt autem multa scire, quia scientia est habitus & nõ est actus intellectus, habere autem simul multas formas in habitu, non repugnat. intelligere ergo est vnum solum, scire vero multa.

3. de aia. t. c. 21. 22. 26. 1. vbi. s. ar. 5. *Intellectus noster cõponendo & diuidẽdo intelligit.* 24

Cum. n. intellectus noster exeat de potentia ad actũ non statim in principio capit perfectam rei cognitionẽ. sed primo apprehendit aliquid de ipsa, vtputa quidditatẽ. deinde proprietates vel habitudines circũstãtes essentiã. & scdm hoc necesse habet intellectus vnũ alteri componere, vel ab altero diuidere. Et hoc manifeste vnusquisq; homo in seipso experit. Itaq; experientia docet, quod tres sunt actus intellectus. s. simplicium apprehensio & compositio & diuisio, & discursus de vno in alterum cognoscendum.

9. met. t. c. 21. 22. 3. de aia. vbi su. i. phi. l. 3. 1. vbi. s. ar. 6. *Intellectus non est falsus circa proprium obiectum.* 25

Sicut. n. se habet sensus circa propriũ obiectum, ita & intellectus. sed sensus circa proprium obiectum nũquã decipitur: nisi forte per accidens ex impedimento circa organũ contingente. ergo nec intellectus decipit in simplici apprehẽsione. sed oĩs falsitas eius est in cõpõne & diuisione & ẽt in discursu. vnde circa diffinitionis intellectum nunquã fallitur, nisi per accidẽs. i. quãdo aliquã cõpositionẽ facit, vt puta cum implicat in diffinitione

compositionem incõpossibilem, vel cum diffinitionem aliquã attribuit rei, cui nõ est attribuẽda.

26 *Intellectus prius cognoscit diuisibile, quã îdiuisibile.* 3.de aĩa.

Indiuisibile dico sicut est punctus & vnitas. hoc igiť indiuisibile habet quãdã oppositione3 ad rem corporalem. cuius quidditatem primo & per se intellectus accipit, vt infra declarabitur, oportet igitur vt prius cognoscat diuisibile. t.c.25. 1. vbi.s. ar.8.

27 *Intellectus noster non intelligit directe singularia sed reflexe.* 1.86.1.

Quod.n. ĩtelligat singularia patet ex hoc quia aliter nõ posset formare istã ꝓpositionẽ. sortes est homo. nec posset cognoscere differentiã inter singulare & vniuersale. op3.n. qđ qui facit drĩam, vel cõpõnẽ inter aliqua vtrũq; cognoscat, qa aũt intelligit abstrahẽdo a phãtasmatibꝰ & a cõdõnibus indiuiduãtibus: vt dictum est. & illud, qđ hoc mõ abstrahiť est vniuersale, necesse est qđ primo, & directe cognoscat vniuersale. At vero, qa non cognoscit nisi phãtasmata speculando, in qbus v3 vniuersale speculať, facile est ei pp similitudinẽ vl'is & particularis. a quo sumitur vniuersale reflectere se sup particulare postq; vniuersale intellexit. qđ qdem reflectere nihil aliud est quã ab intellectu vl'is ad intellectũ particularis ꝓcedere. sicut a phantasmate, qđ particulare repræsentat, processerat ad intellectũ vl'is. Per virtutẽ.n. intellectus agentis, & ordinationẽ phãtasmatis ad spẽ3 intelligibilem, fit vt intellectus postquã natura3 rei vniuersaliter cognouit, & quasi confuse per abstractione3, postea intelligit magis distincte & particularius per quãdam reflexionem ad phantasmata.

28 *Intellectus noster non potest habere distinctam cognitionem infinitorum, sed confusam. & in potẽtia.* 1.phy.t. c.35. 2.

Intellectus.n. noster nõ põt simul actu cognoscere, xi. met.

vbi.1.s. nisi quod per vnā speciem cognoscit. infinitum autem
ar.2. non habet vnam spēm alioquin haberet ratione totius
& perfecti. Nō potest ergo intellectus cognoscere infini-
tū per vnā speciem & simul, oportebit ergo quod ipsum
cognoscat per partē post partē, si debet ipsum cognosce-
re, sed hoc est impossibile, quia infinitū pertrāsiri nō po-
test, ergo ipossibile est ꝙ intellectus actu cognoscat infi-
nita directe, sed nec potest intelligere vel cognoscere ha-
bitu infinita, qa cognitio actualis, habitualē causat, verū
in intellectu nostro est infinitum in potentia & confuse,
quia sub vna specie in potētia sunt infinita indiuidua, &
non tot intelligit intellectus, quin possit plura intellige-
re, & hoc est cognoscere infinita in potentia.

6. æth. *Intellectus noster contingentia futura non cognoscit.* 29
cap.7. Contingentia nanq; secundū quod aliquid necessita-
pria vbi tis habent, vt cum dico, necesse est sortem currere, dum
su.ar.3. currit, cognoscūtur per intellectū. Et si ad causas vniuer
4. sales reducuntur, directe cognoscuntur, & hoc mō scien
tiæ de rebus contingentibus sunt scientiæ necessariorū.
Si igitur futura resoluuntur in causas necessarias, vel q̄
producunt effectū, vt in pluribus, poterūt sciri certitudi
naliter vel probabiliter. Si autē sint cōtingētia, causas. s.
contingentes habentia non potest de eis habere scientiā
in se, quia hoc soli deo cōuenit, cui oīa sunt p̄sentia, nec
in suis causis, q̄ sunt indifferentes ad producēdū, & non
producēdū, ergo nullo mō habetur de eis sciētia vel ars.
de futuris. n. cōtingentibus nō est determinata veritas.

1.phier. *Aīa intellectiua seipsam cognoscit per actus proprios* 30
lec.13. *& proprios habitus, non tamen per propriā essentiam.*
pria .q. Cum. n. non intelligat nisi abstrahat a phantasmati-
87.1.2. bus, & essentia animæ, actus quoque & habitus eius non
3. cadant sub phantasmate, clarum est ꝙ non cognoscit se-
ipsam, nec actus siue habitus suos per essentiā propriā,
nec per essentiam ipsorum actuum vel habitum. Sed pri

mo oportet q̄ cognoſcat illud, quod primo a phantaſmatibus abſtrahitur, hoc autem eſt quidditas rei materialis, deinde cognoſcit proprios actus habituū & ſic tandem cognoſcit homo q̄ habet animā, aut habitus, & demum ducitur ad inueſtigandū ſubtiliter quid ipſa ſit & quid ſint etiam tales habitus & actus.

31 *Intellectus noſter non poteſt in ſtatu huius vitæ cognoſcere ſubſtantias ſeparatas.* pria. 88 1.2.

Cum.n.non intelligat niſi phantaſmata ſpeculādo, & ſubſtantiæ immateriales non cadant ſub phātaſmate nec ſub ſenſu, patet q̄ non poterit has ſubſtātias per ſeipſas cognoſcere, nec poteſt manuduci per iſta ſenſibilia, vt cognoſcat eorum quidditatem, quia cū ſint formæ immateriales multum hæc materialia excedunt & ſunt omnia alterius rationis, & ideo non poteſt intellectus per hæc infima ad tantam altitudinem eleuari.

31 *Obiectū primū & p ſe ītellect⁹ noſtri ē ens inqtū ens.* pria. 5. 2.

Nam intellectus noſter cum abſtrahendo intelligat vniuerſaliter & immaterialiter, patet q̄ poteſt quodammodo omnia intelligere, & ideo obiectum eius oportet eſſe intelligibile, quod complectatur omnes ſpecies entis. hoc autem eſt ens. Præterea vnumquodq; inantum dicitur intelligibile inquantum habet rationem entis.i. inquantū habet eſſe, cū vnumquodq; ſit intelligibile, inquantum eſt in actu. vnde videmus etiam q̄ primum, quod ab intellectu concipitur eſt ens. igitur ens eſt primum & adęquatum obiectum intellectus noſtri inquantum ens, quod per ſe ei offertur & primo, ſed verum eſt obiectum intellectus noſtri adæquatum, ſed nō formale, qa nō omnia cognoſcimus ſub rōne veri, ſed inquātum ad cognitionem cuiuſlibet rei aſſequitur, verum, ſiue ratio veri. nihil enim poteſt intelligi niſi ſit conforme intellectui, in quo conſiſtit ratio veri, ſicut nihil poteſt intelligi niſi ſit intelligibile. vnde verū eſt conditio pria. 16 3. tertiū

generalis obiecti, quia semper ens intellectus est verũ, licet non semper intelligendo ens intelligatur verum.

p. 1. 12. *Obiectum proportionatum nobis ad intelligẽdum pro* 33
q. 87. 3. *statu pręsentis vitę est quidditas rei materialis.*
1. c. 34. 7

Cognitio.n.est scd̃m q̃ cognitũ est in cognoscente. Cognitũ aũt est in cognoscente secũdũ modum cognoscentis, ideo cuiuslibet rei cognitio est scd̃m modũ suæ naturæ, cũ igitur intellectus sit in corpore hoc mõ, quia aĩa intellectiua est forma corporis, vt infra ꝓbabitur, & tñ nõ sit virtus in organo corporali, habet hõ modum essendi materialẽ quodãmõ & ĩmaterialẽ, & ideo quodãmõ materialiter & ĩmaterialiter intelligit, hoc aũt nõ est, ꝓpter aliud, nisi qa intelligit materialia sine cõditionibus indiuidualibus, nam dictum est q̃ indiuidualia quidditatiue non cognoscit, hoc autem est propter abstractionem specierum intelligibiliũ a phantasmatibus, ergo primum & proportionatum ens, quod intellectui offertur est illud, quod repręsentatur per species intelligibiles abstractas a phãtasmatibus rerũ sensibiliũ & materialiũ, ergo in statu isto hoc est obiectũ eius materiale, dico aũt materiale, quia non repręsentatur sibi sub rõne formali materialis qdditatis, sed magis vt diximus sub rõne entis, quia ens est obiectũ formale sed ista rõ entis non mouet intellectũ in statu huius vitæ nisi materiali quidditati coniungatur, propter quod nõ oportet ꝙ homo possit omnia cognoscere quocunq; modo si ens est eius obiectũ formale, sed quod possit aliquo modo oĩa cognoscere. i. secundũ quod patitur status p̃senti s vitæ. obiectum.n. cuiuslibet intellectus formale est ens, & oĩs intellectus omnia entia est aptus natus cognoscere vel intelligere. nõ tñ omnia omnibus modis, sed omnia secundum statum & conditionem suæ naturæ.

p. 1a. 75. *Anima intellectiua est subsistens.* 34
2. 3.

Omne.n. agens agit secũdũ quod est in actu, & eo mõ quo

quo eſt in actu,eo modo etiam agit:ſi ergo per ſe aliqd operatur neceſſe eſt ipſum per ſe ſubſiſtere. Cum igitur iam dictum ſit,quod intellectus non eſt alligatus organo corporali,patet quod aīa intellectiua,per ſe operatur ſine organo corporali:ergo per ſe eſt ſubſiſtens. Animæ autem brutorum animalium non ſubſiſtunt,quia nulla per aliquam potentiam operatur per ſe,eo quod omnis potentia ſenſitiua eſt alligata organo corporali. Non tamen propter hoc poteſt dici quod anima intellectiua ſit ſubſtantia prima vel perſona,quia non eſt ita per ſe ſubſiſtens,quaſi ſit aliquid completum in natura ſpeciei.eſt enim pars ſpeciei humanæ.

35 *Anima non eſt homo*. pria.75.

Animam.n.eſſe hominem poteſt dupliciter intelligi, 4. vno mō ꝙ homo ſit anima, ſed hic homo non ſit hæc anima ſed compoſitum ex anima & corpore puta ſocrates,quod ideo dico,quia quidam poſuerunt ſolam formam eſſe de ratione ſpeciei,quod quidē non poteſt eſſe verum,quia ad naturam ſpeciei pertinet id quod ſignificat diffinitio,diffinitio aūt in rebus naturalibus non ſignificat formam tantum,ſed formā & materiā,vnde materia eſt pars ſpeciei in rebus naturalibus,non quidē materia ſignata quæ eſt principium indiuiduatiōis,ſed materia cōmunis:ſicut.n.de ratiōe huius hominis eſt ꝙ ſit ex hac anima & his carnibus & his oſſibus,ita de ratione hominis eſt ꝙ ſit ex anima & carnibus & oſſibus, oportet enim de ſubſtantia ſpeciei eſſe quicquid eſt cōiter de ſubſtātia omnium indiuiduorum eius. Alio vero modo poteſt intelligi ſic,ꝙ etiā hæc anima ſit hic homo,& hoc quidem ſuſtineri poſſet ſi poneretur ꝙ animæ ſenſitiuæ operatio eſſet eius propria ſine corpore,quia oēs operationes quæ attribuuntur homini cōuenirēt ſoli animæ, illud autem eſt vnaquæq; res quod operatur operationes illius rei,oſtenſum eſt autem ꝙ ſentire non eſt ope‑

ratio animæ tantum . cũ igitur sentire sit quædã opera/tio hominis, licet non propria, patet ꝙ homo nõ est anĩma tãtum, sed est aliquid cõpositũ ex anima & corpore, Plato aũt ponens sentire esse proprium animæ, ponere potuit ꝙ homo esset anima vtens corpore.

vbi su.5 *Anima non est composita ex materia & forma.* 36

Patet hoc primo ex ratiõe animæ in cõmuni, est.n.de ratione animæ ꝙ sit forma corporis, aut igitur est forma ßm se totam, aut ßm aliquã partem sui, si ßm se totã, im/possibile est ꝙ pars eius sit materia, quia forma in quãtũ forma est actus, materia autem est ens in potentia tantũ: potentia aũt repugnat actui, vtpote cõtra actum diuisa. Si aũt sit forma ßm aliquã partem sui illam partem dici/mus animã, & illã materiam cuius primo est actus, dice/mus primũ animatũ, patet idẽ scđo ex ratiõe aĩæ intelle ctiuę nã quod recipitur in aliquo recipitur in eo per mo dũ recipientis, & sic cognoscitur vnũquodq; sicut forma eius est in cognoscẽte: aĩa intellectiua cognoscit rem ali/quã in sua natura absoluta, puta lapidẽ inquãtum lapis est: Est igitur forma lapidis absolutę ßm propriã rõnem formalẽ in anĩma intellectiua, anima igitur intellectiua est forma absoluta, & non cõpositũ ex materia & forma. si.n.esset sic cõposita formæ rerũ reciperẽtur in ea vt in/diuiduales, & ita nõ cognosceret nisi singulare, sicut acci dit in potẽtiis sensitiuis q̃ recipiũt formas rerum in orga no corporali. materia.n. est principiũ indiuiduatiõis for marum. Anima igitur intellectiua & omnis substãtia in/tellectualis caret compositione materiæ & formæ.

vbi su. *Anima intellectiua est incorruptibilis.* 37
ar.6. Illud.n.quod secundum se alicui conuenit est insepa rabile ab eo, sed esse per se conuenit formæ, cũ forma sit actus. Vnde secundum hoc materia acquirit esse in actu, quia acquirit formã, & scđm hoc accidit in ea corruptio, quia ab ea forma separatur. Impossibile est aũt quod for

ma a seipsa separetur. Cum igitur anima intellectiua sit per se subsistẽs, oportet quod esse per se ei cõueniat. Nõ potest ergo corrũpi, quia nec ipsa a seipsa nec esse ab ipsa põt separari, hoc ẽt patet ex eo quod ipsa nõ habet contrarium. generatio. n. & corruptio ex cõtrariis sunt, & in cõtraria, est igitur incorruptibilis, signũ aũt huius est ꝙ oĩs substãtia intellectualis appetit esse semper, sicut intellectus apprehẽdit esse absolute & ſm oẽ tempus, omnis igitur substantia intellectualis est incorruptibilis.

38 *Anima intellectiua vnitur corpori vt forma.* pria. 76.

Illud enim quo primo aliquid operatur, est forma eius, cui attribuitur operatio, quia nihil agit nisi secundum quod est in actu. Non autem est in actu nisi per formam, sed homini inquantum homo attribuitur intelligere. Anima autem est principium, quo viuimus, mouemur, sentimus & intelligimus & operamur. ergo oportet dicere quod est forma corporis: aliter actio, quæ est intelligere non esset hominis in quantum homo, & iste homo non intelligeret, sed aliquid aliud. At vnusquisque homo in semetipso experitur quod intelligit, si autem dicitur quod intellectus possibilis separatus vnitur homini per speciem intelligibilem, quæ est in intellectu possibili, & phantasmatibus, hoc stare non potest, quia in intellectu sunt in actu in phantasmatibus vero in potentia, & non possunt per hoc coniunctionem talem facere, vt sortes, vel iste homo intelligat: sed magis intelligit aliquid ab isto homine separatum. Et præterea cum ſm Aristotelem phantasmata se habeant ad intellectum, sicut colores ad visum, seqtur qđ sicut colores nõ vidẽt nec subiectũ coloris, ita nec phãtasmata, nec subiectum phantasmatũ intelligũt, sed magis intelligũtur. Dicendũ est ergo quod cũ iste homo sit essentialiter homo, & non sit homo nisi per animã intellectiuã, quod anima intellectiua est forma. verum quia est vltima in nobilitate

1. 2. đ aĩa t. c. 24.

3. de aĩa t. c. 30.

formarum, in tantũ sua nobilitate excedit alias formas, vt aliquam operationem habeat sine materia. Quanto enim forma est nobilior, tanto magis dominatur materiæ corporali.

pria vt su.ar. 3. *Intellectiuum principium multiplicatur secũdum multiplicationem corporum.* 39

Si.n.non multiplicaretur esset vnum in omnibus hominibus. Cũ ergo sit forma hominis, sequitur quod oẽs homines sit vnus homo, quia habent vnam formam, & quod non differunt ab inuicem, nisi sicut sortes tunicatus, & sortes cappatus, aut differentia indiuiduorum hominis erit per animam sensitiuam. Et similiter quod intelligere omnium hominum sit vnum. Ab eodem enim principio est eadem actio & multa alia incõuenientia, vt non dicam impossibilia sequerentur, quæ pro breuitate relinquo. Multiplicatur igitur ßm corpora humana.

vbi su. ar.3.4. *In homine non sunt alię formę per essentiam differentes pręter animam intellectiuam.* 40

Quia aliter sequeretur quod homo non esset vnum simpliciter. vnumquodq;.n.est vnũ simpliciter per suã formam: vbi ergo sunt plures formæ substantiales, ibi sunt plura simpliciter. Præterea forma substantialis dat esse simpliciter, aliæ autẽ formę superueniẽtes dant esse secundum quid, quod est proprium formæ accidentalis. si ergo essent plures formæ in vno homine, vna tantum daret esse simpliciter, aliæ vero secundum quid. Non ergo essent substantiales, sed accidentales. Signum autem huius est, quia vna operatio animæ, cum fuerit intensa, impedit aliam quod non esset si in homine essent plures formę. Præterea cum per aĩam intellectiuã introducantur omnes perfectiones aliarum formarum, habet enim quicquid habẽt aliæ & aliquid plus, eo ꝙ perfectius semper continet quicquid habet minus perfectum & aliquid plus, cum formæ sint sicut numeri, frustra ponerentur

aliæ formæ in homine.ergo.&c.

41 A*nima intellectiua conuenienter vnitur corpori cor/ ruptibili.* pria.76.

Anima.n.vnitur corpori,quia indiget acquirere per/ fectionem scientiæ in corpore mediantibus sensibili/ bus,quæ per sensum cognoscũtur.oportuit ergo quod vniretur tali corpori,quod cõueniens organum sensus posset esse.Cum igitur omnes alii sensus fundentur su/ per tactum, cuius organum requirit mediocritatem in qualitatibus sensibilibus cõtrariis,necesse est,quod ani ma intellectiua vniatur corpori composito ex cõtrariis. hoc autem est corruptibile,cõueniẽter ergo vnitur cor/ pori corruptibili.

Anima intellectiua nullo mediante vnitur corpori. pria vbi

42 Forma enim immediate suæ materiæ vnitur per se & su. ar.6. non per accidens.Præterea primum inter omnes actus 7. est esse substãtiale,quod est a forma.ergo necesse est an/ te omnem alium actum formam substantialem materiæ aduenire.iccirco in illo instanti,in quo introducitur ani ma,omnes dispositiones præcedentes recedunt a mate/ ria,& aliæ sequẽtes adueniunt ei,verum anima, vt for/ ma,prius secundum naturam dicitur introduci,ad quã sequuntur dispositiones perfectionis formæ corporeę: & introducta hac perfectione sequuntur dispositiões ad perfectioné animæ vegetatiuæ,qua introducta, sequũ/ tur dispositiones ad sensitiuam,qua introducta sequun tur dispositiones ad intellectiuam,& sic fit tota introdu ctio,hoc autem intelligendum est secundum prioritatẽ naturæ nõ autem temporis,quia in eodem instãti intro ducũtur omnes istæ perfectiões cum suis dispositioni/ bus.præintelligitur tamẽ,quod materia primo perficia tur secundum esse substãtiale per animam inquãtum est forma,quia forma inquãtum forma nõ requirit dispo/ sitiões,sed inquãtũ hęc forma:deinde scđm esse corpo/

reum, esse animatum, esse sensitiuũ, & esse intellectiuũ.

vbi su. ar. 8. *Anima est tota in toto & tota in qualibet parte.* 43

Totum.n.ex partibus constat, igitur forma, quæ nõ dat esse toti & cuilibet parti est compositio & ordo, vt forma domus, quæ quidẽ est forma accidentalis, sed aĩa est forma substãtialis totius & partis, cuius signũ est, qa sicut recedẽte anima, totum corpus nõ dicitur amplius homo nisi æquiuoce, ita nec oculus, nec manus, nec aliç partes dicũtur tales nisi æquiuoce, vnde nulla pars corporis habet proprium opus anima recedente, & hoc maxime patet in anima intellectiua, q̃ cũ sit forma subsistẽs oportet quod sit indiuisibilis, & ideo cum nulla alia aĩa sit in hoĩe p̃ter ipsam, & quælibet pars hominis sit aĩata, patet quod sit actus cuiuslibet partis, hoc autẽ est intelligendum quãtũ ad essentiã. Nã quantum ad virtutes, nõ est tota, in q̃libet parte: sed in oculis per virtutem visiuã & per auditiuam in auribus, & sic de cæteris.

prima 118.2. itẽ.90.2 *Aĩa intellectiua non traducitur ex semine sed creatur.* 44

Impossibile est.n. virtutem actiuam quæ est in semine excedere suam actionẽ, hoc aũt faceret si produceret effectum immaterialẽ, qualis est intellectus qui est ab organo separatus, & si dicatur ꝙ agit in virtute animæ generantis, hoc non sufficit, quia nõ agit in virtute eius nisi ſm ꝙ est actus corporis vtens ipso corpore in sua operatione. In operatione autem intellectus non communicat corpus, & ideo virtus intellectiui principii vt sic nõ potest ad semen pertinere. Præterea cum anima intellectiua sit forma immaterialis per se subsistens ei competit etiam per se operari & per se fieri, sed substãtia immaterialis non potest fieri per generationem, quia non potest fieri ex materia præiacenti, neque corporali, quia sic esset naturæ corporeæ, neque spirituali, quia sic substantiæ spirituales inuicem transmutarentur, necesse est igitur ꝙ non fiat nisi per creationem, sicut fiunt aliæ sub-

ſtantiæ immateriales.

45 *Anima intellectiua fit a ſolo deo immediate.* vbi ſu.3

Fit.n.vt dictũ eſt per ſolã creationem,ſolus aũt deus põt creare q̃a ſolius primi agẽtis eſt agere nullo p̃ſuppo ſito,cũ ſemper agens ſcđm p̃ſupponat aliq̃d a primo,q̃ð aũt agit ex aliquo p̃ſuppoſito agit trãſmutãdo,ſolus aũt deus agit creãdo.i.nullo p̃ſuppoſito.fit igitur aĩa a ſolo immediate,licet generãs diſponat materiã in qua fit.

46 *Anima intellectiua non eſt facta de ſubſtantia dei.* prĩa.90.

Si.n.eſſet de ſubſtãtia dei eſſet ſemper actu intelligẽs 1. quod eſt falſum,& ſubſtãtia dei eſſet diuiſibilis quod ẽt eſt falſum,nec haberet aĩa diuerſas potẽtias cum ſit deus omnino ſimplex,& hæc concluſio eſt adeo manifeſta vt probatione non egeat,fit igitur ex nihilo.

47 *Anima non eſt producta ante corpus.* vbi ſu.4

Si.n.animę eſt naturalæ corpori vniri,contra natu- 118.3. ram eius eſt non vniri,ergo habet eſſe imperfectum extra corpus ſed inconueniens eſt vt incœptum fuerit hoc opus ab eo quod eſt præter naturã.nec põt dici ꝙ vniri corpori ſit ei innaturale cum ſit forma corporis,alioqn vniretur corpori violẽter. Præterea non poterit aſſignari differẽtia inter animas cum ſint eiuſdem ſpeciei,& indiuidua differant per materiam,nec ratio cur hæc anima magis vniatur,illi corpori q̃ alteri,vel q̃ alia anima illi vniatur ,nec quare corpori vniatur.creantur ergo oẽs in corporibus cum illis infunduntur , & ſic per illa indiuiduantur , vnde falſum eſt ꝙ fuerint omnes create ab ęterno, vel a principio mundi vt quidã dixerũt.poſſent multa alia de intellectu & anima intellectiua dici,ſed iſta pro nunc ſufficiant vt poſſimus etiam aliqua de eius voluntate tractare.

Explicit liber quartuſdecimus qui eſt de intellectu & anima intellectiua.

Postilla in librum quartumdecimum.

Postq̃; dictũ est de anima sensitiua dicendũ est de anima intellectiua,& primo quo ad partem cognitiuam in hoc libro,secũdo quo ad partem appetitiuam in sequẽti. In hoc igitur libro tria p̃ncipaliter facit auctor, primo agit de potẽtiis intellectiuis.secũdo de actibus qui producũtur a potentiis.tertio de ipsa anima intellectiua quæ per actus & potẽtias suas cognoscitur. Quo ad primũ horũ primo agit de intellectu possibili quo.s.intelligimus manifestãs qõnẽ an est in.1.cõclusiõe.&.2.naturam eius in 3.&.4.& quia affirmatur esse potẽtia,declarat in.5.qualis potẽtia sit.secũdo agit de intellectu agẽte,declarãs quæstionẽ an est in.6.qd sit in.7.& qũo se habet ad intellectũ possibilem in.8.tertio de memoria ostendẽs q̃stionẽ an est in.9.& qũo se habet ad intellectum possibilem per qȭ ostenditur quid sit in.10.quarto agit de ratiõe,declarãs quid sit in.11.& qũo diuiditur in superiorẽ & inferiorẽ in.12.quinto agit de intellectu speculatiuo & practico, declarando quid sit vterq; & qũo se habent adinuicẽ,in 13.Demum agit de intellectu principiorum & synderæsi in.14.hæc.n.oĩa pertinẽt ad potẽtias intellectiuas. Quo ad secũdũ principale incipit a cognitiõe corporalium,& inuestigat tria.s.per quid ea cognoscat,quo ordine & qd in eis cognoscat. Circa primũ p̃missa separatiõe intellectus ab organo corporali in.15.q̃ est quasi principiorũ, ostẽdit per quã potentiam aĩa cognoscit corpora in.16. per quã formã intelligit in.17.vnde habeat illam formã in.18.& qũo in hac cognitiõe intellectiua se habet ad sensum,tam quo ad principiũ in.19.q̃; quo ad vsum in.20. Circa scd̃m ostẽdit qũo se habẽt species intelligibiles ad istam cognitionẽ in.21.quid prius intelligit in.22.quot simul intelligit in.23.qũo intelligit in.24.ex quo deducit an intellectus sit falsus & q̃n,in.25.& demum qũo se habet circa cognitionẽ diuisibilis & indiuisibilis in.26.

Circa tertiũ volẽs ostẽdere quid intelligat in rebus corporalibus manifestat tria de qbus est dubiũ.s.an cognoscat singularia & qũo in.27.an infinita quod sequitur ex primo quia singularia sunt infinita in.28.an cõtingẽtia quod etiam sequitur ex illo,in.29.Procedit postea ad cognitionem spiritualium siue immaterialiũ,& primo quidem ostendit qũo anima intellectiua cognoscit seipsam ex iis quæ sunt in seipsa in.30.secũdo qũo substãtias separatas in.31.tertio ex dictis deducit quid sit obiectum intellectus tam cõmune in.32.q̃ proprium pro isto statu in.33.Quo ad tertium principale tria agit de ipsa anima nam primo tractat de eius natura siue essentia, & p̃supposito ꝙ non sit corpus sed actus corporis ex diffinitione animæ in superioribus posita, ostendit qualis forma est.s.immaterialis & subsistiens in.34.& ne propter hoc putaretur esse ipsum hominem vt quidam dixerunt,ostendit consequẽter in.35.esse eam partem humanæ naturæ,& cum hoc esse formam simplicem in.36.& quia omnis forma immaterialis est incorruptibilis, id demum ostendit in.37.Secundo agit de vnione eius ad corpus ostendens quomodo illi vnitur, scilicet vt forma in.38.ex quo sequitur ꝙ multiplicatur ad multiplicationem corporum quod ostendit cõsequenter in.39.& quia est forma substantialis non compatitur secum aliam formam substantialem in corpore quod manifestat in quadragesima,& hæc se tenent ex parte animę,ex parte autem corporis ostendit cur tali corpori vnitur, scilicet corruptibili in q̃dragesimaprima, & quomodo, an.s.aliquo mediante in quadragesimasecunda,& demũ declarat modum essendi in illo,in quadragesimatertia. Tertio agit de eius productiõe manifestans quatuor ordinate, scilicet modum quo producitur in quadragesimaquarta,a quo producitur in quadragesimaquinta de quo producitur in quadragesimasexta,& quando ꝓducitur in quadragesimaseptima.

INCIPIT LIBER QVINTVSDECIMVS ET VLTIMVS DE VOLVNTATE ANIMÆ INTELLECTIVÆ.

s.t. pria 19. 1. 59.1. ité pria 80.1.2. 2.de aía t.c. 27. ité.3. de aía. t. c. 42.



Ppetitus, *qui dicitur voluntas est in anima intellectiua.* 1

Necesse est.n.aliquem appetitum ponere in homine, cũ videamus oẽs homines inclinari ad bonũ, sicut & cæteras res, sicut aũt homo inclinatur ad aliquod bonum, ad quod nulla alia res naturalis inclinatur.i.ad bonum vniuersale.ita necesse est ponere in homine specialiter appetitum qui dicitur voluntas.quælibet.n.res ad suam formam, vel ad suam perfectionem hanc habet habitudinem, vt quando ipsam habet, quiescat in ea, & cum non habet tendat in eam.Et hæc inclinatio in rebus cognitione carentibus dicitur appetitus naturalis. In rebus autem per sensum cognoscẽtibus dicitur appetitus sensitiuus. In homine autem & aliis rebus cognoscentibus per intellectum dicitur voluntas. vtrũq;.n.pertinet ad volũtatẽ.s.tendere in bonũ apprehẽsum per formã intelligibilẽ cum non habetur, & cum habetur quiescere in illo.Est igitur talis appetitus in anima intellectiua.

pria. 59 2.ĩtẽ pri ma. 80. 1.scðm. ĩtẽ ðve. 11.10.

Voluntas & intellectus sunt potentię in anima realiter distinctę. 2

Diuersitas.n.formalis obiectorũ ostendit diuersitatẽ potentiarũ.Certũ est aũt quod formaliter differũt ens, quod est obiectũ intellectus, & bonum quod est obiectũ volũtatis, hoc ẽt patet ex mõ operandi.nam intellectus,

intelligit per hoc q͡ꝺ intellectũ suscipit in seipso, voluntas aũt tendit ad rem prout in seipsa. Præterea voluntas tendit in illud, quod est apprehensum per intellectũ, nã actus intellectus præcedit actum voluntatis, non ergo sunt idem realiter intellectus & voluntas.

3 *Intellectus simpliciter est altior & nobilior potentia q̃ voluntas.* pria.81. 3.

Nobilitas.n.potentiarũ simpliciter cõsideratur ex ratiõe formali obiectorum. Certum est aũt quod obiectũ intellectus est simplicius & magis absolutũ q̃ obiectum volũtatis, vt potest patere ex iis, q̃ diximus in libro primo. oĩa.n.se habent per additionẽ ad ens, verum potest esse, quod scd̃m aliquid volũtas sit nobilior, vt puta q͞a nobilius est in hac vita diligere deum, q̃ cognoscere, eo q͡ꝺ voluntas per dilectionẽ tendit in rẽ, sicut in seipsa se habet, sed intellectus recipit similitudinẽ rei in seipso, est autem nobilius tendere ad deum sicut in seipso se habet q̃ eius similitudinem recipere, sed econtrario melius est intelligere res materiales q̃ tendere ad ipsas per affectũ, simpliciter ergo intellectus præcellit voluntatem, secundum quid autem econtrario. 10.ethi. c.8.

4 *Voluntas mouet intellectũ & mouetur ab intellectu.* pria vbi

Cum.n.bonum intellectum sit obiectum voluntatis su.ar.4. & obiectum moueat potentiam per modum finis, patet itẽ. 1.2. quod intellectus hoc modo mouet volũtatem.i.per mo 9.1. dum finis, vel per modum specificatiõis actus, dum sibi 3.de aĩa obiectum offert quo specificatur actus eius, sed volũtas t.c.50. mouet intellectum, & cæteras animæ vires præter illas, 54. quæ ad vegetatiuam pertinent per modum agentis seu etiam impellẽtis, quia in omnibus potentiis actiuis siue naturalibus siue politicis ordinatis adinuicem, illa potẽtia, quæ respicit finem vniuersalem mouet potẽtias, quæ respiciunt fines particulares. sicut cœlum omnia inferiora mouet & rex oẽs præpositos ciuitatum, voluntas aũt

respicit bonum vniuersale tanquam propriū obiectū. aliæ autem potentiæ respiciunt bonum sibi conueniens. ideo voluntas mouet omnes isto modo, qđ dicitur mouere quo ad exercitium actus.

1. vbi.s. ar. 1. 2. *Et si voluntas aliquid ex necessitate velit, non tamen cogi potest.* 5

Ité. 1. 2. x. 2. Sicut. n. intellectus se habet ad verum. ita & volūtas ad bonum. sicut ergo intellectus ex necessitate naturali adhæret principiis primis: ita ex necessitate naturali voluntas tendit ad finē vltimū quod in rebus agibilibus est principiū, vnde etiā in voluntate ponitur necessitas finis: quia necesse est si vult aliquē finē, quod velit ea sine quibus ille finis haberi nō pōt. Nō est tñ necessariū; qđ velit ea, sine quibus hēri pōt ēt si melius haberet cū illis. At vero coactio nō pōt in ea, quia motus volūtatis est inclinatio in aliquid. si igitur violenter inclinet, ille motus esset volūtarius & inuolūtarius, quod implicat contradictionem sicut etiā implicat cōtradictionē, qđ aliquis sit motus violētus & naturalis. hoc aūt intellige quantum ad actum interiorē, non aūt quantum ad actus īperatos. Nā aliquādo voluntas vellet ire ad vnū locum & non pōt: quia cogitur stare.

1. 2. 9. 5. *Voluntas non est alligata organo corporali.* 6

2. cō. c. 59. 79. Potentiæ. n. alligatæ organo corporali per ipsā materiam indiuiduant, vnde necesse est qđ respiciant obiecta particularia, sed obiectum volūtatis est obiectū vniuersale. Præterea obiectum appetitus sensitiui est bonū cognitum per sensum. quia ergo sensus nō apprehēdit nisi particulare: etiā appetitus sibi correspondens non potest respicere nisi particulare, quia non respicit nisi illud, quod ei præsentatur, sed obiectum voluntatis est bonum apprehensum per intellectum: qui apprehendit vniuersaliter. vnde sicut intellectus non est alligatus organo corporali, ita nec voluntas.

7 *Voluntas non distinguitur per irascibilem & concupiscibilem.* 1.82.5. 3.ō aïa. t.c.42.

Potentia.n.quæ ordinatur ad aliquod bonum nō diuersificatur per diuersitatem rationum specialium sub illo cōmuni obiecto cōtentarum. sicut potentia visiua nō diuersificatur per diuersitatē rationum albi & nigri. obiectum aūt voluntatis est bonū cōmune, sub quo cōtinetur ratio boni ardui, & boni delectabilis. quorū diuersitas distinguebat irascibilem & cōcupiscibilē in appetitu, qui nō respicit bonum vniuersale, qui est appetitus sensitiuus. nō distinguitur ergo volūtas per ista.

8 *Amor & desiderium & cæteræ passiones appetitus sunt simplices actus in voluntate.* 1.20.1. 1.1.2. 12.3.3.

Dico autem simplices actus: quia sunt in voluntate absq; passione vel motione corporali aut animi concitatione. sed ex iudicio rationis. Cum.n.volūtas nō sit alligata organo corporali, patet qđ actus eius sunt sine corporali motione, nisi forte per accidens fiat in corpus redundantia. vehemens.n.desiderium voluntatis aliquādo nocet corpori, & gaudiū prodest. possunt ergo distingui isti actus in voluntate secundū illum numerum & ordinem & modum: quo superius fuerūt distinctæ passiones appetitus.

9 *Amor & dilectio, amicitia & charitas non omnino idem sunt.* 1.2.26. 3.2.2. 23.

Amor.n.magis videt̄ esse in cōcupiscibili quia videtur importare quādam passione, & quedā impetū. dilectio aūt est in voluntate magis: & supra amorē electionem præcedentē importat, vt ipsum nomē sonat. Amicitia aūt dicit quēdam habitū. Charitas vero pōt omnia ista significare. tñ addit quandam perfectionem amoris, dum illud quod amatur, magni pretij æstimatur, vnde extenditur ad amorem diuinum.

1.2. vbi su.ar.4. *Amor concupiscentiæ & amor amicitiæ differunt.* 10

Cũ.n.amare sit velle alicui bonũ, ad illud bonu3, qđ quis vult sibi, vel alicui habet amor concupiscentiæ. ad illud vero, cui bonũ volumus, habemus amorẽ amicitiæ, & hęc simplr & p se amamus. vnde siqs amat alterũ propter suam vtilitatem vel delectationẽ ad ipsum habet amorem concupiscentiæ. si autẽ vult ei bonu3 propter se, sic eum amat amore amicitiæ.

1.2. vbi su. 29.4 *Nullus potest seipsum habere odio per se.* 11

Naturalr.n. vnusquisq; appetit sibi bonũ. & si appetit malũ, nõ appetit illud sub rõne mali, sed sub rõne boni. vnde per se loquẽdo oĩs creatura refugit malũ. icirco oĩs creatura naturaliter seipsam diligit per se loquendo: sed per accidẽs cõtingit aliquẽ3 seipsum odio hẽre, dum sibi vult vere malũ, quãuis illud velit sub rõne boni. vt cũ aliqs sibi vult bonũ sensualitatis cõtra rõnem.

Vbi sup. ar.5. *Veritas odio per se haberi non potest.* 12

Veritas.n. semper cõsonat intellectui inquãtũ est veritas. cõsonantia aũt est cã amoris. Igitur per se veritas non põt odio haberi, sed p accidens inquãtũ habet rõnẽ repugnãtis. vt cũ aliquis nollet esse verum, quod est verũ, vt siquis nollet esse verũ se peccasse. vel quando nollet cognoscere veritatem, eo quod repugnat sibi ne possit peccare. vel quia nollet quod ab altero cognosceretur, quia vellet in peccato latere.

1.2.30.3. 1.eth. c.xi. *Concupiscentia non naturalis solum ad homines pertinet.* 13

Cõcupiscẽtia.n. est appetitus boni delectabilis. dicitur autẽ vno modo delectabile, quia est cõueniens naturę, sicut cibus & potus. & cõcupiscentia huius dicitur naturalis. Alio mõ dicitur delectabile aliquid scđm apprehensionẽ, qa solũ apprehenditur, vt bonũ. & cõcupiscẽtia huius dr nõ naturalis. & solet magis appellari cupiditas &

hæc est hoīs ꝓpria. cuius est ex cogitare aliqd vt bonū & cōueniens præter id qđ natura requirit. qđ nō ita cō uenit brutis. sed prīa cōis est brutis & hominibus.

14 *Concupiscentia est infinita.* Vbi su. ar. 4. 1. poli. lec. 7.

Actu quidē infinita naturalis cōcupiscentia esse non pōt. Natura. n. semp requirit aliqd finitū & certū. sed p successionē est infinita, dū vnū post aliud desiderat, qa bona corporalia perpetuo nō manēt, sed deficiunt. Cōcupiscētia vero nō naturalis, quæ sequitur rōnem quę in vniuersale tendit: est oīno infinita. vnde qui concupiscit diuitias, pōt eas sine aliquo termino cōcupiscere, & desiderare se esse diuitem quātūcūq; pōt, & presertim quādo in eis ponit finem, quia finis per se desideratur. vnde cōcupiscentia finis nō habet finē. eo quod homo desiderat esse perfectus quantum esse potest.

15 *Delectatio & gaudium differunt.* 12. 31. 3.

Delectatio. n. proprie est in pte sensitiua, cum aliqua trāsmutatiōe corporali. Gaudiū aūt est solū in volūtate & rōne. vnde aliqñ qs sentit delectationē ſm corpus, de qua tñ nō gaudet ſcđm rōnē. distinguunt̃ ēt ſcđm magis & minus cōe. Nam delectatio in plus se habet. vnde oē gaudium est delectatio: sed non conuertitur.

16 *Delectationes spirituales simpliciter sunt maiores corporalibus.* Vbi su. ar. 5. 10. etho. c. 8

Si. n. comparentur secundum quod delectamur in actionibus, vt in cognitione sensus & intellectus. patet quod spirituales sunt maiores: quia intellectualis cognitio est perfectior & altior & magis cognita. cum intellectus reflectatur supra suum actum: & etiam ab omnibus hominibus magis dilecta: vnusquisque enim potius vult carere visu quam intellectu. similiter si secundum se comparentur: tum quia obiectum spirituale est maius bonum quā corporale. tū quia intellectus est potentia nobilior & perfectior sensu. tum quia etiā

actus eius est perfectior cũ vsq; ad interiora penetret q̃ actus sensus, qui solũ circa exteriora versatur, tum quia obiectũ intellectus magis cõiũgitur ei q̃ sensui obiectũ eius, propter maiorẽ penetrationẽ vt dictum est, tum ẽt qa perfectius qescit in eo intellectus, vt pote absq; motu sed sensus cũ motu, vñ delectatio sensus non est tota simul, sed per partes, tum ẽt quia spũale bonũ est magis permanẽs & fixũ, corporale aũt cito transit, verũ quo ad nos delectationes corporales sunt vehementiores, tum quia sensibilia sunt nobis magis nota, tum quia sunt cũ aliqua transmutatiõe corporali, tũ qa appetũtur vt medicinæ cõtra corporales defectus vel molestias, ex quibus tristitiæ quædã consequuntur, vnde delectationes corporales tristitiis hmõi superuenientes magis sentiuntur, & per cõsequens magis accæptantur q̃ spirituales, quæ non habent tristitias contrarias, vt dicetur.

1.2.31. 7. *Quædam sunt delectationes naturales, & quędam innaturales.* 17

7.ethi.c. 14. Delectationes.n.quæ sunt in hoīe secũdũ rationẽ, vt est cõtemplatio veritatis, & operatio secũdum virtutem sunt hominibus naturales prout intellectus, & ratio, hominis natura potissime dicitur. Sed si diuidamus naturã cõtra rationẽ, sic naturales dicũtur delectationes eorũ, quæ pertinent ad cõseruationẽ indiuidui vel speciei. Innaturales vero dicũtur illæ quæ accidũt aliqñ indiuiduo homini ex corruptiõe alicuius principii, siue ex parte corporis, vt quædã delectatiões febrientiũ, vel eorum, qui carbones aut terram comedũt propter malam cõplexionem, siue ex parte rationis propter malam cõsuetudinẽ, vt cum quis delectatur in comestione carniũ humanaꝝ, vel in coitu bestiarum, aut masculorum & huiusmodi.

1.2.32. 1. 10.ethi. c.5. *Omnis delectatio aliquam operationem consequitur, quæ est causa eius.* 18

Ad delectationem.n.duo requirũtur.s.cõiũctio boni adepti,

adepti, & cognitio eius, nō adipiſcimur aūt bonum cōueniēs niſi p aliquā operationē, & ipſa cognitio eius eſt q̄dā operatio, q̄ ēt eſt delectabilis: vn̄ oportet q̄ delectatio oīs ſequatur aliquā operationē, tāq̄ eius propriā cām.

19 *Motus eſt cauſa delectationis in nobis.* 1.2.32. 2.

Cum enim noſtra natura in tranſmutatiōe quadam conſiſtat, accidit q̄ illud, quod nunc eſt nobis delectabile, non erit poſtea delectabile, ſicut calefieri ad ignem nō ſemper eſt delectabile, & poteſt etiam accidere ex tranſmutatione rei, in qua delectamur, vel quia nimis auget actionem ſuam vel minuit. Accidit etiam hoc ex parte cognitionis, quæ non poteſt ſimul vnum totum cognoſcere, vnde delectat q̄ vna pars ſuccedat alteri, & ſic totum ſentiatur, in natura autem intranſmutabili, motus non erit cauſa delectationis.

20 *Spes eſt cauſa delectationis.* 1.2. 32. 3.

Per ipſam.n. & ſi bonum amatum realiter nobis non cōiungitur, tamen cōiungitur propter apprehenſionem & facultatem & poteſtatem habendi illud, vnde hoc modo cauſat delectationem.

21 *Memoria eſt cauſa delectationis.* vbi ſu. 1.ethi.c. 11.

Nam coniungit bonum amatum cū amāte, ſi eſt memoria de bono amato, ad hoc autem ſequitur delectatio memoria ergo rei amatæ eſt delectabilis.

22 *Triſtitia eſt cauſa delectationis per accidens.* vbi ſu. ar.4. 1. reth. c.11.

Si.n. eſt in actu, cauſat memoriā rei dilectæ, de cuius apprehenſione amans delectatur. ſi autem triſtitia nō ſit in actu, ſed in memoria tantum, ſic cauſat delectationem inquantum ſub ratione boni comprehēditur euaſio mali cauſantis triſtitiam.

23 *Actiones aliorum ſunt in nobis cauſa delectationis.* vbi ſu. ar. 5.

Ratio huius primo poteſt eſſe ex eo q̄ aliquando per actiones aliorum aliquod bonū nobis coniungitur, ali-

quando,quia per has fit in nobis æstimatio proprii boni,vel etiã cognitio,vt cũ laudamur,vel honoramur maxime a sapiẽtibus,vel amamur,vel in admirationem sumus:aliqñ etiam,quia operationes aliorũ æstimantur a nobis,vt proprium bonũ nostrũ propter vim amoris,q̃ facit æstimare amicum esse alterum se.His oĩbus modis operationes aliorum sunt nobis delectabiles.

vbi su. ar.6. 2.poli. lec.5. 1.eth.c. 11. *Benefacere alteri est delectabile.* 24

Tum quia aliqñ bonũ alterius reputamus nostrũ, tũ aliquando quia per hoc aliquod bonũ sperat quis consequi,Spes autem causat delectationem. tum etiã quia fit per hoc aliqua imaginatio superabundantis boni in seipso:tum etiam quia aliquãdo hoc est naturale:sicut naturale est liberali dare:tum etiam quia id facimus quandoq; propter aliquem amicum:quod autem fit propter amicum delectabile semper est.

1.2.32. 7. *Similitudo est causa delectationis.* 25

Cum.n.sit causa amoris,& amor causa delectationis, sequitur ꝙ similitudo etiã sit causa delectationis.similitudo.n.est quædam vnitas:vnde simile inquantũ vnum est delectabile & amabile per se:per accidens vero cõtristat,dum aliqñ proprium bonum corrũpit:vnde nimia copia cibi non delectat:& similiter faber non delectatur in simili fabro propter lucrum.

vbi su. ar.8. 1.eth. c.11. *Admiratio est causa delectationis.* 26

Nã admiratio est quoddã desideriũ sciendi cãm,quã ignorat homo videndo effectum.Ex desiderio autẽ causatur delectatio,si bonum desideratũ consecutus qs fuerit,& tanto maior quãto maius fuit desideriũ, si autem nõdũ consecutus est bonum,sed spem habeat cõsequendi,cũ ex spe causetur delectatio,patet ꝙ admiratio,si spe reĩ cognitio est cã delectatiõis.Sunt ẽt admirabilia delectabilia:sicut ea:q̃ sunt rara.Gaudet.n.aĩa cõferre vnum cum altero & noua veteribus iungere,quia hoc conferre

est proprius & connaturalis actus rationis.

27 *Dilatatio est effectus delectationis.* 1.2.433.

Delectatio.n. apprehensionẽ boni cõiuncti requirit: 1.
per hoc aũt ꝙ hõ cognoscit sibi coniunctũ esse aliqđ bo
nũ apprehẽdit se quãdã perfectionẽ adeptũ q̃ est spũalis
magnitudo,& sic magnificat̃ & dilatatur. Ex parte quoq;
appetitus dũ quiescit in bono amato quodãmõ dilatat
se ad capiendũ interius bonum totum amatum.

28 *Delectatio causat desiderium sui ipsius.* vbi su. ar. 2.

Si.n. est in actu accipiẽdo desiderium pro appetitu rei
nõ habitæ, sic causat desideriũ sui ipsius nõ per se loquẽ
do, sed scđm quod imperfecte habetur vt cũ auditur ora
tio vel melodia,& etiã hoc patet in cognitiõe dei in vita
pñti. si vero accipiatur desideriũ pro affectu qui tollit fa
stidiũ, sic delectationes spũales causant sui ipsius desidẽ
rium, q̃a perficiunt naturã,& cũ peruenitur ad consum-
mationẽ in ipsis, tũc sunt magis delectabiles, qđ nõ con
tingit in corporalibus, eo qđ augmentatæ & cõtinuatæ
faciunt superexcedentiã naturalis habitudinis,& sic effi
ciuntur tædiosæ: vnde ẽt cõtemplatio per accidens effi-
citur tædiosa inquantũ ei cõiungũtur aliquæ operatio-
nes virtutum corporaliũ. si aũt delectatio nõ sit in actu,
sed in memoria solum, sic est apta nata causare sui ipsius
desideriũ: si tñ hõ sit in ea dispositione, in qua fuit ei de-
lectabilis, aliter causabit fastidium: vñ memoria cibi qui-
busdam est fastidiosa propter indispositionem.

Delectatio perficit operationem. vbi su.

29 Quia est sicut qdã finis superueniẽs scđm qđ põt di- ar.4.
ci finis oẽ bonũ cõpletiue superueniens, inquãtũ.s. super 10.ethi.
hoc bonũ qđ est operatio superuenit aliquod bonũ, qđ c.4.
est delectatio, q̃ importat quietẽ appetitus in bono p̃sup
posito. Item ex parte agẽtis, indirecte tñ inquantum.s.
agens, quia delectatur in sua actione vehemẽtius attẽdit
ad ipsam & diligentius in ea operatur, vñ qui delectatur

contemplari a delectatione adiuuatur.

1a2.33. *Delectationes corporales impediunt vsum rationis.* 30

3. Tum quia destruunt rationē ab vsu suo, cum aliis fa

6.eth. c. ciāt animam vehementius intēdere, tum quia sunt cum

6. quadam transmutatione corporali, q̄ perturbat lumen rationis & impedit, ac quodāmodo ligat, tum etiam aliquā, quia sunt contrariæ alicui vsui rationis, sicut cū destruunt extimationem prudentiæ non autem speculationem, cui delectatio non est contraria.

1.2.35. *Delectationi contemplationis non est aliqua tristitia* 31

5. *contraria.*

Intellige aūt de delectatiōe, quæ habetur de ipsa contemplatione, nam sicut dictum fuit in libro.xij. delectatio & tristitia sunt contraria propter cōtrarietatem obiectorū, at obiecto contemplationis nihil est cōtrarium. Nam ēt contrariorum ratiōes scd̄m quod sunt apprehēsæ nō sunt contrariæ, immo vnū contrariū est ratio cognoscēdi alterum. Verū si delectatio contemplatiōis, accipitur pro delectatione quæ sequitur contemplationē, cum sit quies in re contemplata tūc posset habere tristitiam cōtrariam, si de re contraria tristaretur.

vbi su. *Dolor cordis maior est q̄ dolor exterior.* 32

ar.7. Dolor.n.interior repugnat per se appetitui, sed dolor exterior repugnat appetitui, quia repugnat corpori, semper aūt quod est per se est prius eo, quod est per accidēs. Ex parte quoq; apprehensionis, quia obiectū doloris & tristitiæ est malū coniunctum apprehensum, cum igitur imaginatio & ratio sint altiores virtutes quā sensus exterior, sequitur quod per se loquendo dolor interior sit maior dolore exteriori, hoc ex eo potest esse manifestū, quia dolor interior est vniuersalior. Nam quicquid repugnat corpori, potest esse repugnans interiori appetitui, & quicquid apprehenditur sensu, potest apprehendi per imaginationem & intellectum, non aūt econtrario,

verum ex dolore exteriori magis immutatur corpus q̃ ex interiori, sicut etiam ex imaginatione maior fit mu/tatio in corpore q̃ ex ratione, quia ratio est magis a cor/pore eleuata.

33 *Amor est primum principium tristitię.* 1.2.36. 1.3.

Obiectum.n.quod est malum coniunctum seu immi nens est causa tristitiæ per modũ finis. Amor aũt per mo dum principii, quia Amor dicit inclinationem quandam ad bonum. In quolibet autẽ motu terminus mouet si/cut finis, principium aũt est inclinatio mobilis ad illum. Si.n.non amaremus aliquam rẽ non tristaremur de ab/sentia eius, vel de contrario eius nobis cõiuncto, & quia bonum vniuscuiusq; rei in quadam vnitate cõsistit, ideo eo modo, quo amor boni est causa tristitiæ, sic ẽt amor seu appetitus vnitatis est causa eius, similiter quia bo/num amissum habet rationem mali, ideo sicut malũ cõ/iunctum est causa tristitiæ, sic & bonũ amissum, & eo mo do.s.per modum obiecti.

34 *Dolor aufert facultatem addiscendi.* 1.2.37. 1.3.

Omnes.n.potẽtiæ animæ in vna essentia animæ ra/dicãtur, & ideo necesse est q̃n intentio vehementer trahi/tur ad operationẽ vnius potentiæ, q̃ retrahatur ab ope/ratione alterius, dolor autem sensibilis maxime trahit ad se intentionẽ animæ, iccirco multum impedit facul/tatem addiscendi, immo potest esse etiam tantus, vt im/pediat facultatem contemplãdi iam scitum, vnde etiam alias operationes impedit, maxime quãdo illæ sunt eius obiectũ. nam homini repræsentantur, vt malum, & sic retrahitur ab eis, operationes tamen, quæ expellũt tristi tiam ex ipsa fortius augentur, nam quanto est maior tri stitia tanto homo magis conatur ad eam expellendam.

35 *Aggrauatio est effectus tristitiæ.* vbi su. ar.3.

Nam tristitia causatur ex malo imminenti, quod qui/dem ex hoc quod repugnat motui appetitus aggrauat

animam & impedit ipsam ne fruatur eo quod vult. & si sit spes euadendi, remanet ei motus ad expellēdum nociuum. si autem deficit spes, impeditur etiam motus animi interior. vt nec hac vel illac diuertere queat. & quandoq; ēt impedit᷑ motus corporis, ita vt hō stupidus remaneat in seipso, & quia humana vita consistit in quadam motione, quę a corde in cætera membra diffunditur, cui contrariatur tristitia, ideo tristitia maximū corpori nocumentum infert: quia repugnat vitali motioni ſm spēm suā, & non solum secundū quantitatem, sicut aliæ passiones. post hanc ēt nocent illæ passiones, quæ impediunt motum istum secundū speciem suā, quæ. s. important motum cum fuga & retractione, sicut timor & desperatio. Illæ vero, quæ ipōrtant motū appetitus ad prosequendū aliquid, nocent propter nimium excessum. sed quia non contrariant᷑ huic motioni secundū speciem. sed solum secundū quātitatem. ideo nō tātū nocent, sicut tristitia, & similes ei.

r. 2.38. *Quęlibet delectatio quemlibet dolorem aliqualiter mitigat.* 36
1.7.eth.
c.vlti.

Delectatio. n. ita se habet ad tristitiam in motibus appetitus, sicut se habet in corporibus quies ad fatigationē. sicut ergo quælibet quies remediū affert cōtra quālibet fatigationē ex quacūq; causa prouenientē, ita etiā quęlibet delectatio affert remedium ad mitigandū quālibet tristitiam ex quocūq; procedat.

Vbi su. *Fletus dolor amici compatientis, contemplatio veritatis, somnus & balnea mitigant tristitiam.* 37
ar. 3.4.
5.9.eth.
c.13.

Fletus quidem, quia omne nociuū interius inclusū magis affligit, quia magis multiplicat᷑ intentio animæ circa illud. sed quādo ad exteriora diffunditur, quodā modo disgregatur. Et hoc fit per fletum, & verba manifestando dolorem secundo etiam, quia fletus est operatio cōueniens dolenti. dolor aūt amici cōpatiētis. quia

cum tristitia sit quasi quoddā pondus sit imaginatio do lenti, quod illud onus alij cū ipso ferunt. & etiā quia, p hoc sentit se amari. quod est delectabile. Cōtēplatio aūt veritatis, quia in ea est maxima delectatio. vnde contēplatio diuinorum maximæ tristitiam mitigat. Balnea vero & somnus, quia cum tristitia repugnet vitali motioni corporis, illa, quæ reformant naturā corporalē in debitum statū vitalis motionis repugnāt tristitiæ & mitigant eā. balnea aūt & somnus sunt hmōi. ergo.

38 *Spes pertinet ad vim appetitiuam.* 1. 2. 40.

Vis. n. cognoscitiua perficitur nō secundū motuз cognoscentis ad res. sed secundū quod res cognitę sunt in cognoscente. spes aūt dicit quandā extensionē in proprium obiectū, vt patet ex ratione eiusdeз proprij obiecti. ad quā quatuor requiruntur. primo quidem, vt sit bonū, malū. n. nō speraē. secundo, vt sit futurum, quia pręsens non speratur. tertio vt sit arduum, quia parua nō speramus. quarto quod sit possibile haberi, quia impossibilium non est spes. In huiusmodi ergo obiectum spes extenditur. cui contrariaē desperatio, quia spes tēdit ad hoc bonum. Desperatio autem recedit. pertinet igitur ad appetitum sicut & desperatio. 2.

39 *Experientia iuuentus & ebrietas sunt causa spei.* Vbi sup. ar. 5. 6.

Experientia quidem quia facit arduuз esse possibile, eo quod per ipsam acquiritur facultas aliquid faciēdi. vnde etiam hoc modo diuitiæ & fortitudo sunt causa spei. Doctrina autē & persuasio sunt causa spei, quia faciunt ęstimationem quod aliquid sit possibile. & hoc ēt modo experientia est causa spei. quo etiaз modo potest esse causa defectus spei, quia per experiētiam homo aliquando facit sibi æstimationē, quod aliquid sit ei impossibile. Iuuentus autem, quia cum obiectum spei sit bonuз arduū futurū possibile adipisci, & iuuenes hēant multum de futuro & parū de præterito. & cum etiā abū 2. eth. c. 12. 3. eth. c. 10. 2. eth. c. 13.

dent caliditate, ex qua ampliatur cor, & cum nõ sint pas si repulsam, nec experti impedimenta in suis conatibus, iccirco sunt bonæ spei, quia viuunt in spe futuri, & in ardua tendunt animose, & de facili reputant aliqd sibi possibile. Ebrii vero sunt bonæ spei, ppter caliditatẽ & multitudinem spirituum, & propter inconsyderationẽ periculorum. Stulti quoq; sunt bonæ spei, quia propter inconsyderationem omnia tentant.

1.2.40. 7. *Spes est aliquo modo causa amoris.* 40

Quia.n. bonũ arduũ possibile, fit nobis aliqñ p alios possibile, ideo mouemur in eũ, per quẽ fit nobis possibile bonũ tanq; in bonum nostrũ, & sic incipimus eũ amare, verũ si spes respiciat bonũ speratũ, sic nõ causat amorẽ, sed ex amore causat̃. nõ.n. est nisi de bono amato.

vbi su. ar. 8. *Spes adiuuat operationem.* 41

Æstimatio.n. ardui excitat attentionẽ. Æstimatio vero possibilis non retardat conatum. vnde sequit̃ q̃ homo intente operatur propter spem. Item cum spes causa sit delectatiõis, quæ adiuuat operationem, sequit̃ quod ẽt spes hoc modo operationem adiuuet, & sic adiuuat eam & ratione obiecti, & ratione effectus.

1.2.42. 3. 2. eth. c. 5. *Timor proprie non est de malo culpę.* 42

Timor.n. est de malo futuro arduo propinquo quod nõ potest de facili vitari. Sed malũ culpæ omnino subiacet nostræ voluntati, & ideo nõ habet proprie rationẽ terribilis. põt tñ esse timor de inclinatiuo ad culpã, vt de mala societate & hic est magis timor seductiõis q̃; culpę.

1.2.42. 4. *Timor timeri potest.* 43

Põt.n. quis timere ne immineat ei necessitas timẽdi, propter ingruentiã alicuius excellentis mali & sic illũ timorẽ apprehendit tanq; malũ arduũ. Verum est tñ quod aliquando dicitur quod timor nõ potest timeri, quia accipitur timor sensibilis qui subiacet imperio rõnis & voluntatis, & ideo proprie ille non timetur.

44 *Insolita & repentina & ea, quę non habent remedium incutiunt maiorem timorem q̄ cętera.* vbi su. ar.5.6.

Oia.n.corporalia & bona & mala quanto magis cōsyderant̄, minora apparēt. Quia ergo insolita mala & repētina sunt minus cōsyderata, & qa ēt ad ea repellenda hō minus est p̄paratus, idcirco maiorē timorē incutiunt q̄ cætera, ea ēt, q̄ non habēt remedium apprehēduntur, vt diuturna & q̄si ppetua & cōsequēter sub ratione maioris mali, & ideo ea magis timentur q̄ alia.

45 *Amor & defectus sunt causa timoris.* 1.2.43. p totū.

Amor quidē, quia ex hoc φ aliquis amat aliqđ bonū, seqtur qđ priuatio talis boni sit ei malū. & sic hæc priuatio ab eo timet̄. Si.n.qs nihil amaret, ēt nihil timeret. Defectus aūt qa malū arduū propinquū, cui de facili nō potest resisti, est cā timoris. Qđ aūt illi nō de facili pōt resisti, causa est debilitas virtutis ipsius timētis. Ex quo ēt sequitur qđ virtus incutientis timorē sit causa timoris, sicut cū quis timet, φ aliquis velit inferre nocumentum sibi, quia læsus fuit, vel quia timet lædi.

46 *Timori sex species assignantur.*

In operatiōe.n.hois pōt labor timeri, & sic causat̄ segnities, dū.s. qs refugit operari propter timorē excedentis laboris. pōt ēt timeri turpitudo futura, & sic est erubescentia, vel turpitudo p̄terita, & sic est verecūdia. In exterioribus aūt rebus aliqs aliq̄n timet propter malum magnū, cuius exitū cōsyderare nō sufficit, & sic causat̄ admiratio, vel timet ex dissuetudine, p̄pter quā ei vt malū repræsentat̄, & sic causat̄ stupor, q p̄cedit ex insolita imaginatiōe, vel qa non pōt prouidere & sic causatur agonia. 1.2.41. 4.

47 *Timor est causa cōtractionis, tremoris, consilii & impedit operationem.* 1.2.44. p totū.

In passionibus.n.aiæ formale est motus appetitiuæ potentiæ: materiale aūt est trāsmutatio corporis, sed. in 2.eth. c.5.

voluntate timor & aliæ passiões sunt simplices actus, & nõ fit per hoc trãsmutatio corporalis, nisi per quãdã redũdantiã superioris partis ad inferiorẽ, ideo ẽm rõnem appetitiui motus seqtur trãsmutatio corporalis. Timor aũt quandã contractionẽ importat, quia causat ex defectu virtutis, virtus aũt deficiẽs ad interiora se trahit tãquã ad arcẽ, sicut patet in morientibus, quorũ virtus ad interiora se trahit propter debilitatẽ, & ex hoc sequit cõtractio spirituũ & caloris ad interiora, & ex cõsequẽti cũ exteriores partes relinquãtur a calido, & a virtute animę cõtinente illa mẽbra, accedit in eis frigiditas, & tremor, cũ apprehendimus malũ futurum, vt magnũ & difficile, q̃rimus cõsilia vt euadamus. Ex tremore aũt sequit debilitas in operatiõibus, & sic exteriores operatiões impediuntur, si ẽt sit tãtus, vt rationẽ perturbet, impedit etiã operationẽ ratiõis. Si vero ratio nõ perturbatur magis adiuuat inquantum facit hoiem magis solicitum, & facit attentius ipsum operari & consiliari.

1.2.45. *Nihil quod ad defectum pertinet est causa audaciæ.* 48

2.3. Audacia.n. sequit spem. ex hoc.n ꝙ aliqs sperat se posse superare pericu'ũ iminẽs, audacter insequitur ipsum. Nã passiões, q̃ malũ prosequuntur, nõ illud prosequuntur per se, sed inquãtũ est eis aliqđ bonũ adiunctũ, vnde sequũtur passiões, q̃ bonum prosequũtur. sicut ergo audacia sequitur spem, ita timorẽ desperatio, quia ẽt bonũ nõ fugitur per se, sed inquãtũ ei coniungitur malũ. Illa ergo, q̃ faciũt æstimationẽ aliquid esse possibile adipisci per se, vel per alios sunt apta nata causare audaciã, sicut fortitudo corporis experiẽtia, diuitiæ, multitudo amicorũ, & p̃sertim auxiliũ diuinũ, vnde philosophus dicit in rhetorica, ꝙ illi, qui bene se habẽt ad diuina, audaciores sũt. Itẽ ẽt remotio terribiliũ excludẽs timorẽ causat

3.2 par. audaciã, vt cum homo nõ habet inimicos, vel nulli no-

ani. c.4. cuit, vel nullũ aliud periculũ videt. Itẽ ẽt illi, q habẽt cor

calidũ, sunt audaciores cæteris, vñ qui habẽt paruũ cor, sunt audatiores eis, qui habent magnũ; & qui habẽt pulmonẽ sanguineũ, quia ex eo sequitur caliditas in corde. & similiter vini amatores, per caliditatẽ.n. amplificatur cor & extenditur.

49 *Audaces sunt promptiores in principio periculorũ q̃ in ipsis periculis: sed fortes e conuerso.* 1.2.45. 4.

Nã audacia sequit̃ apprehensionẽ sensitiuã, q̃ non est collatiua, & ideo audaces subitũ habent iudiciũ, vnde in principio non põt oĩa, q̃ circunstant, agnoscere, & ideo, qñ sentiunt periculũ, habent maiorẽ difficultatẽ & deficiunt, sed fortes oĩa per rationem cõsyderant, vnde frequenter inueniunt in periculis multo minora quã credebant, & ideo in principio sunt remissi, quia cum deliberatione agunt, sed cum sunt in periculis, propter bonũ virtutis, quod in eis perseuerat, fortiter agunt. 3.ethi.c. 8.lec.15

50 *Ira est ad eos solum, ad quos est iustitia vel iniustitia.* 1.2.46.

Ira.n. respicit duo obiecta.s. vindictã, quã appetit, & eum, de quo vindictã q̃rit, & circa vtrunq; quãdã arduitatẽ requirit. Nã q̃ modica sunt, nulla re digna existimamus, vnde cõtra talia non irascimur, ideo qui irascit̃ syllogizat de pœna infligẽda pro nocumẽto sibi illato, qm̃ s. oportet tales statim oppugnare, q̃ inferunt nocumẽta, ideo appetit malũ sub ratiõe iusti vindicatiui, inferre.n. vindictã ad iustitiã pertinet, lædere vero ad iniustitiam, ira ergo ad eos est, ad quos est iustitia & iniustitia, potest tñ esse in brutis animalibus inquantũ naturali instinctu mouentur ad aliquid simile operibus rõnis, vnde ẽt homo ex sola imaginatiõe iniuriã nunciante, mouet̃ etiam contra res inanimatas ẽm similitudinẽ illius motus, qui est in aĩalibus contra quoddã nociuũ. Quia ergo ira est cũ rõne, ideo dicitur magis naturalis hominis q̃; concupiscentia, q̃ minus rõnẽ sequitur ẽm naturam spẽi, sed ẽm naturam, qua homo est aĩal est naturalior concupi- 3.4.5.7. 8. 7.ethic. 9.lec.6.

ſcentia.Ex ipſa.n.natura generis homo habet quãdã na-
turalẽ inclinationẽ ad appetendũ ea,q̃ ſunt cõſeruatiua
ſpeciei,vel indiuidui,q̃ magis appetuntur q̃ vindictæ.
4.ethi.c. Ex cõplexione tamen indiuidui ira videtur eſſe natura-
11. lec. lior:quia cholera,quæ igni aſſimilatur citius mouet q̃
13. cæteri humores,vñ quidã irati vocantur acuti,quia cito
ſcđa ſe- iraſcuntur,quidam amari,quia retinent diu irã,quidam
cunde difficiles,quia nunq̃ quieſcunt,niſi puniant.
58.5. *Ira eſt appetitus punitionis cum triſtitia propter appa-* 51
1.2.47. *rentem parui penſionem non communiter factam.*
p totũ. Vindicta.n.& appetitus punitiõis non habent locum,
2.reth. niſi vbi præceſſit iniuria,q̃ pertinet ad eũ,qui iraſcitur.
c.2. Nã naturaliter vnuſquiſq; proprium malũ repellit,vnde
motiuũ iræ ſemper aliquid eſt cõtra ſe factum,quod vt
ſic apprehenditur ſub rõne iniuſti.Et hoc maxime eſt,qñ
malitia creditur eſſe factũ,nam qñ aliquis iniuriatur ex
ignorantia vel ex paſſione ſuperueniente,non iraſcimur
contra eum,vel minus iraſcimur,quaſi putantes ipſum
eẽ venia dignum.Cum aũt ex induſtria facit iraſcimur,
quia credimus ex cõtemptu peccare & nos paruipẽdere,
& agere contra excellentiã noſtram,quã valde omnis hõ
deſiderat,& ideo hoĩes excellentes facilius iraſcũtur,qñ
iniuſtius paruipenſionẽ patientes,& preſertim ſi a per-
ſonis vilibus paruipendantur,licet ẽt infirmi,& defecti-
bus ſubiacentes faciliter iraſcantur propter triſtitiã,cui
multũ ſubiacẽt,quia nocumẽtũ eſt cauſa triſtitiæ & iræ,
licet diuerſimode & triſtitia diſponit ad iram.
1.2.46. *Ira nõ eſt ad ſe,ſed ad alium,nõ tñ ad oẽs iniuriantes,* 52
7.ſcðm. *ſed ad aliquos & magis ad vnum q̃ ad alium.*
Licet.n.aliquis videat qñq; iraſci ſibiipſi,& de ſeipſo
vindictã facere,vt patet de pœnitente,tamen hoc non di
citur proprie iraſci,ſed metaphorice,ſicut & metaphori-
ce dicitur hõ habere ad ſe iuſtitiã & iniuſtitiã,inquãtũ.ſ.
ratio regit concupiſcibilẽ & iraſcibilẽ,proprie aũt quis

irascitur alteri, sicut proprie ad alterũ est iustitia, quã ira, vt dictum est, attendit non tamen ad omnes iniuriantes, quia non est ad personas multum excellentes, nam cum respiciat vindictam & possibilem, nõ insurgit motus iræ nisi adsit spes vindicandi, quod respectu personæ multum excellentis non contingit. Quando ergo talis persona infert nocumentum, insurgit tristitia, & nõ ira. Itẽ non est ad mortuos, nisi modo dicto de rebus inanimatis, inquantum motus iræ ex imaginatione & non ex ratione procedit, tum quia non dolent, quod maxime q̃runt irati in eis, quibus irascuntur, tum quia non est ad eos vindicta, cum eorum non sit iniuriam facere. Non est etiam æqualiter ad omnes, ad quos potest esse, magis enim irascimur amicis, si paruipendant, & iniuriam inferunt, q̃ inimicis, quia talis iniuria videtur magis indigna, vt pote ab iis, a quibus putabamus magis oportere bene fieri.

1.2.46. 1. 1.2.46. 7. p̃mũ. 2. reth. c.2. 1.2.47. 4. tertiũ 2. reth. c.2.

53 *Ex ira procedit delectatio, feruor, impedimentum rationis & taciturnitas.* 1.2.48. p totũ. 2. reth. c.2.

Ira.n. insurgit ex iniuria contristante, cui tristitiæ remedium adhibetur per vindictam. & ideo ad præsentiã vindictæ sequitur delectatio, & si vindicta realiter perficiatur fit delectatio perfecta, si autem non sit perfecta, tunc causat delectationẽ per continuationem imaginationis eius & spem, & quia transmutatio corporalis seq̃tur motum appetitus, & motus irę est motus insecutionis, cui proportionatur calor, consequenter motus iræ est causatiuus cuiusdam feruoris sanguinis & spiritũũ circa cor, quod est instrumentum passionum animæ, & ex hoc impeditur ratio, quæ & si non sit in organo corporali indiget tamen quibusdam naturalibus instrumẽtis sensitiuis, quorum actus impediuntur corpore perturbato, & quia talis perturbatio vsq; ad exteriora membra perducitur, maxime ad ea, in quibus relucet vestigiũ

cordis, sicut in oculis, in facie, & in lingua, hinc est quod per iram, facies ignescit, lingua se præpedit & balbutit, vel totaliter silet, exasperatur oculi, cor palpitat, corpus tremit: aliquando tamen taciturnitas sequitur ex vigore rationis, quę imponit sibi taciturnitatē in illo impetu iræ, ne inordinate loquatur. Igitur de anima vegetatiua, sensitiua, appetitiua, motiua, & intellectiua, quantum ad intellectum & voluntatem, & de omnibus rebus naturalibus hæc compendiose dicta sufficiant. Reliquum est ergo, vt ad moralia descendamus.

Explicit liber quintusdecimus & vltimus de voluntate. Et explicit compēdium philosophiæ naturalis fratris Hieronymi de Ferraria ordinis prædicatorum.

Postilla in librum quintumdecimum.

Quoniam voluntas sequitur intellectum conuenienter post tractatum de intellectu & anima intellectiua sequitur tractatus de voluntate. In quo duo principaliter facit auctor. primo enim agit de ipsa voluntatis potentia, secundo de actibus eius. Quo ad primum prīo determinat quæstionem an est in prima conclusione. secundo q̄stionem quid comparando illam ad intellectum quo ad distinctionem in secunda: quo ad nobilitatem in tertia: & quo ad motionem in quarta. tertio manifestat modū quo aliquid vult in quinta: ex quo sequitur ipsam esse separatā ab organo sicut & intellectus quod declarat in sexta. Demum ostendit eius vnitatem quia scilicet non distinguitur in duos appetitus sicut appetitus sensitiuus in septima. Quo ad secundū præmisso quales sint actus voluntatis in octaua, primo agit de amore ostendēs qd sit per comparationem ad dilectionem amicitiam & cari

tatem in nona: & quomodo diuiditur in decima: secundo de odio quod opponitur amori, & specialiter de odio sui in vndecima: & odio veritatis in duodecima: de his enim est dubium an possint odio haberi. tertio de concupiscentia quæ sequitur amorem ostendés quomodo est propria homini & quomodo nó in tertiadecima: & quanta est in q̃rtadecima. videtur enim præ aliis habere quendam excessum. quarto de delectatione, declarans naturã eius per comparationem ad gaudium in quintadecima: diuersitatem scilicet spiritualium & corporalium comparando illas ad inuicem in sextadecima: & naturalium & innaturalium in decimaseptima: causas a decimaoctaua: vsq; ad vigesimamsextam: in quibus manifestat nouem causas eius, quæ quouis modo ordinentur non multũ refert. Et effectus eius qui sunt quattuor a vigesimaseptima: vsq; ad trigesimam: quinto agit de tristitia quæ opponitur delectationi & ostenso quomodo contrariatur illi in trigesimaprima: distinguit ipsam per interiorẽ & exteriorem comparãdo illas adinuicem, in trigesimasecunda, deinde agit de causa eius in trigesimatertia, de effectibus eius in trigesimaquarta, & trigesimaquinta: & de remediis: in trigesimasexta: trigesimaseptima. sexto agit de spe manifestans eius naturam in trigesimaoctaua: causam in trigesimanona: & effectus in q̃dragesima: & quadragesimaprima. septimoq; agit de timore qui opponitur spei, declarando eius obiectum siue de quo est timore vel esse potest in quadragesimasecunda, & quadragesimatertia: a quibus causatur in quadragesimaquarta: & quadragesimaquinta: quot species habet in quadragesimasexta: & quos effectus producit in quadragesimaseptima: octauo agit de audacia quæ opponitur timori: ostendens causas eius in quadragesimaoctaua: & effectũ in quadragesimanona. Demũ agit de ira s̃m q͛ est actus voluntatis, declarans obiectum eius in. 49. Motiuũ siue causam in. 50. ad quos est in. 51. & eius effectus in. 52. &

ſic terminatur ſcientia naturalis in notitia animæ rationalis & merito, quia eſt finis omnium naturalium, & terminus etiam ipſius philoſophię naturalis vt docet philoſophus in ſecundo phy. Eſt enim partim ſeparata & partim coniuncta corpori, vt ibi dicitur. De libero autem arbitrio q̃;uis ſit eius facultas hic non agitur: tum quia eſt idem in eſſentia cum voluntate, tũ quia tractatur de ipſo immediate in principio philoſophiæ moralis: hæc igitur de naturali ſufficiant.

FINIS.

COMPENDIVM PHILOSOPHIÆ MORALIS FRATRIS HIERONYMI DE FERRARIA ORDINIS PRÆDICATORVM.

INCIPIT LIRER PRIMVS DE VLTIMO FINE HVMANÆ VITÆ.



1 *Omini conuenit agere propter finem.* Sã.tho.
Actionum.n.quæ ab homine agun- 1.2.q.1
tur, illæ solum dicuntur humanæ, quę ar.1.
sunt hominis inquantum homo: hoc 2.phy.t.
est inquantum ab aliis animalibus dif- t.c.49.
fert, homo autem ab aliis animalibus 1.eth.c.
differt per hoc, quod est dominus suorum actuum per 1.lec.1.
rationem & voluntatem, vnde illæ actiones proprie di- s.t.
cuntur humanæ, quæ ex deliberata ratione procedunt,
alioquin poterunt esse actiones hominis non tamen hu
manæ. Quia ergo obiectum volũtatis est bonum, & fi-
nis, & omnes actiones, quæ procedunt ab aliqua poten-
tia, causantur ab ea secundum rationem sui obiecti, se-
quitur ꝙ omnes actiones humanæ sunt propter finẽ: &
sic homini conuenit agere propter finẽ, inquantũ est hõ.

Homo est liberi arbitrii. s.t. pria

2 In naturalibus.n.quædã absq; iudicio agunt, vt gra- q.83.ar.
uia, quæ deorsum descendunt, quædam cum iudicio na 1.
turali, sed non libero, quia ad iudicandũ naturali instin-
ctu ducuntur de solis particulatibus, vt bruta: homo ve
ro agit iudicio libero, quia iudicium eius est ex collatiõe
quadã ratiõis, vnde potest in diuersa ferri, & diuersa eli-

gere,& vnum eligere refutato altero,hoc autem est libe-rum arbitrium,ergo homo est liberi arbitrii.

vbi su. ar. 2. 3. *Liberum arbitrium hominis non est habitus, sed est realiter ipsa hominis voluntas.* 3

4. Habitus.n.sunt qualitates, per q̃s homo ad actus bene,vel male se habet,ita q̃ si habet habitum malum,male se habet ad actum,si bonum,bene:liberum autem arbitrium indifferenter se habet ad bonum, & ad malum eligendum.Cum igitur bonum inquantum huiusmodi obiectum sit appetitus,patet q̃ liberum arbitrium pertinet ad virtutẽ appetitiuam.Cum autem sequatur rõnẽ, patet etiam q̃ pertinet ad appetitũ rõnalẽ:sed in homine non ponimus nisi vnum appetitum rationalẽ qui est voluntas:ergo oportet q̃ liberum arbitrium sit idẽ q̃ voluntas.distinguitur autẽ ab ea ratione secundum quandam proportionem ad intellectum & rationem.intellectus enim prout est circa prima principia vocatur intellectus:prout vero discurrit ad conclusiones dicitur ratio: ita etiam voluntas prout respicit finem dicitur volũtas, quia finis in agibilibus est sicut principium in speculabilibus,prout vero respicit ea,quæ sunt ad finẽ,dicitur liberum arbitriũ,cuius actus est eligere ea,quæ sunt ad finem,quæ se habent in agibilibus,vt conclusiones in speculabilibus.

1. 2. q. 1. ar. 1. *Proprium hominis est, vt se ducat ad finem.* 4

Illud.n.quod cognoscit rationem finis,& eorũ, quæ sunt ad finem,& habet dominium suorũ actuũ, proprie seipsum potest ducere in finem:sed homo est huiusmodi,cum sit rationalis & liberi arbitrii,ergo seipsum ducit in finem.Cætera vero animalia,cum non cognoscant rationem finis & eorum,quæ sunt ad finem,nec sint liberi arbitrii,aguntur in fines suos naturali quodã instinctu, & ideo inter animalia & inter corporalia solus homo seipsum ducit in finem.

5 *Actus humani a fine speciem sortiuntur.* vbi su. ar.3.
Vnumquodq;.n.speciem sortitur secundum actum & non secundum potentiam. Actio igitur speciem sortitur ab actu, q nihil aliud est q̃ principium agendi: passio vero ab actu, qui est terminus motus. calefactio.n.est motus a calore si actiue accipiatur. si autem passiue est motus ad calorem. quia ergo homo habet dñium sui actus, & seipsum mouet, & ducit ad finé: sui actus possunt cõsyderari per modum actionum, & per modũ passionũ. Principium autem ipsorũ nihil aliud est q̃ finis, qui appetitur, & huiusmodi etiam est terminus eorum. appetibile enim est principium moués appetitum: & terminus ad quem mouetur. siue ergo actus humani consyderentur per modum actionum, siue per modum passionum speciem a fine sortiuntur.

6 *Necesse est esse aliquem vltimum finem humanæ vitæ.* vbi su. ar.4.
In omnibus.n. quæ per se habent ordiné ad se inuicé necesse est q remoto primo remoueantur ea, quæ sunt ad primum: primũ aũt in finibus secundum ordiné intentiõis est vltimus finis, si ergo hic subtrahatur, sequitur q nihil ab homine intédatur: & quod nihil possit appeti: nihilq; terminari: & q nullo modo possit homo secũdum appetitum quiescere. Similiter si subtrahatur primum, a quo aliquis incipit operari, vt ad finem perueniat, quod in executione est primum, nullus posset incipere operari: nec aliquis hoc tétaret, nec de hoc fieret consilium, sed in infinitum procederetur. Necesse est igitur esse aliquem humanæ vitæ finem vltimum, & aliquod principium, a quo incipit operari. 1. eth.c. 1. lec. 2. s.t.

7 *Impossibile est voluntatem vnius hominis in plura ferri sicut in vltimos fines.* 1.2. vbi su. ar.5.
Illud enim aliquis appetit vt vltimũ finem, quod appetit vt bonũ perfectum & completiuũ sui ipsius, oportet igitur quod vltimus finis ita impleat appetitũ totum,

vt nihil extra ipſum appetẽdum relinquatur, quod eſſe non poſſet, ſi aliquid extraneum appetendum ad ipſius perfectionem requiratur. Præterea vltimus finis dicitur illud: quod naturaliter appetitur: ſicut primum principium intellectus, ꝙ naturaliter cognoſcitur. Natura aũt eſt ad vnum determinata. Præterea, cum actiones humanæ a fine ſpeciem ſortiantur, a fine vltimo ſortiuntur rationem generis. Cum ergo oẽs ſint vnius generis, oportet ꝙ omniũ ſit vnus vltimus finis. In vnoquoq;.n. genere eſt dare vnum primum, quod eſt maxime tale & cã aliorum illius generis.

vbi ſu. ar. 6. 1. ethi. c. 1. lec. 2. ſ. 1. *Quæcunque homo vult propter vltimum finem vult.* 8

Quicquid.n. homo appetit: ſub ratione boni hoc appetit, ſi ergo aliquid appetit non ſub ratione boni perfecti, quod eſt vltimus finis neceſſe eſt vt appetatur, vt tendens in bonum perfectum, quia ſemper inchoatio alicuius ordinatur ad perfectionẽ eius. igitur appetet ipſum, vt tendens in finem, & cum nõ ſit procedere in infinitũ, patet quod propter vltimum finem, appetet omnia, quæ in finem tendunt. Præterea cum vltimus finis ſit primũ mouens, patet qꝺ nihil mouet niſi in virtute eius. non oportet tamen quod ſemper conſyderetur actu: ſed ſufficit ꝑmæ virtus intẽtiõis q̃ in quolibet appetitu manet.

1. 2. vbi ſu. ar. 7. *Omnium hominum eſt vna ratio vltimi finis.* 9

Omnes.n. homines appetunt ſuam perfectionẽ adimpleri, quæ eſt ratio vltimi finis. non tamen omnes conueniunt quantum ad id, in quo iſta ratio inuenitur: vnde quidam appetunt diuitias tanq̃ bonum cõſumatũ, qdã honores, & quidã aliqd aliud, ſicut guſtui eſt delectabile dulce, ſed nõ cuilibet guſtui eſt delectabile dulce in qualibet re, ſed cuidam in melle: cuidam in vino, vel in alio huiuſmodi.

vbi ſu. ar. 8. *Hominis vltimus finis eſt etiam finis omnium.* 10

Hoc autem intelligo de vltimo fine, cuius gratia ali-

quid fit.i.de re,quæ est finis nam finis omnium rerũ est deus,qui est etiam omnium prima cã: sed si loquamur de fine quo.i.de adeptione vltimi finis:sic non omnium est vnus vltimus finis:quia non omnia possunt adipisci Deum intelligendo & amando. Aliæ enim creaturæ ab homine adipiscuntur deum inquantum participant aliquam eius similitudinem,secundum quod sunt,vel viuunt,vel etiam cognoscunt:homo autem,& cęteræ creaturæ rationales per cognitionem intellectiuam & amorem:& quia finis vltimus & beatitudo sunt idẽ:ideo nũc de beatitudine dicendum est.

11 *Beatitudo hominis non consistit in diuitiis,nec in honore,nec in gloria,nec in potestate.* 1.2.q.2. ar. 1. 2.

Beatitudo enim est vltimus finis,ad quem omnia ordinãtur:& ipsum ad nihil aliud ordinatur.Et cum sit vltima perfectio beati,& perfectio sit in perfectibili,oportet beatitudinem esse in beato. Et cum sit summum bonum non patitur secum aliquod malum , & ideo oportet,ꝙ sit per se sufficiens,nullo indigẽs,ex qua nulli potest malum accidere,& ad quam homo per principia interiora ordinatur,quia ad ipsam naturaliter ordinatur.Diuitiæ autem si sunt naturales,ordinãtur ad hominis vitam.Artificiales vero ad naturales:Honor autem est magis in eo,qui honorat,& quia fit in signum excellentiæ, ideo sequitur excellentiam , quæ maxime attenditur secũdum beatitudinem , Gloria autem,quæ est notitia cũ laude,si est in hominibus,etiam ipsa magis sequitur beatitudinem.ex notitia.n.bonitatis alicuius sequitur laus eius.Potestas autem potest se habere ad bonũ & ad malum:vnde patitur secũ malũ.immo omnia,q̃ enumeraui mus,patiuntur secũ malũ,& non sunt per se sufficientia homini:& ex eis possunt mala homini prouenire,& magis proueniunt homini ab exteriori q̃ ab interiori principio. In nullo igitur horum consistit beatitudo.

3.4. 1.ethi.c. 6. lec.5. s.t.

1.2.vbi *Nec in bonis corporis, nec in voluptate, nec in bonis* 12
su.ar.5. *animæ nec in aliquo bono infra deum beatitudo homi*
6.7.8.
1.eth.c. *nis consistit.*
6. lec.5. Corpus.n.& oia eius bona ad animam ordinantur.
5.t. Materia.n.est propter formam, vnde cũ voluptas corpo
ralis sit aliquod bonum corporale, & particulare, nõ po/
test in ea consistere beatitudo, quia anima in sui opera/
tione excedit particularia bona. & quia ipsa anima, & oẽ
quod est in ipsa, est particulare bonum, nõ potest in ea,
nec in bonis eius cõsistere beatitudo: licet per ipsam, vel
per aliquam virtutem eius ad vltimum finem adipiscen/
dum perueniat. & similiter cum beatitudo totaliter quie
tet appetitum, & omne infra deum sit particulare, patet
ꝙ anima intellectiua non potest in aliquo bono infra
deum quiescere.

1.2.q.3 *Beatitudo est operatio hominis perfecta.* 13
ar.1.2.3 Beatitudo.n.est vltimus finis, sed finis dupliciter dici/
1.eth.c. tur.s.cuius & quo, finis cuius est obiectum operationis
9.lec.10 & res ipsa, finis autem quo est adeptio ipsius rei, loqui/
itẽ.10. mur ergo de beatitudine, secundum quod est finis quo.
c.7.lec. Cum igitur beatitudo sit perfectio hois: & vnũquodq;
9.5.t. intantum dicatur perfectum, inquãtum est in actu: & cũ
vltimus hominis actus sit eius perfecta operatio, sequit̃
ꝙ beatitudo sit hominis perfecta operatio. Non est ergo
operatio alicuius, nec aliquorũ sensuum, quia non est ta
lis operatio perfecta in homine, seu vltima.

1.2.vbi *Beatitudo non est essentialiter actus voluntatis, sed in/* 14
su.ar.4. *tellectus.*
10.ethi
c.8.9. Beatitudo.n.est consecutio vltimi finis, quæ non con
lec.10. sistit in actu voluntatis. nã aut finis, in quẽ tendit volun
11.5.t. tas, non est p̃sens, & sic non habet beatitudinem, aut est
præsens, & in ipso delectatur, sed non potest esse p̃sens
nisi per actũ intellectus ipsum repræsentantẽ: quia vo/

lantas non fertur nisi in bonum cognitũ per intellectũ, ergo prius est intelligere, ꝙ per intellectum acquiratur vltimus finis, q̃; per voluntatem. essentialiter ergo consistit beatitudo in actu intellectus, sed delectatio volũtatis postea consequit̃ tanq̃; proprium accidens, velut pulchritudo iuuẽtutẽ, q̃ ipsam perficit. Hoc ẽt patet ex eo ꝙ beatitudo est primum obiectũ voluntatis, & cõsequẽter primum volitũ, sicut aũt primum obiectũ visus non põt esse visio, sed aliquod visibile: ita primũ obiectũ voluntatis non potest esse actus voluntatis, sed aliquid, quod est obiectũ ipsius actus, omne.n. velle est respectu alicuius voliti. Dicendum ergo, ꝙ obiectum volũtatis, quod est ipsa beatitudo, est coniunctio intellectus cum vltimo fine, in qua coniunctione voluntas delectatur.

15 *Beatitudo non est operatio intellectus practici sed speculatiui.* 1.2. vbi su. ar. 5. 0. eth. vbi su. itẽ. c. 9. lec. 12. 5.

Cum.n. intellectus sit altior omni potẽtia, q̃ sit in homine, eo ꝙ respicit obiectum simplicius, & magis abstractum, & beatitudo sit hominis perfectissima operatio, q̃ est perfectissimæ potẽtiæ, respectu perfectissimi obiecti, necesse est, ꝙ beatitudo in intellectus operatiõe cõsistat: & q̃a cõtemplatio quæritur propter se, & operatio intellectus practici propter aliquẽ finẽ, oportet ꝙ beatitudo sit operatio intellectus speculatiui, quę est optima, & per quam assimilatur deo & intelligentiis.

16 *Beatitudo nõ cõsistit in cõsideratiõe speculatiuarũ sciẽtiarũ, nec ĩ cognitiõe substãtiarũ separatarũ infra deũ.* 1.2. vbi su. ar. 6. 7.

Nam consideratio speculatiuæ scientiæ non se extendit vltra virtutem principiorum, quia in principiis tota scientia virtualiter continetur. principia autem scientiarũ speculatiuarũ sunt per sensum accæpta: & ideo cõsyderatio scientiarum speculatiuarum non se potest extendere vltra sensibilia, vel vltra ea, q̃ per sensibilia cognosci põt: per sensibilia autem nõ põt homo cognoscere sub-

stantias separatas, vt probatum est supra in philoso-phia naturali. omnia autem sensibilia sunt infra hominem. Et non possunt esse perfectio intellectus nostri, nisi per accidens.i.inquantum participant aliquid, quod est supra intellectum humanum. omne autem quod est per accidens, reducitur ad id, quod est per se. oportet ergo dicere quod in istis inferioribus sensibilibus non consistat beatitudo speculationis nostræ. sed nec in substantijs separatis infra Deum, quia intellectus noster, cum pro obiecto habeat ens, & verum, nunquam quiescit vsquequo ad perfectam cognitionem huius obiecti peruenerit. vnde statim cognitio effectu desiderat cognoscere causam. si ergo videret & cognosceret perfecte substantias separatas, sciret eas habere causam, & sic non quiesceret, donec causam cognosceret. Si autem nõ cognosceret eas habere causã, imperfecte cognosceret. Et sic etiam non quiesceret, donec perfectam cognitionem haberet. In his ergo beatitudo eius non est. 2

Vbi su. ar. 8. *Beatitudo hominis in visione Dei per essentiam consistit.* 17

Homo.n.nõ potest esse beatus proprie quãdiu ei aliquid desiderãdum restat. Cum autem peruenerit ad visionem primæ causę omnium rerũ, nihil ei restabit desiderandnm: quia hæc est ipsum esse & ipsa veritas, & sũmum bonum, vt infra probabitur. Tunc.n.non quæret amplius causam, quia primæ causæ non potest quæri causa. ergo in tali visione erit beatus: anteq̃ autẽ ad illam pueniat restat aliquid appetendum. 2

1.2. q.4 *Ad hominis beatitudinem requiritur delectatio com-prehensio & rectitudo voluntatis.* 18
ar. 1. 2.
3.4. Quadrupliciter.n.requiritur aliquid ad aliud, vel sicut præambulum, aut præparatorium ad illud, vel si-
1.eth.c. cut perficiens: vel sicut coadiuuans extrinsecum, vel si-
10. 11. cut concomitans. delectatio igitur requiritur tanquam
lec. 14.

concomitans,quia eſt quædam quies in bono adepto. vnde cum voluntas non quærat bonũ propter delectationẽ ſed magis quietatur in bono propter bonitatem eius:ſequitur quod ipſa opatio,in qua quietatur ſit principalius bonũ in beatitudine quam delectatio. Cõprehenſio quoque cõcomitatur,quia nihil aliud eſt quam habitudo quædã cõprehendentis ad finẽ iam habitum. vnde nõ dicit operationem aliquã præter viſionẽ. Rectitudo autẽ voluntatis requiritur ad beatitudinem tã quam præambulũ, & præparatorium ipſius,forma.n. requirit diſpoſitionem materię. Requiritur etiam tãq; cõcomittans,quia ex neceſſitate qui eſt beatus habet rectam voluntatem,eo quod delectatur in vltimo fine.vñ quicquid vult in ordine ad illum finem ex neceſſitate vult:ſicut quicquid amat vnuſquiſq; amat ſub cõmuni ratione boni quam nouit:hæc igitur oĩa requnt. 15. Itẽ 10.c.3. lec. 10. 5.t.

19 *Corpus perfectum requiritur ad beatitudinem hominis.* 1.2. vbi ſu. ar.5.

Si beatitudo eſt in iſta vita,certũ eſt qđ requiritur ex neceſſitate corpus.ſi aũt eſt in vita futura,cũ ſit in viſione Dei,ad quã nõ requirit phantaſma: imo requiritur quod intellectus ab oĩ phantaſmate ſit purgatus, manifeſtum eſt quod nõ requiritur corpus ex neceſſitate,ſed ad bene eſſe.quia cũ operatio dependeat ex natura rei, quãto anima perfectior erit in ſua natura, pfectius habebit ſuam propriam operationẽ,in qua fœlicitas conſiſtit.eſt autem perfectior in natura vnita corpori quam ſeparata,ergo requirit corpus.Et quia dictum eſt quod viſio dei p phantaſmatũ concurſum ĩpedit,ideo reqrit qđ hoc corpus ſit pfectũ totaliter,vt operatio intellect⁹ a viſione Dei nõ impediat.ſicut et in hac vita requirit bona corporis diſpoſitio ad contemplationem diuinorum. Quale autem corpus ſit futurum quod ad beatitudinem requiritur perfectum,alio loco eſt dicendum. 10.eth. c.10.le. 13.5.t.

1.2. vbi supra. ar.7.8. 1.eth.c. 13. lec. 14.15. ité. 10. c.10. le. 13.s.t. *Nec exteriora bona, nec amici ad beatitudinem sunt necessarii.* 20

Exteriora.n.bona sunt necessaria propter vitã aialẽ: si ergo beatitudo esset in hac vita, essent necessaria, & propter indigentiã huius vitæ, & quia deseruiunt instrumẽtaliter beatitudini, q̃ in operatione virtutis consistit. sed si beatitudo est in alia vita, cum ad illam requiratur perfectio corporis talis, vt exterioribus non indigeat, patet qđ nõ erũt necessaria talia bona. Amici quoq; necessarii sunt in hac vita, vt eis benefaciamus: & vt per eos adiuuemur in bene faciendo, & bene viuẽdo. Sed cum anima videt deum, cum in eo habeat totam plenitudinem suę perfectionis nullo exteriore amplius indiget.

1.2.q.5. ar.1. *Homo suam beatitudinem potest adipisci.* 21

Quicũq;.n.est capax perfecti boni põt illud adipisci, aliter frustra eẽt capax illius: sed homo est capax vniuersalis & pfecti boni: ergo &c. Præterea, naturaliter omnis hõ desiderat beatitudinẽ. si ergo non posset vllo modo illam acquirere, sequitur ꝙ naturale eius desiderium sit frustra, quod est falsum: quia deus & natura nihil agunt frustra, potest igitur illam consequi.

vbi su. ar.2. *Vnus homo potest esse beatior altero.* 22

Beatitudo.n.est adeptio siue fruitio vltimi finis. Quãto ergo magis hõ fruitur illo tãto est magis beatus. Tanto aũt magis cõtingit ipsum frui deo, quãto est magis dispositus, vel ordinatus ad eius fruitionẽ. Cum igĩ aliqs possit esse melius alio dispositus, patet ꝙ põt esse beatior altero, & sic vna beatitudo est maior altera, qđ tñ nõ esset verũ, si loqueremur de beatitudine cuius. i. de ipso obiecto beatifico, cum sit idem respectu omnium.

vbi su. ar.3. *In hac vita beatitudo haberi non potest.* 23

Nam deus in hac vita videri per essentiam non põt, in qua visione cõsistit beatitudo, vt dictũ est. Et pterea

tum beatitudo oẽ malũ excludat, & omne desideriũ impleat, certe in hac vita esse nõ põt, quia multis malis hæc vita subiacet, quæ vitari non possunt, vt est ignorantia inordinatæ affectiones, & multiplices pœnæ. Et p̃terea imperfectio istarũ rerum temporaliũ nõ implet appetitum, quia cũ homo maxime appetat permanentiã essendi, naturaliter refugit mortem, quam vitare non potest, vnde ipse cum oĩbus istis bonis transit. beatitudo ergo hic esse non potest.

24 *Beatitudo amitti non potest.* vbi su. ar. 4.

Beatitudo. n. est in visiõe diuinæ essentiæ, igit̃ ex parte beatorum non põt amitti, quia nullus est, q possit nolle suam perfectionẽ, nec ex parte dei, qui non dat pœnã sine culpa: beati aũt non possunt peccare, quia, vt dictum est, ad beatitudinẽ ex necessitate sequit̃ rectitudo voluntatis: nec ex parte alterius agentis, quia nihil est potẽtius deo, qui beatos in beatitudine sua virtute cõseruat: ergo nullo modo amitti potest.

25 *Nec per suam naturalem operationem, nec per actionem alterius intelligentiæ a deo potest hõ beatus fieri.* vbi su. ar. 5. 6.

Beatitudo. n. est in visiõe diuinæ essentiæ. Quia ergo omnis creatura operat̃ & cognoscit ẽm modũ suæ substantiæ, & deus excedit substãtiam cuiuslibet alterius rei in infinitum, vt alias ostendemus, sequit̃ q̃ nulla ratio & nullus intellectus infra Deum per propriam virtutẽ possit Deum videre. & quia quod aliquis non habet non potest alteri dare, sequitur q̃ homo per virtutẽ alicuius superioris substantiæ infra Deum nõ possit fieri beatus, cum per propriam virtutem nulla substantia infra Deũ possit eum videre.

26 *Ad beatitudinem consequendã requiritur aliqua operatio hominis.* vbi su. ar. 7.

Exigit enim ordo naturæ & diuinæ sapientiæ, vt di-

ſpoſitio materiæ præcedat introductionem formæ, ad beatitudinem ergo conſequendam aliqua requiritur diſpoſitio, hæc autem eſt motus ad beatitudinem, qui eſt operatio intellectualis, vel rationalis ſubſtantiæ. Nam deus eſſentialiter habet beatitudinem, & ideo habet eam ſine motu. Subſtãtiæ vero ſeparatæ, cum ſint magis ſtabiles q̃ homo, habent eam paucioribus motibus q̃ homo, qui motibus multis indiget. hæc autem ſunt opera bona, quæ dicuntur merita, nam beatitudo eſt præmiũ virtuoſarum operationum.

vbi ſu. ar. 8. *Omnes homines naturaliter appetunt beatitudinem.* 27

Naturaliter enim omnes appetunt rationem communem beatitudinis, quia naturaliter omnes appetunt, vt appetitus ſatietur, quod eſt cõmunis ratio beatitudinis, & hoc modo omnes beatitudinem appetunt. Nõ oẽs tamen appetunt illud, in quo beatitudo conſiſtit. Quia ergo omnes naturaliter beatitudinem appetunt, & ad eam non poſſunt peruenire niſi per diſpoſitionem actuum propriorum. Reliquum eſt, vt de actibus hominum & virtutibus pertractemus.

Explicit primus liber de fine.

Poſtilla in primum librum philoſophię moralis.

Quoniam a principiis rerum incipiendum eſt in vnaquaq; ſcientia, & principium in moralibus eſt finis, ideo auctor a fine incipit in hoc libro qui eſt primus moralium, & primo quidem tractat de illo in communi, vſq; ad concluſionem vndecimam, ſecundo in reliquis tractat de illo in ſpeciali ſub nomine beatitudinis. Eſt enim finis vltimus beatitudo hominis. Quo ad primum, oſtẽdit primo finem eſſe principium omnium actuũ humanorum quos moralis conſyderat, ex hoc q; omnes fiunt

propter finem,quod declaratur in prima conclusione,& quia dicuntur actus humani ex hoc ꝙ libere fiunt ab homine,declaratur in secunda:ꝙ homo est liberi arbitrii:& in tertia:quid sit liberũ arbitriũ.Secundo ostendit quomodo soli homini competit agere propter finẽ inter corporalia, in quarta:quod sequit̃ ex hoc ꝙ solus inter illa est liberi arbitrii:& deducit ex dictis,in quinta:actus humanos specificari a fine.Tertio qa in omnibus principiis deuenitur ad aliquod primum a quo cætera dependent, declarat in sexta dari vltimum finem,qui est primũ principium in moralibus, & quia primum in quolibet genere est vnum,consequenter ostẽdit vnitatem vltimi finis, respectu quidem vnius hominis in septima : ex quo deducit in octaua:ꝙ omnia velit propter illũ,respectu aũt omnium hominum in nona,& respectu omnium simpliciter in decima. Quo ad secundum,primo ostendit in q bus consistit vel nõ cõsistit beatitudo : ostẽdẽs in vndecima:ꝙ non consistit in bonis fortunę:nec in bonis corporis aut animæ,& vniuersaliter creatis,sed in solo deo in duodecima.Secundo declarat quid sit beatitudo,quia scilicet operatio hominis perfecta in.13.cuius potentiæ sit operatio.s.intellectus principaliter in.14.cuius intellectus.s.speculatiui in.15.respectu cuius obiecti.s.dei,in 16.& quõ deum attingat in.17.operatio enim depẽdet, & a potẽtia cuius est,& ab obiecto respectu cuius est.Tertio declarat q̃ requiratur ad beatitudinẽ,& quo ad actus aĩæ in.18.quo ad corpus in.19.& quo ad bona exteriora in.20.Quarto declarat qualiter possit acquiri,ostendens an possit acquiri ab hoĩe in.21.an æqualiter ab oĩbus in.22.vbi possit acqri.s.in hac vita an in alia in.23. an possit amitti, in.24.virtute cuius acquiritur.s.dei, in 25.hoĩe tamen cooperante quod declaratur in.26.demum quia est finis communis omnium,ostendit in vltima,quõ appetitur ab omnibus, ex quo prouenit ꝙ mouentur ad illam acquirendam per actus suos.

INCIPIT LIBER SECVNDVS DE ACTIBVS HVMANIS.

1.2.q.6. ar. 1. 2.



N *actibus humanis oportet esse voluntarium.* 1

Nam quorundam actuum & motionum principium est ab extra, vt cum proiicitur lapis sursum. Quorundam vero principium est intra, vt cum descendit in terra deorsum. Illorum autem quorum motus est principium intra, quædam mouent seipsa, vt potе, quia cognoscunt finem, vt animalia, quædā vero nō mouēt seipsa: quia non cognoscunt finem, sed ab altero dirigente mouentur, vt grauia, & leuia. Eorum autem, q̃ seipsa mouent, quædam cognoscunt finem absq; hoc ꝙ cognoscant rationem & proportionem actus ad finem, sicut bruta. Quædam autem cognoscunt finē & proportionem actus ad finem sicut homines, qui apprehenso fine, possunt deliberare de fine & de iis, quæ sunt ad finē: circa quæ est liberum arbitrium, vt diximus supra, quia ergo nomen volūtarii importat actum vel motum esse a propria inclinatione ad finē ex cognitione finis, & eorum, quæ sunt ad finē, & actus humani hoc mō ab hoīe procedunt, patet ꝙ in eis est voluntariū. Nam horū principiū est intra, & seipsum mouet homo ad finē ex cognitione finis & proportionis eorū, q̃ sunt ad finem. Ex hoc ergo patet ꝙ in brutis non est voluntarium secūdū perfectā rationem ipsius, quæ sequitur deliberationem de fine, & de iis quæ sunt ad finem.

3.eth. c. 4. lec. 4. 5. f.

1.2. vbi su. ar. 3.

Voluntarium potest esse sine actu. 2

Voluntarium.n dicitur quod est a voluntate. Ab aliquo aūt dicitur aliquid esse dupliciter. s. directe in quan-

tum est agens:& hoc modo dicitur esse a voluntate aliquid,quando in id per actum suum fertur volūtas,alio modo indirecte,eo quod non agit:cum potest, & debet agere,vt submersio nauis dicitur eē a gubernatore,cum non dirigit nauim,cum potest & debet. Nam si non posset,non diceretur causa illius submersionis.Et hoc modo voluntarium est sine actu,& aliquando sine actu exteriori solum,vt cū vult non agere,aliquando vero sine interiori & exteriori,vt cum non vult agere quando debet & potest.

3 *Voluntati violentia inferri non potest.* vbi su. ar.4.

Est.n.duplex actus voluntatis,vnus elicitus:alter vero imperatus. Quantum ergo ad actum,qui in mente ab ipsa voluntate elicitur,non potest violentia volūtati inferri,quia ille actus non procederet nisi a volūtate:violentum vero est,cuius principium est extra nil cōferente vim passo:vnde implicat contradictionem,dicere ꝙ actus sit a voluntate,& ꝙ sit violētus.verum si actus est imperatus,vt sunt ambulare,loqui legere,sic potest voluntati inferri violentia:quia per violentiā possunt mēbra impediri ne operentur,ēt si imperentur a volūtate.

4 *Violentia causat inuoluntarium.* vbi su. ar.5. 3.eth.c. 1.lec.1. s.t.

Sicut.n.illud, quod est contra naturam dicitur innaturale:ita quod est contra voluntatem dicitur inuoluntarium violentia autem sicut causat aliquid contra naturam in cognitione carentibus,ita in rebus cognoscentibus causat aliquid contra voluntatem,causat igitur inuoluntarium.

5 *Metus non causat inuoluntarium simpliciter.* 1.2.vbi su.ar.6. 3.eth.c. 2.lec.1. s.t.

Vnumquodq;.n.simpliciter dicitur secundum quod est in actu,secundum autem quod est in sola apprehensione non est simpliciter,sed secundum quid. Illud autē quod fit propter metum,dum fit est in actu voliū,vnde oportet dicere quod est simpliciter voluntarium,est aūt

inuoluntarium secundum quid.i.secundum solam apprehensionem rationis.i.dum ratio apprehendit id, qđ actu non est, hoc est esse extra periculum, est ergo actu & simpliciter voluntarium & inuoluntariũ, secundũ qd.i. si esset extra periculum: aliter etiã dicitur quod.s.est simpliciter inuoluntarium.i.secundum absolutam consyderationem, & secundũ quid voluntarium.i.imminente periculo, sed melius primum.

1.2.vbi *Concupiscentia causat voluntarium.* 6

su.ar.7. Per concupiscentiam.n.voluntas inclinatur ad volen

3.eth.c. dum id, quod concupiscit: volũtarium autem dicitur ali

3.4.lec. quid ex eo, ꝙ voluntas fertur in illud: cõcupiscẽtia ergo

2.4.s.t. causat voluntarium.

1.2.vbi *Ignorantia potest causare non voluntarium, volunta* 7

su.ar.8. *rium & inuoluntarium.*

3.eth.c. Non voluntarium quando cõcomitatur actum, & est

3.4.lec. de eo, quod agitur: quod tamen si sciretur, nihilominus

3.s.t. ageretur: sicut cum aliquis volens occidere hostem ignorans occidit eum credens occidere ceruum. Talis.n.ignorantia concomitans non facit inuoluntarium, quia non facit aliquid contra voluntatem, nec voluntarium, quia tunc voluntas non tendebat ad hoc actualiter: sed non voluntarium, quia non potest esse actu volitũ, quod est ignoratum. voluntas.n.non fertur nisi in cognitum. Voluntarium autem causat: quando ad voluntatem consequitur, inquantum ipsa ignorantia est volũtaria, vel dũ voluntas fertur in ignorantiam, eo quod non vult intelligere, vt licentius peccet. Et hæc dicitur ignorantia affectata: vel quia non curat scire quæ potest & debet scire, sicut sunt vniuersalia præcæpta legis, vel etiam quia illa scita negligit consyderare: & hæc dicitur ignorantia negligentiæ vel male electionis, ex passione, vel ex habitu proueniens, & causat simpliciter voluntariũ: inuoluntarium autem secundum quid inquantũ præcedit motum voluntatis

voluntatis ad aliquid agendum, qui forte non esset sciẽtia præsente. Inuoluntarium autem simpliciter causat, quando ignorãtia antecedit: & non est volita, & est tamẽ causa volendi aliquid, quod alias si sciret homo nollet, vt cum aliquis diligentia adhibita nesciens aliquem trãsire per viam proiicit sagittam, quæ interficit trãseuntẽ.

8 *Voluntas eodem actu potest ferri in finẽ, & in ea, quæ sunt ad finem.* 1.2.q.8. ar.2.3.

Q̃ð.n.feratur in ea, q̃ sunt ad finem, clarum est, eo ꝙ illa habent rationẽ boni, verũ actus voluntatis, qui est velle, vel qui voluntas aliquando dicitur, est solũ finis, quia omnis actus denominatus a potentia nominat simplicem actum illius potentiæ: sicut intelligere nominat simplicem actum intellectus. Simplex aũt actus potẽtiæ est in id, quod est secundum se obiectũ potentiæ. Id aũt quod est propter se bonum & volitum est finis. Cætera vero sunt volita propter finem. Quia ergo finis est ratio eorum, quæ sunt ad finem, & idem est motus ad aliquid, & ad rationem illius: ideo eodem actu voluntas ferri potest in finẽ, & in ea, q̃ sunt ad finem, licet etiam seorsum possit ferri in finem absque hoc ꝙ feratur in ea, quæ sunt ad finem. 3.ethi.c. 7. lec. 10.5.1.

9 *Voluntas ab intellectu & appetitu sensitiuo & a semet ipsa moueri potest.* 1.2.q.9 ar.1.2.3

Qualiter.n.moueatur ab intellectu dictum est in.15. libro philosophiæ naturalis: qui intellectus mouet voluntatem quãtum ad specificationem actus per modum finis, voluntas autem mouet intellectum quãtũ ad exercitium actus, quia ergo id, quod apprehẽditur sub rõne boni mouet voluntatem, & appetitus sensitiuus motus immutando homines facit aliquid videri bonũ, quod re vera nõ est bonũ: quia qualis quisq; est, etiam talia sibi videntur omnia: ideo appetitus sensitiuus hoc mõ mouet voluntatem: volũtas autem secundum quod iam est 3.de aia t.c.50. 54.

in actu volendi finem mouet se ad volendum ea, quæ sunt ad finem.

1.2. vbi su.ar.4. *Voluntas ab aliquo exteriori mouetur.* 10

Omne enim quod quádoq; est agens in actu, & quandoq; in potentia, indiget moueri ab aliquo mouente, voluntas autem est huiusmodi: ergo ab aliquo indiget moueri: non autem potest moueri ab intellectu vel a sensu, quantum ad exercitium actus: idest quantum ad velle & nolle, quia intellectus & appetitus mouent eā quantum ad specificationē actus solum: nec potest dici q̄ seipsam moueat semper, quia nihil agit nisi quando est in actu. Quantum ergo ad primum actum oportet quod ab aliquo exteriori moueatur: hoc autem est obiectum, vel aliquid aliud, quod dicetur.

vbi su. ar.5. *A corpore cælesti non mouetur voluntas directe.* 11

Nullum.n.corporeū potest agere directe in incorporeum. Voluntas autem humana non est alligata organo corporali: & si sit in aīa, quæ est forma corporis: verum qa corpora cœlestia agunt in corpus humanū, & diuersimode ipsum disponūt, possunt mouere voluntatē indirecte quia per talē dispositionē aliquid homini videtur bonum, quod non est, vel malū, quod non est. sicut iam diximus: vnde hoc mō potest voluntas moueri quantū ad specificationē actus, sed quantū ad exercitiū actus nō potest moueri a corpore cœlesti.

vbi su. ar.6. *Volūtas a solo deo mouetur tāq̄ ab exteriori prīcipio.* 12

Quāuis.n.ab exteriori obiecto possit moueri tanq̄ a trahēte, non tū potest moueri ab aliquo alio tanquā ab agēte & īpellēte q̄ a deo. sicut.n. se habet motus naturalis in naturalibus, ita motus voluntatis in voluntariis. Motus aūt naturalis nō est nisi a generāte vt supra diximus. Igitur ēt motus voluntarius nō erit tanq̄ ab agente nisi ab eo, qui voluntatem facit: hoc aūt non pōt esse nisi deus. Nam cum effectus & causæ sint proportionatę

& voluntas respiciat vniuersale bonum, patet quod non potest esse nisi a bono vniuersali, quod est deus pfertim cum sit potentia animæ rationalis, quæ de foris venit, & a solo deo potest causari: vt supra in philosophia naturali dictum est.

13 *Voluntas ad aliquid naturaliter mouetur.* 1. 2. q. 10. ar. 1.

Illud.n. est naturale rei, quod conuenit ei secundum suam substantiā & per se, in iis autem, quæ cōueniūt rei necesse est ꝙ principiū sit per se, quia oē per accidēs reducitur ad id, quod est per se, oportet ergo ꝙ principium oīum volitorum sit naturaliter & per se volitū, hoc autē est finis, vnde volūtas secūdum suam naturam, & per se fertur in finem: sicut quælibet potētia naturaliter fertur in suum obiectum: propter quod etiam volūtas naturaliter vult oīa quæ cōueniūt volenti secundum suam naturam, vnde naturaliter vult cognitionem veri, & alia, q̄ conueniunt naturaliter cæteris potentiis.

14 *Nec ab obiecto, nec a passione, nec a deo voluntas ex necessitate mouetur.* vbi su. ar. 2. 3. 4.

Quātum.n. ad exercitiū actus, ēt si volūtati proponatur obiectum, quod non habet rōnem mali poterit non moueri: quia potest de illo non cogitare: verum quantum ad actus specificationem, si volūtas aliquid velit ex necessitate mouebitur ab obiecto, quod nullam habet rationem mali, quia non potest velle oppositum, si autem habet aliquam rationem mali, non ex necessitate mouebitur, quia poterit accipere illud, vt non bonum cōsyderādo eius defectū. Quia ergo passio non potest mouere voluntatem, nisi aliqualiter quantum ad specificationē actus: & oē, quod secundum aliquam passionem repræsentatur potest habere aliquam rōnem mali, cum sit bonum particulare, patet ꝙ passio nō potest mouere volūtatem ex necessitate, nisi forte totaliter homo a passione absorbeatur, & tunc iudicādum est de illo homine sicut

de bruto. Cum autem dei sit naturam cōseruare, nō autem destruere, omnia mouet secundum cōditionem suæ naturæ: volūtas aūt est libera, ideo etiam eam libere mouet: sicut etiam cōtingentia contingenter mouet.

1.2. q. 11. p toto. *Frui est actus voluntatis, quo vltimo fini inhęret.* 15

Fruitio.n. & fructus ad idē pertinere videntur, & vnū ex altero deriuari, fructus aūt est illud, quod vltimū de arbore expectatur & cum suauitate percipitur, vnde frui est delectari in vltimo expectato, quod pertinet ad appetitum: & est actus potentiæ peruenientis ad finem, nō sicut exequentis, sed sicut imperātis, vnde nō pertinet ad inanimata, nec perfecte ad bruta, quia etsi habeant appetitum imperantem nō tamen habent perfectam cognitionem de fine, & de iis quæ sunt ad finē: igitur proprie est actus voluntatis: & quia ad rationē fructus duo pertinent. s. ꝙ sit vltimum & ꝙ appetitum quietet cum quadā dulcedine, vel delectatiōe: & id, quod est ad finē nō simpliciter quietat appetitum cum motus suspensus remaneat, sequit̃ quod frui proprie sit respectu vltimi finis, at vltimus finis potest haberi imperfecte. s. in intentione tantum, & sic nō totaliter quietat appetitum, si autem habeatur perfecte. i. in re, tunc quietat appetitum, & sic fruitio perfecta est de fine habito in re, imperfecta autem de fine habito in intentione tantum.

1.2. q. 12. p to. *Intentio est actus voluntatis quo in aliquid tendit.* 16

Intendere.n. est in aliquid tendere, in aliquid autem tēdit & actio mouentis & motus mobilis ab actiōe mouētis. Intētio ergo principaliter pertinet ad id, quod mouet ad finē. i. ad appetitum, & potest esse tam vltimi finis q̃ non vltimi: sicut motus est ad terminum vltimum & ad medium, & si plura sint adinuicem ordinata possunt simul intendi, sicut vnus motus est ad mediū, & ad finē: non aūt si nō sint ordinata, sicut nec motus vnus est ad plures terminos, vnde aliquis intendit habere vnū ma-

gis q̄ aliud, quia ad plura valet, ergo simul plura inten/dit, ideo potest esse vnus & idē motus voluntatis, quo intendit ea, quae sunt ad finem, & vult finem, nō tamen potest ferri in finem, & in ea, quae sunt ad finem si abso/lute consyderentur vno solo actu, & quia intendere ali/quid est proprium mouentis secundum q̄ se, vel aliquid sui vel alterius ordinat ad finem, & ordinare est actus ra tionis, ideo intentio non est proprie brutorum, sed solū pertinet ad ea, quae habent voluntatem.

17 *Velle frui & intendere sunt diuersi actus voluntatis.* 1.2. ex.

Voluntas.n.respicit finem tripliciter vno mō absolu/te, & sic actus eius dicitur voluntas seu velle, alio modo secundum q̄ in eo quiescit, & hoc modo fruitio respicit finem. Tertio modo secundum quod est terminus alicu ius, quod in ipsum est ordinatum, & hoc modo intētio respicit finem.nō.n.ex hoc solum intendere dicimur sa/nitatem, quia volumus eam, sed quia volumus ad eam per aliquid aliud peruenire. q.8. 11. &.12.

18 *Electio est actus voluntatis substantialiter, quo vnum ex iis, quae sunt ad finem alteri praeaccipit.* 1.2.q. 13.p to.

Est.n.electio appetitus intellectiuus, vel intellectus appetitiuus, quia ad electionem cōcurrunt intellectus & voluntas, & est quasi cōposita ex vtroq; sicut ex forma & materia, quia ergo in actibus animae, ille actus, qui est essentialiter vnus potentiae vel habitus recipit formam & speciem a superiori potentia vel habitu tanq̄ ab ordi/nante, sicut inferius ordinatur a superiori, & ratio quo/dam modo praecedit voluntatem, & actum eius ordinat: ideo actus electionis, quo homo vnum alteri praeaccipit essentialiter & materialiter est voluntatis, formaliter aūt rationis. Quia.n.electio perficitur in motu quodam ani mae ad bonum, quod eligitur, oportet dicere q̄ electio est actus voluntatis, vnde nō pertinet ad bruta, quae ad vnum ordinantur instinctu naturali, voluntas autē re/ 3.ethi.c. 5.lec. 5. 6. ité.6.c.3 lec. 2. s.t.

ſpectu particulariũ bonorũ nõ eſt determinata ad vnũ, ſed reſpectu cõis boni, quod eſt vltimus finis, vnde patet φ electio eſt tm̃ eorum, quæ ſunt ad finẽ, cum ſit plurium. Cũ igitur id, quod eſt ad finem hoĩs fit vel actio eius, vel aliquid, quod per eius actionẽ fit, vel quo vtiẽ, neceſſe eſt φ electio ſit ſemper humanorum actuum, ſed ea q̃ per nos aguntur, ſunt nobis poſſibilia: electio ergo non eſt niſi poſſibiliũ, poſſibilia autem nobis, quæ ſunt ad finem, ſunt bona particularia, quæ poſſunt habere rationẽ mali, ideo ex neceſſitate homo non eligit: ſed vnũ libere præaccipit alteri.

1. 2. q. 14. p to. 3. eth. c. 6. lec. 7. 8. 9. s. t. *Conſilium eſt inquiſitio certitudinis de iis, quę per nos ſunt agenda.* 19

Quia. n. electio cõſequitur iudicium ratiõis de rebus agẽdis, in quibus multa incertitudo inuenitur: eo quod actiões ſunt circa ſingularia contingentia, in rebus autẽ dubiis & incertis rõ non poteſt proferre certum iudiciũ abſque inquiſitione præcedẽte, quæ nihil aliud eſt q̃ cõſilium quod nullo modo poteſt eſſe de fine, qui in agibilibus eſt principium, & principia non cadũt ſub quæſtione, ſed cõcluſiones: & ſingularium cognitio non habet aliquid magnum per ſe, ideo cõſiliũ & inquiſitio de eis nõ eſt, niſi propter operationem noſtram: hoc eſt de iis, quæ a nobis agũtur, non tamẽ eſt de omnibus, quæ a nobis agũtur, quia nõ eſt de minimis, quæ pro nihilo reputãtur, nec de iis, quæ ſunt determinata qualiter fieri debeãt, vel per artem, vel per legem. Cõſilium enim eſt de incertis, vnde procedit cõſiliũ modo reſolutorio. ſ. ab eo quod eſt poſterius in eſſe & prius in intẽtiõe quaſi ab effectu ad cauſam, ideo nõ procedit in infinitum, eo φ incipit a fine & terminatur inquiſitio ad illud, qđ ſtatim eſt in poteſtate noſtra vt faciamus, aliter aliquis ad impoſſibile moueretur, vel de impoſſibili ſciſcitaretur, quia infinitum non eſt pertranſire.

20 *Consensus est applicatio appetitus ad aliquid agendũ.* 1. 2. q. 15.p to.

Consensus.n.importat applicationem sensus ad aliquid, est autem propriũ sensus, vt sit cognoscitiuus rerum, præsentium. Ex hoc ergo tractum est nomen consensus, quod pertinet ad appetitiuam virtutem secundũ quandam similitudinem. est.n.consensus applicatio appetitiuæ virtutis ad rem secundum quod ei inhæret, q̃si experientiam quandam de ea sumens inquantum complacet sibi in ea. Quia ergo bruta animalia non habẽt appetitum in propria potestate, eorum non est applicare appetitum ad aliquid: ideo consensus proprie non est in eis. & eadem ratione consensus non est de fine ad quem naturaliter voluntas tendit, vnde cõsensus sequitur id, quod per consilium iudicatum est. primo enim apprehẽdimus & desideramus finem: deinde cõsiliamur de iis, quæ sunt ad ipsum: & tandem consentimus ei, quod per consilium fuerit iudicatum. & q̃a finalis s̃nia pertinet ad eum, qui superior est, ad quẽ pertinet de aliis iudicare: ideo ad rõnem superiorem semper pertinet cõsensus ad agẽdum. Nunq̃.n.cõsentimus aliquid agere nisi prius sit data finalis s̃nia cõsilii, quæ nõ dabitur si ei secũdum rõnem superiorem resistatur. oportet ergo q̃ ratio superior assentiat, vel dissentiat, vel saltẽ dissimulet, & sic imputatur ei bonũ, vel malum, quod euenit. Intellige autẽ per rationem superiorem ipsam rationem secũdũ quod in ea includitur etiam voluntas.

21 *Vti est applicare aliquod principiũ actionis ad actũ.* 1. 2. q. 15.p to.

Cum.n.applicamus rẽ ad aliquã operationẽ, dicimur re illa vti, & vsus illius rei est eius opatio, sicut equitare est vsus equi. Quia aũt applicamus tam potẽtias inferiores ad actus proprios q̃ etiam res exteriores per potentias interiores: & voluntas mouet oẽs potentias ad suos actus: ideo vti primo & principaliter est voluntatis tanquam mouentis; est autem intellectus tanq̃ dirigentis.

Allarum vero virium, vel membrorum seu rerum tanquam exequẽtium. Igitur patet ꝙ brutis non cõuenit, quibus applicare non conuenit, vt dictum est. Ex quo ẽt patet, quod non est vltimi finis, nisi forte accipiatur pro vltimo fine res vt pecunia, & ordinetur ad vltimum. i. ad possessionem, vel ad fruitionem. Si ergo vsus accipiatur secundum quod executiua potentia vtitur, sequitur consilium & electionem. Non. n. tendit voluntas ad consequendam rem volitam nisi præcedat cõsiliũ & electio, verum quia voluntas ẽt quodam modo rõnem mouet, & vtitur ea, potest intelligi vsus eius, ꝙ est ad finem, secundum ꝙ est in consyderatione rõnis referentis ipsum in finem, & hoc modo vsus præcedit electionem.

1.2.q. 17.p to. *Imperare est actus rationis ordinantis quadam motione aliquid ad agendum.* 22

Actus. n. voluntatis & actus rationis supra se inuicem ferri possunt, virtus autẽ prioris actus remanet in actu sequenti. Contingit ergo esse aliquem actum voluntatis in quo manet virtus actus rationis: & econuerso aliquẽ esse actum rationis, in quo manet virtus actus voluntatis. Actus. n. qui sunt vti & eligere, sunt actus volũtatis, vt dictũ est, secundum quod in eis manet aliquid rationis. Quia igitur imperans ordinat eũ, cui imperat ad aliquid agendũ per modũ cuiusdã intimatiõis. s. vel denunciando, vel etiam mouendo dum dicitur, hoc a te debet fieri: vel fac hoc: ideo imperare est actus rationis, cuius est ordinare, prçsupposito tamen actu voluntatis, cuius est mouere. In actu ergo imperii manet virtus actus voluntatis. patet ergo ꝙ non inuenitur iste actus in brutis, quæ sunt absq; ratione, & quod imperium præcedit vsum naturaliter, & etiam aliquando tempore. Est enim prius imperium, q̃; ꝙ imperio obediatur. Actus autem imperatus & imperium sunt vnus actus compositus ex formali & materiali, vnde potest diuidi in duos, sicut

homo in animam & corpus. Et quia tam actus voluntatis quàm etiam rationis potest ordinari cum imperio, sicut cum dicimus hanc rem dilige, hanc rem contemplare, ideo actus voluntatis & rationis possunt esse imperati, vnde actus intellectus exercitus semper potest esse imperatus: non tamen semper actus specificatus. Non enim imperamus ea, quæ non sunt in potestate nostra, non est autem in potestate nostra cognoscere quamlibet veritatem, nec dissentire primis principiis, ideo actus specificatus non semper est imperatus. Actus autem sensitiuæ partis, quantum ad illud, quod est ex parte animæ quia sequitur apprehensionem particularem, quæ subditur vniuersali, obediunt rationi, & sic possunt esse imperati: sed non quantum ad illud, quod est ex parte corporis: quia qualitas & dispositio corporis non obedit rationi: ideo sensitiuus appetitus non obedit rationi secũdũ principatum dispositum, qui est domini ad seruum, sed secũdũ principatũ regalem vel politicũ, qui est ad liberos. Actus aũt animæ vegetabilis, quia nullius sunt apprehensionis suscæptiui, non obediunt rationi: ideo membra, quæ mouentur a potentiis sensitiuis, obediũt rationi, non aũt ea, quæ a potentiis vegatatiuis mouentur: vel quæ sequũtur vires naturales: vnde motus cordis, qui naturaliter sequitur formam, quam habet, vt dictum est in physicis non obedit rationi. Et similiter nec motus membri pudendi, quia ad huiusmodi motus requiritur aliqua alteratio naturalis: scilicet caliditatis vel frigiditatis, quæ non subiacet imperio rationis: hoc autem accidit specialiter in his duobus mẽbris, quia vtrunque est quasi quoddam animal separatum: inquantum vtrunque est quoddam principium vitæ. Cor enim est principium sensuum, & ex membro genitali exit virtus seminalis, quæ est virtute totum animal, & ideo habent proprios motus naturaliter, quia principia oportet esse naturalia.

de motu aiæ. scđa secũde .q. 151.4.

1. 2. q. *Non omnis actio hominis est bona.* 23

18. ar. 1 In rebus.n.vnumquodq; tm̃ habet de bono, quantũ habet de esse.ens.n.& bonum cõuertuntur. Illud ergo, quod nõ habet plenitudinem essendi, quæ debetur ei nõ põt dici simpliciter bonũ, quia plenitudo essendi est de rõne boni, cum vnũquodq; in tm̃ dicatur bonũ inquantum est perfectũ. si ergo aliqd deficit a plenitudine essendi, quę ei debetur, nõ dicitur bonum simpliciter. Nõ oĩs aũt actio hominis habet plenitudinẽ essendi, quæ ei debetur, imo fere nulla. ergo nõ omnis actio hominis est simpliciter bona: sed tñ omnis est vel simpliciter, vel secundum quid bona si est actio, alioquin nihil erit.

vbi su. ar. 2. 4. *Ex obiecto & ex fine est bonum & malum in actibus humanis.* 24

Actus.n.humani habent speciem ab obiecto, sicut res aliæ a forma. Sicut ergo illud quod habet formam sibi cõuenientẽ, dicitur bonũ & illud malum, quod non habet formam sibi conuenientẽ, ita etiam actus bonus est, qui habet obiectum cõueniens sibi, si tamen postea cætera cõcurrãt, quæ ad bonitatem requirũtur, & malus, qui non habet obiectum sibi cõueniens. Similiter etiã finis præstat bonitatẽ actibus humanis, qa actus humani dependent ab alio tanq̃; a causa. vnde ab alio habent bonitatẽ vt ab agente, qđ agit propter finem. Bonitas ergo & malitia eorum est etiam ex fine.

vbi su. *Actio humana est bona vel mala ex circunstantia.* 25

ar. 3. Nomen circunstantiæ ab iis, quæ in loco sunt, & lo-

itẽ. q. 7. caliter mouentur, est deriuatum ad actus humanos, qui

p totũ. sunt quidam motus. dicitur autem aliquid circunstantia

item. 3. localiter quod est extrinsecum a re & tamẽ tangit eã vel

eth. c. 4. appropinquat ei secundum locum. vnde etiam cõditio-

lec. 3. nes, quæ sunt extra substantiam actus, & tamen attin-

s. t. gunt aliquo modo ipsum dicuntur circunstantiæ, vnde circunstantiæ sunt quædam accidentia actus, quia quod

est extra substãtiam rei ad rem aliquo mõ pertinens, dicitur accidens eius. contingit aũt ꝙ tale accidens pertineat ad actũ tripliciter. vno mõ quia attingit ipsum, vel per modum mensuræ vt tempus & locus, vel per modũ qualitatis: sicut est modus agendi. Alio modo inquãtum attingit effectum eius: & sic cõsideratur quid aliquis fecerit. i. quid sequitur ex actu. Tertio modo inquantum attingit eius causam. s. vel finalẽ: & sic cõsyderatur propter quid fit: vel agẽtem principalem, & cõsyderatur qs egerit: vel instrumentalẽ, & cõsyderatur quibus auxiliis fecerit: ideo conuenienter numerantur circunstantiæ in hoc versu. Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando. Ita tamen ꝙ in quid intelligatur etiam circa quid. Quia aũt actus dicũtur humani proprie prout sunt volũtarii: voluntatis aũt obiectum & motiuum est finis: ideo principalissima omnium circunstantiarum est illa, quæ attingit actũ ex parte finis: q̃ est aliquis finis adiunctus proprio fini ipsius actus, nam proprius finis nõ est circũstãtia cum det spẽm actui. Post hãc vero est illa, q̃ attingit substantiam actus. s. quid facit mõ supradicto s. sm effectum. Aliæ vero sunt magis vel minus principales. secundũ ꝙ magis vel minus ad has propinquant. Sicut igit̃ in rebus naturalibus nõ inuenit̃ tota plenitudo perfectiõis ex forma substantiali: sed multũ superadditur rei ex aduenıẽtibus accidẽtibus: ita etiã in actibus humanis nõ tota bonitas est ex obiecto & fine: sed etiã ex circunstantiis: vnde si deficiunt actui debitæ circũstãtiæ, non dicitur simpliciter bonus. 1.2.q.7 3. tertiũ

26 *In actibus humanis quadruplex bonitas consyderari potest.* 1.2.q. 18.ar.4

Prima est secũdũ genus prout. s. est actio, quia quantũ habet de actione & entitate, tm̃ habet de bonitate. Secũda secundum speciẽ, hoc est secundũ obiectũ cõueniẽs: q̃ etiã dicit̃ bonitas: ex genere, pro specie accæpto gñe: eo

modo loquendi quo dicimus humanũ genus totã spe/ciem. Tertia secundum finẽ, quasi secundum habitudi/ne3 ad cãm bonitatis. Quarta secundũ circũstantias, q̃si secundum accidentia. Et idem dicendũ est de malitia.

Vbi su. ar. 5. 6. *Bonum & malum diuersificant speciem in actibus moralibus.* 27

In actibus.n. humanis bonum & malum dicitur per comparationẽ ad rationem. Bonum.n. hominis est se/cundum rationem: Malum autem est præter rationem. ergo patet quod differentia boni & mali circa obiectum considerata cõparatur per se ad rationem secundum.s. quod obiectum est ei cõueniens vel nõ cõueniens. om nis autẽ talis differentia.s. quæ per se referẽ ad potẽtia3 facit differentiam specificam in actibus. bonum ergo & malum diuersificant speciem in actibus humanis. & q̃a finis est obiectum voluntatis, quæ omnes alias potẽtias mouet, iccirco & si actus exteriores habeant speciem a proprio obiecto, tamẽ formaliter habent specie3 a fine, materialiter autem a proprio obiecto. id.n. quod est ex parte voluntatis se habet vt formale ad id, quod est ex parte exterioris actus. Verum quando obiectum exte/rioris actus per accidẽs ordinatur ad finem voluntatis: tunc actus exterior est in duabus speciebus quasi dispa/ratis: quarũ vna non continetur sub alia.s. in illa, quam habet ex proprio obiecto, & in illa, quam habet ex fine. quando vero ordinaẽ per se ad finem voluntatis, tunc vna cõtinetur sub alia.s. quæ est ex obiecto sub illa, quę est ex fine. nam finis est magis generalis.

Vbi su. ar. 10. 11. *Circũstantia potest constituere speciem boni, & mali in actibus humanis.* 28

Quia.n. processus rationis non est determinatus ad aliquod vnum: sed quolibet dato potest vlterius proce/dere: inde est, quod id, quod in vno actu accipitur vt cir cũstantia obiecti, potest iterum a ratione accipi, vt prin/

cipalis conditio.nam locus vel tempus ad rationem fur ti inquantum est furtum se habet vt circũstantia. sed qa contingit quod talis circunstantia circa obiectum sit cõtrãria ordini rationis, vt quia ratio ordinauit non esse faciendam iniuriam in loco sacro: inde est quod potest accipi, vt principalis conditio obiecti rationi repugnãs. & per hunc modum quandocũque aliqua circunstantia respicit specialem ordinem rationis vel pro vel contra: oportet q̃d det speciem actui morali vel bono: vel malo. si autem actui humano addatur aliqua circũstantia, quæ addat in bonitate vel malitia, sed non respiciat quantum est ex se specialem ordinem rationis nisi præsupposita alia circunstantia hæc non dabit speciẽ actui. vt si furto addatur quod aliquis alienum accipit in magna quantitate. magna.n. quantitas non respicit specialem ordinem rationis nisi præsupposito furto. vnde nõ variat speciem furti, sed aggrauat peccatum. & si est bona circũstantia augmentat bonitatem actus moralis.

29 *Aliquis actus humanus est indifferens secundũ suam spẽm, nullus tamen est indifferens secũdũ indiuiduũ.* Vbi su. ar. 8.9.

Actus.n. humani habent speciem ab obiecto relato ad ordinez rationis. si.n. sunt secundum ordinem rationis sunt boni secundum speciem. Si autem sunt contra ordinem rationis sunt mali secundum speciez. Contingit autem quod aliquis actus humanus secunduz suam spẽm nõ includat aliqd ptinẽs ad ordinẽ rõnis, vt leuare festucam de terra: Quia autẽ aliquid cõuenit indiuiduo secundum accidentia, quod non cõuenit speciei, iõ contingit quod aliquis actus secundum speciem sit indifferens, non tamen secundum indiuiduuz. Necesse est enim quod quilibet actus humanus habeat aliquã circũstantiam ad minus ex parte intẽtionis, qa quilibet actus humanus est ordinatus ad aliquẽ finem, alioquin non erit actus humanus. si ergo erit ordinatus ad finem, qui

eſt ſecundum ordinem rationis,erit bonus.ſi autem ad finem qui eſt contra ordinem rationis,ſic erit malus . & ſic ſemper eſt bonus vel malus. 30

1.2.q. 19.ar.1 2.3. *Voluntas diſcordans a ratione errante eſt mala.*

Bonitas.n.voluntatis ex obiecto dependet, ſeu ex fi- ne:quia bonum & malū ſunt per ſe differentię actus vo luntatis.ſicut verū & falſum ſunt differentiæ actus intel lectus.Cum igitur obiectum voluntatis proponatur ei a ratione(bonum.n.intellectū eſt obiectū ꝓportionatū voluntati)inde eſt quod bonitas voluntatis ē depen- det a rōne.& quia rō humana dependet a rōne diuina, & a prima cauſa plus dependet effectus quā a ſecunda in cauſis ordinatis:hinc eſt quod multo magis bonitas vo luntatis humanę dependet a lege æterna quā a ratione humana.Quando ergo voluntas fertur in id, quod re- præſentatur ei ſub ratione mali,hoc eſt ſub hac ratione quod ſit contra rationem,vel contra legem æternā,fer- tur in malum:dato etiā quod ſecundum ſe nō ſit malū. Nam certū eſt tunc:quod vult rōnem mali:& per conſe quens vult id quod eſt malum per accidens.i.ex appre- henſione rationis.Non.n. voluntas fertur niſi in illud, quod a ratione proponitur.Et ſimiliter voluntas cōcor dans rationi erranti eſt bona:dummodo error ꝓueniat ex ignorantia cauſante inuolūtariū totaliter.i. ex igno rantia alicuius circunſtantiæ abſque omni negligentia: quia directe fertur in bonum.Si autem ignorantia non excuſaretur,tunc eſſet mala quia ferretur in malum, li- cet,indirecte.

Vbi ſu. ar.4.

1.2.q. 19.ar.7. 9.10. *Voluntas hominis tenetur concordare, ſiue conforma- ri voluntati diuinæ.* 31

Illud.n.quod eſt primum in quolibet genere eſt men ſura omnium,quæ ſunt illius generis.quia ergo boni- tas voluntatis humanæ ex intentione finis depēdet, eo quod ordo ad finem conſideratur, vt ratio quædam ip-

ſius obiecti voliti:& cum Deus ſit vltimus finis voluntatis, quia eſt ſūmum bonum, quod primo & principaliter cōparatur ad voluntatem diuinā, vt obiectum proprium eius: oportet dicere quod bonitas voluntatis humanæ dependet ex cōformitate volūtatis diuinę. Quia autem Deus, cum ſit vniuerſi factor & gubernator oīa vult ſub ratione boni cōmunis. & creatura ſub ratione boni particularis ſibi ꝓportionati apprehendit & vult, hinc eſt quod aliquando voluntas Dei, & voluntas humana poſſunt diſcordare in volito materialiter, & tamē voluntas humana non erit mala, quia poteſt eſſe quod aliquis velit aliquid eſſe ſecundum quod habet rationē boni, & alius vult illud idem non eſſe ſecundum quod habet rationem mali, & vtraque volūtas ſit bona. Quia ergo contingit quod aliquid ſit bonū ſecundum rationem vniuerſalem, quod non eſt bonum ſecundum rationem particularem. & ecōuerſo: poterit voluntas: quę tendit in bonū particulare eſſe bona, preſertim ſi ignorat, quid expediat bono vniuerſali. Et ſilr̄ voluntas, q̄ vult oppoſitū ſecundū rōnē vniuerſalē, poterit eſſe bona. vt ſi coniunx latronis nollet maritum ſuſpendi cōſiderans bonū propriū, vel familiæ ſuæ, nō eſſet voluntas eius mala. Et tamē voluntas iudicis pp bonū vniuerſale vult ipſum ſuſpendi: quæ nihilominus eſt bona. vn̄ quia homo neſcit quæ placeant Deo in oībus volitis. iō non tenetur conformari volūtati diuinæ in volito materialiter. ſed tamen tenetur cōformari in volito formaliter. ·.· quod in omni volito velit iuſtitiam diuinā & bonū diuinum & cōmune, & voluntatē Dei fieri.

32 *Actus exterior addit in bonitate vel malitia ſuper actum interiorem & ſimiliter euentus ſequens per ſe.* 1.2.q. 20.ar. 1 2.3.4.5.

Actus.n. exterior pōt dici bonus vel malus dupliciter. vno modo ex ordine ad finē, & ſic habet bonitatē, vel malitiam totam a volūtate, cuius finis eſt proprium

obiectum, vnde in ea primo hęc bonitas vel malitia inuenitur. Alio modo secundum genus suum & circunstantias: & sic habet bonitatem vel malitiam a ratione, vnde non totam bonitatem, vel malitiam habet a voluntate. si enim nullam aliam haberet malitiam, vel bonitatem nisi ex ordine ad finem, eadē eēt bonitas, vel malitia actus exterioris & interioris, quæ tota a voluntate dependet, vnde actus exterior nihil bonitatis vel malitiæ adderet actui interiori, sed quando habet bonitatem, vel malitiā ex genere & ex circunstantiis aliquid addit, quia comparatur voluntati sicut terminus: & inclinatio seu motus perficitur in hoc ꝙ consequitur finem, vel attingit terminum. Non est ergo perfecta voluntas, quæ opportunitate data non operatur: si autem opportunitas desit, & operaretur, si non deesset quod non operetur, est simpliciter inuoluntarium: & sic nihil de præmio vel de pœna ei debet diminui. Euentus quoq; sequens si fuit præcogitatus, clarum est ꝙ addit, quia quāto quis cogitat ex suo opere plura bona, vel plura mala sequi, & facit, tāto plus voluntas eius est ordinata vel inordinata: & similiter dicēdum est: si ex opere per se sequatur. melior. n. est actus vel peior, ex quo plura bona, vel plura mala sequuntur: si autem sequatur per accidens non addit: quia non datur iudicium de eo, quod est per accidens.

vbi su. ar. 6. *Vnus actus in genere naturę potest esse bonus & malus in genere moris.* 33

Nihil. n. prohibet illud, quod est vnū in vno genere esse plura secundū quod ad aliud genus refertur: sicut superficies in genere quātitatis est vna, & plures in genere qualitatis si sit partim alba, & partim nigra, vnde si quis ambulando ad ecclesiam: primo habeat bonam volūtatem, & postea malā, illa ambulatio est vna in genere naturæ, & est plures in genere moris, est tñ impossibile qđ actus sit vnus in genere moris bonus & malus.

Actus

24 *Actus humanus inquantum bonus vel malus habet rationem rectitudinis, vel peccati, laudabilis vel culpabilis, & meriti vel demeriti, etiam apud deum.* 1. 2. q. 21. p to. 1. eth. c. 16. lec. 18. s. t.

Peccatum enim proprie est in iis, quæ agunt propter finem, cum non habent debitum ordinem ad finem: qui ordo est secundum aliquam regulam, quæ in naturalibus est inclinatio naturalis, in moralibus autem est ordo rationis, & lex æterna. Cum autem habent debitum ordinem secundum regulam, dicuntur rectitudinem habere. Laudabile autem vel culpabile dicitur, quod imputatur agenti: non imputatur autem alicui nisi quod est in potestate eius: sed hoc inuenitur in voluntariis: nam homo habet dominium sui actus, meritum autem vel demeritum dicitur per comparationem ad retributionem iustitiæ. Retributio autem fit alicui ex eo quod agit in profectum, vel nocumẽtum alterius. Quia ergo omnis actus humanus vel est secundum rationem & legem æternam, vel contra, & procedit libere a voluntate, & semper cedit in profectum vel nocumentum alterius, eo quod etiam si prodest, vel nocet sibiipsi dicitur communitatem lædere, vel communitati prodesse cuius est pars, & oportet ꝙ actum suum semper vel ad deum tanquam ad finem dirigat vel non dirigat ad deum sic tollẽs eius honorem, cum sit finis omnium, hinc est quod omnis actus humanus vel est bonus, vel malus, & rectus vel peccatum, & laudabilis vel culpabilis, & meritorius, vel demeritorius apud communitatem, vel partem communitatis, & apud deum, qui habet vniuersalem curam communitatis in vniuerso: & hæc de actibus humanis sufficiant.

Explicit liber secundus de actibus humanis.

Postilla in librum secundum.

Post determinationē de fine humanæ vitæ, sequit̄ con/
syderatio de actibus humanis, de q̄bus agit̄ i hoc libro.
& q̄a actus nostri in tm̄ sunt humani inquātū sunt volū
tarii: agit primo auctor de voluntario & inuoluntario.
Scd̄o de ipsis actibus humanis. Tertio de bonitate & ma
litia eorū. Quo ad primū, ostendit, primo qūo volunta/
rium & inuolūtarium est in actibus humanis in. 1. cōclu
sione: & qūo ē q̄nq; sine actu in. 2. Secundo ostēdit a q/
bus causat̄ inuoluntariū, & ponit quatuor causas eius. s.
violentiā: ostendens qūo possit inferri voluntati in. 3. &
qūo causat inuoluntariū in. 4. metum: de quo in. 5. cōcu
piscentiā, de qua in. 6. & ignorātiam: de qua in. 7. quo ad
scd̄m prius agit de actibus elicitis a volūtate, & postea de
imperatis, illi. n. sunt priores & cā horum. Quo ad actus
elicitos incipit ab his qui respiciūt finē, hi. n. p̄cedūt alios
& horū primus est velle seu volūtas, de quo agit quo ad
ipsum actū, in. 8. declarādo respectu cuius sit. s. finis: quo
ad motiuū autē intrinsecū in. 9. quo ad motiuū extrinsē
cū in cōi in. 10. in spāli vero, quo ad illud q̄d mouet in/
directe in. 11. & quo ad illud quod mouet directe in. 12.
Quo ad modū postea quo mouet̄ in. 13. in qua ostendit
voluntatē moueri naturaliter, & in. 14. in qua ostēdit q̄
a nullo mouet̄ de necessitate. Secundus est frui, de quo
in. 15. Tertius intentio de qua in. 16. cōparando postea
hos actus inter se in. 17. Agit deinde de actibus respiciē/
tibus ea q̄ sunt ad finem. Quorum primus est electio, de
qua in. 18. Secūdus consiliū de quo in. 19. Tertius cōsen
sus, de quo in. 20. Quartus vti, de quo in. 21. Et hi oēs
sunt actus eliciti a voluntate. Quo ad imperatos autem,
agit de illis simul in. 22. in q̄ multa determinat. Circa il/
los. Quo ad tertiū p̄rio agit de bonitate & malitia actuū
humanorū in cōi, declarando quatuor, quorū primū est
hæc, duo reperiri in actibus humanis in. 23. Secundum

vnde causant, & quo ad causas principales, q̄ sunt obiectum et finis in. 24. Quo ad secūdarias vero q̄ sunt circūstantiæ in. 25. ex quibus deducit in. 26. quotuplex est bonitas actus humani. Tertium est quō vtrūq; se habet ad speciem actus humani, & respectu quidē obiecti & finis in. 27. respectu vero circūstantiarū in. 28. Quartū est an aliquis sit indifferens respectu boni & mali: in. 29. Secundo agit de bonitate & malitia ipsorū in spāli, & quo ad actus interiores in. 30. respectu causaꝝ proximarū, q̄ sunt obiectum & ratio, &. 31. respectu causę remote quæ est voluntas diuina, & quo ad actus exteriores in. 32. & ex his deducit pluralitatem actuum humanorum in genere moris stante vnitate in genere naturæ in. 33. Tertio agit de iis quæ consequuntur actus humanos rōne bonitatis & malitię in. 34.

INCIPIT LIBER TERTIVS DE PRINCIPIIS INTERIORIBUS *actuum humanorum in communi, idest de habitibus.*



1 *Abitus est dispositio perfecti ad optimum.* 1.2. q. 49. p to tum.

Habitus. n. ab habere dicitur, secundum quod habere sumitur, prout res aliqua dicitur quodam modo se habere in semetipsa vel ad aliud bn̄ vel male: & quia modus rei, qui dicit rei determinationē secundum aliquam mensuram est qualitas: (importat. n. qualitas modum substantiæ:) hinc est quod habitus hoc mō acceptus est qualitas, sed non est quælibet qualitas, sed 7. phy. t. c. 17. 5. meta. t. c. 25.

qualitas quæ dicitur diſpoſitio ſecundum quod diſpoſitio accipitur pro genere ad diſpoſitionem, quæ eſt q̃litas de facili mobilis & ad diſpoſitionem, quæ eſt de difficili mobilis, quæ ſpeciali nomine vocatur habitus, & ſic in diffinitione comprehendimus vtranq; diſpoſitionẽ. Nam & diſpoſitio, quæ eſt de facili mobilis, eſt quodãmodo quidam habitus imperfectus, perfectũ autẽ dicimus, quod iam eſt ſecundũ ſuam naturam conſtitutũ in eſſe. i. peruenerit ad finẽ generationis, vnde habitus importat habitudinẽ quandam ad naturam rei iam perfectam in eſſe ſecũdũ quod per ipſum bene vel male diſponitur: hoc eſt ſecundũ quod illi naturæ conuenit, vel nõ cõuenit: & quia vlterius natura rei ordinatur ad aliquẽ finem, vt ad opus vel ad operatum: ideo dicitur q̃ habitus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. Nam habitus nõ ſolum importat ordinem ad naturam rei, ſed etiam ex conſequenti ad operationem inquantum eſt finis naturæ vel perducens ad finem. Maxime aũt & principaliter importat ordinem ad operationem qũ eſt diſpoſitio talis naturæ, quæ ſecundũ ſe habet ordinẽ ad operationẽ vt quando eſt diſpoſitio potentiæ alicuius, de cuius ratione eſt, vt ſit principium actus.

vbi ſu. *Habitus ſunt neceſſarii.* 2

ar. 4. Cum. n. habitus diſpoſitionem quãdam in ordine ad naturam rei & eius operationem vel finem dicat ſm quẽ aliquid bene vel male ad hoc diſponitur, tria requirunt ad ipſum, primo quidem vt id quod diſponitur ſit alterum ab eo ad quod diſponitur, & ſe habeat ad ipſum vt potentia ad actum. ſecũdo q᷑ id quod eſt in potentia ad alterum poſſit pluribus modis determinari & ad diuerſa. tertio q᷑ plura concurrant ad diſponendum ſubiectũ ad vnum eorũ ad quæ eſt in potentia, q̃ poſſunt diuerſimode cõmẽſurari, vt ſic bene vel male diſponat ad formam & ad operationẽ. Ex his ergo patet, quod in eo, q̃

nullo mō potest esse compositum, non est habitus vt in deo: nec in iis, quæ sunt ad vnum determinata, quia eēt frustra in illis, cum secundū suam naturam sint sufficienter disposita. Est ergo in iis, quæ nō sunt determinata ad vnum quæ si debēt determinari, ad aliquod eorum requiritur vt plura concurrant, quæ diuersimode possunt adinuicem commensurari vt dictum est, vt sic ad illud bene vel male, seu etiam melius, vel peius disponantur, vt est sanitas & pulchritudo, & alia hmōi. Ex quo sequitur ꝙ simplices qualitates elementorum non sunt habitus, quia secundum vnum modū determinatum cōueniunt elementis. Quia igitur multa sunt entium ad quorū naturas & operationes necesse est plura concurrere quæ diuersis modis commensurari possūnt ideo necesse est habitus esse.

3 *In anima principaliter sunt habitus in corpore vero secundario.* 1. 2. q. 50. p to. pdi. c. de quali.

Quia ad operationem corporis naturalem non requiritur habitus, sed qualitas vel virtus naturalis ad vnum determinata, sed operatio, quæ est ab anima per corpus & est principaliter ipsius animæ, reqrit aliquem habitū, inquantum. n. corpus disponitur & habilitatur ad prompte deseruiendum animæ sic in eo dicitur esse habitus, vel etiam inquātum disponitur tanꝙ subiectum ad formam: & hoc modo pulchritudo & sanitas dicuntur habitus licet non ita proprie: quia non habent habitus corporis difficilem transmutationē, immo faciliter trāsmutantur ꝑpter mutabilitatē corporis, in anima aūt sunt habitus non secūdum essentiam, quasi essentia disponatur in ordine ad aliquā naturam nisi forte ordinetur ad naturam superiorem, vt infra dicetur de gratia: quia ipsa aīa est forma cōpletiua humanæ naturæ: sed sunt in potentiis animæ habitus in ordine ad operationē, non quidē in vegetatiua potētia, quia est determinata ad vnū, & nō

1. eth. c. vlti. lec. vlti. s. t.

obedit rationi, sed in sensitiuis appeditiuis presertim, inquantum operantur ex imperio rōnis, qa sic possunt bene: vel male disponi. In sensitiuis aūt apprehensiuis interioribus sunt etiam habitus scd̄m quod deseruiunt rōni, per quos homo pōt dici bene memoratiuus, vel imaginatiuus, vel cogitatiuus, non sunt tñ in apprehensiuis habitus ita proprie sicut in appetitiuis, quia ratio accipit a sensu: sed appetitus sensitiuus natus est moueri ab appetitu rōnis. In brutis quoq; secundum quod ab hominibus regūtur solēt poni quidam habitus scd̄m quod a rōne hominis quasdam habēt consuetudines. In intellectu aūt & voluntate nulli dubiū est esse habitus, cum diuersimode possint ordinari ad agendū. In intelligentiis autem infra deū sunt habitus aliquo modo, quia indigēt speciebus ad intelligendum, licet nunq̃ sint in pura potentia ad illas, sed in eis maxime ponuntur habitus ad pertingendū ipsum deum: sed de his alias dicetur: itaq; quid sit habitus, & quid sit subiectum eius, & quid finis dictum est: & q̄ habitus sunt necessarii.

1.2. q. 51.ar.1. *Aliquis habitus est naturalis.* 4

Aliquid naturale dicitur dupliciter. s. vel scd̄m naturam speciei, vt homini esse risibile vel secundum naturā indiuidui, vt sorti esse ægrotatiuum, vel sanatiuum, & vtrūq; potest eē naturale. dupliciter. s. vel totū a natura, vel partim a natura & partim ab exteriori principio: vt cum sanatur aliquis virtute naturæ solum, vel etiā ab arte medicinæ: habitus ergo qui est dispositio in ordine ad naturam vel formam, est naturalis modis omnibus. est. n. quædam dispositio corporalis, quæ requiritur ad humanam naturam, & quædam, quæ requiritur ad sortis formā, & est a principio intrinseco & extrinseco. similiter in intelligētiis habitus sunt totaliter a natura: sed in hominibus sunt partim a natura, partim ab extrinseco. In apprehēsiuis. n. potētiis est naturalis habitus princi-

piorum scd̄m inchoationē quantum ad intellectū, qui pertinet ad totam spēm, & quia cognitio primorū principiorum procedit ex sensu, contingit etiam quod secūdum naturam indiuidui, habitus fit naturalis, inquātum vnus homo ex dispositione organorum est magis aptus ad bene intelligendum, q̄ alius. In appetitiuis vero non est aliquis habitus naturalis secundum inchoationem ex parte ipsius animæ quantum ad substantiam habitus, sed solum quantum ad principia quædā ipsius sicut principia iuris communis dicuntur esse seminaria virtutum: quia inclinatio ad obiecta propria, quæ videtur esse inchoatio habitus, non pertinet ad habitum, sed ad ipsam rationem potentiarum: sed bene ex parte corporis, secundum quod ex complexione corporis, quidā sunt inclinati ad hanc, vel ad illam virtutem secundum naturam indiuidui.

5 Ex *actibus habitus causatur.* vbi su.

Omne.n.quod patitur & mouetur ab alio, disponitur per actionem agētis, vnde ex multiplicatis actibus generatur quædam qualitas in potētia passiua, & mota, quæ habitus nominatur. In agente ergo, in quo est solū principium agēdi.i.quod est solum principium actiuum sui actus non potest habitus generari, ex multiplicatis actibus, sicut patet in igne, vnde res naturales nō p̄nt ad aliquid cōsuescere vel dissuescere. si aūt in eo sit principiū actiuū & passiuum sui actus: ex multiplicatis actibus poterit in eo habitus generari, hoc aūt habet anima intellectiua. Nā in ea vis appetitiua mouetur ab apprehēsiua & intellectus secundū q̄ ratiocinatur de cōclusiōibus mouetur a seipso secundū quod habet in se principia per se nota: vnde habitus virtutū moralium causant̄ in appetitiuis potentiis scd̄m quod mouentur a rōne: & habitus scientiarum causantur in intellectu secundum quod mouetur a primis propositionibus.

ar. 2.
2. eth. c.
1. 2. lec.
1. 2. s. 1.

1.2. vbi supra. ar.3. 2. eth. vbi su. *Per vnum actum solum non generatur habitus communiter.* 6

Ad hoc.n.ꝙ aliqua qualitas per agens generetᷣ in passiuum, oportet ꝙ agens totaliter vincat passiuum, appetitiua autem virtus non potest vinci totaliter per vnum actum rationis tantum, vt determinate feratur per modum naturæ ad idem, vt experientia docet, similiter nec quantum ad vires inferiores apprehensiuas: idest quantum ad intellectum passiuum, qui est ratio particularis: idest vis cogitatiua, memoratiua, & imaginatiua, ratio non potest per vnum actum imprimere habitũ. Necessarium est enim plures actus iterari, vt aliquid memoriæ retineatur, habitus quoque opinionis non generatur ex vna propositione, vel ratione probabili: sed oportet etiam pluries actum iterare. Verum habitus scientiæ potest ex vna demonstratione causari, quia a demõstratione vna potest intellectus totaliter conuinci, similiter habitus corporales quandoq; ex vno actu causantur, si actiuum sit magnæ virtutis, fortis.n.medicina quãdoq; statim inducit sanitatem.

1.2.q. 52.ar.1. 2. ꝑdi.c.de quali. *Augumentum habituum fit diuersimode.* 7

Augmentum enim habituum sicut & aliarum formarum est tractum ab augmento quantitatum & quod in quantitatibus intelligitur secundum magnitudinẽ materialem in qualitate intelligitur secundũ perfectionem. Augmentum igitur formarum potest cõsyderari vel ex parte formæ vel ex parte subiecti.i.quia forma secundũ se potest augeri vel minui, vel quia subiectum eam magis vel minus participare potest. Est ergo sciẽdum quod illud secũdũ quod aliquid sortitur speciem, oportet esse fixũ & stans, & quasi indiuisibile, & quicquid ad illud attingit sub specie cõtinetur: & quicquid ab illo recedit nõ pertinet ad illam speciem, siue in plus siue in minus ab illo recedat: quia species sunt sicut numeri. formæ ergo,

quæ non recipiunt speciem in ordine ad aliquid, sed secundũ se, vel secundũ aliquid sui, habent secundũ se determinatam rõnem: quæ nec in plus, nec in minus excedere potest, harum ergo quædam sunt tales, ꝙ secundũ eas participans ipsas habet suam speciem, & hæ sunt formæ substantiales. Quædã vero sunt, de quarũ rõne est indiuisibilitas, vnde oportet ꝙ participans illas participet eas scꝺm rationẽ indiuisibilitatis, sicut sunt spẽs numeri & figurarum: & tales formę nõ suscipiunt magis & minus nec scꝺm se, nec secũdũ participationem subiecti. consistunt. n. in indiuisibili. Quædam aũt sunt, quæ nõ recipiunt speciem in ordine ad aliud, sed tamẽ quia elongantur a substantia & quantitate, & si secũdũ se in indiuisibili consistunt, nõ tñ dant speciem subiecto, nec de ratione earum est indiuisibilitas: vnde tales quamuis non possint in se suscipere magis & minus, tamen suscipiunt secundum participationem subiecti. quia possunt participari secũdũ magis vel minus a subiecto, secundũ ꝙ magis vel minus radicantur in subiecto, vel accipiũt magis vel minus dominium supra subiectum, formæ vero, q̃ recipiunt speciem in ordine ad aliud possunt secundum se diuersificari in plus & in minus & nihilominus sunt eædem specie propter vnitatem eius ad quod ordinant: ex quo recipiunt speciem, sicut motus secũdũ se est intensior & remissior, & tamẽ est eiusdem speciei propter vnitatem termini, ex quo speciem capit, & idem potest in sanitate consyderari ad cuius rationẽ pertingit corpus secundũ quod illa habet dispositionem conuenientem naturæ animalis, cuius possunt esse diuersæ dispositiones vnde potest sanitas variari in plus & minus remanente rõne sanitatis. Nõ enim est eadem in omnibus commẽsuratio, nec etiam in eodem semper, nisi forte quis diceret ꝙ nomẽ sanitatis esset impositum perfectissimæ cõmensurationi. Itaq; cũ habitus & dispositiões dicant secundũ ordinẽ ad aliquid, dupliciter põt in eis esse inten

sio & remissio. vno modo secundum se, vt dictum est in sanitate: & patet etiam in scientia, quæ dicitur maior vel minor, secundum quod ad plura vel pauciora se extendit. alio modo secundum participationē subiecti, prout æqualis scientia magis in vno incipitur quam in alio secundum diuersam aptitudinem vel ex cōsuetudine vel ex natura. Non. n. habitus & dispositio dant speciē subiecto, nec verum in sui rōne includunt indiuisibilitatē.

Vbi .s. 2. *Augmentum habituum potest fieri per additionem et sine additione.* 8

Quidā. n. eorū augētur per additionē: nō quidē quātum ad participationem subiecti, sed magis ſm quādā extensionē, vt cū augetur sciētia, qa ad plura extendit. sicut cum auget motus, quia ei aliqd addit de via p quā fit. sed quantū ad intensionē & remissionē auget scdm participationē subiecti. Formæ vero, quæ secundum se non augent, sed tantū per participationē subiecti, non augent per additionē, qa hoc esset ex parte subiecti (nō eni. potest esse ex parte formæ, quia talis additio speciē variat) & dupliciter pōt hoc contingere. vel qa aliq̄ pars subiecti recipit formā, quam prius nō habebat. vel quia aliud subiectum addit priori eandē formā participans, sed secundū hos duos modos nō fit magis aliquid tale sed maius. nullo ergo modo per additionē est tale augmentum. Et similiter in habitibus corporalibus, vt in sanitate & pulchritudine nō fit aliquid magis vel minus tale per additionē, quia nullū animal dicitur sanū simpliciter vel pulchrū nisi secundū omnes partes suas. sed fit hæc intensio per transmutationē simplicium qualitatum, quæ non augentur nisi secundū intensionem ex parte subiecti participantis.

Vbi su. ar. 3. *Aliqui actus correspondentes habitui augent habitū, aliqui diminuunt, aliqui vero disponunt.* 9

Si. n. intensio actus proportionaliter intensioni habi

tus reſpondet,ita quod ęquetur ei, vel ſuper excedit ipſum:ſic quilibet actus auget habitū vel diſponit ad ipſius augmentū.ſic.n.paſſiuum fortius ab actiuo vincit, & ei magis dominatur actiuum. ſi autem intenſio actus deficiat ab intenſione habitus,talis actus nō ſolum non diſponit ad intenſionem habitus,ſed etiā diminuit vel diſponit ad diminutionē,vt cum quis negligenter operatur.eſt.n.talis actus aliquo modo cōtrarius habitui,ſicut minus album dicitur contrariari magis albo.

Habitus generati poſſunt eſſe corrupti. 1.2.q. 53.ar.1. 2.eth.c. 1.2.lect. 1.2.

Dupliciter.n.aliqua forma corrumpitur.vno modo per ſe.i.a ſuo contrario,aliomodo per accidens.i.ex corruptione ſubiecti.habitus igit̃ corporales,vt eſt ſanitas & pulchritudo vtroque modo poſſunt corrumpi, quia habent contrariū,& ſubiectum eoꝝ eſt corruptibile. habitus aũt ſcientię,qui principaliter eſt in intellectu poſſibili,ſecūdario vero in viribus apprehenſiuis ſenſitiuis, ex pte intellectus nō pōt corrūpi per accidens: ſed ſolū ex pte viriū apprehenſiuaꝝ ſenſitiuarū. ſi igit̃ habitus intellectus ſit in intellectu poſſibili īmediate ab intellectu agēte cauſato p abſtractionē ſpērū intelligibiliū,talis habitus eſt incorruptibilis p ſe & ēt per accidēs, quia ſpēs intelligibiles nō hn̄t contrariū,nec ſcd̄m ſe, nec ex parte cauſæ.ſ.ītellectus agētis,& ſubiectū eſt incorruptibile,& hic eſt habitus primoꝝ pricipioꝝ tam in ſpeculatiuis quā in practicis ſcientijs.nulla.n.obliuione vel deceptiōe corrūpi pn̄t.ſi aūt ſit cauſatus ex rōne ꝓcedente a principijs ad cōcluſiones poterit p ſe corrūpi: vel p contrarietatē propoſitionū,ex quibus cauſatus eſt talis habitus,vel p ſophiſmaticū & cōtrariū proceſſum rōnis.& eadē eſt rō de alijs virtutibus intellectualibus. habitus aūt q ſunt in parte appetitiua cauſant̃ p hoc q̄ rō nata eſt partē appetitiuā mouere. vnde per iudicium rōnis in contrarium mouentis quocūque modo ſiue ex igno-

rantia siue ex passione, vel etiam ex electione corrumpitur habitus virtutis, vel vitii, & sicut ex eadem causa augentur habitus ex qua generantur, ita etiam ex eadem cã diminuũtur ex qua corrumpũtur, vnde sicut possunt habitus corrumpi: ita etiam diminui possunt.

1.2. vbi su.ar.3. li.de lõ. & bre. vitæ. *Habitus possunt corrumpi & diminui per solam cessationem ab opere.* 11

Cessatio.n.ab opere est causa corruptiõis ipsius habitus per accidens.i.inquantum remouet prohibens corruptioné, quod est ipse actus, q contraria remouet, q̃ quidem subcrescunt per temporis tractum, dum actus remouentur: habitus.n. reddit hominem promptum ad operandum. Cum igitur cessatur ab opere, necesse est q̃ꝺ proueniant multæ operationes & passiones præter modum virtutis ex inclinatione appetitus sensitiui & aliorum, quæ exterius mouent: & similiter ex parte intellectus surgunt imaginationes extraneæ, & aliqñ ad contrarios habitus ducentes: ex quo fit vt homo sit minus idoneus ad operandum & iudicandum.

1.2.q. 54.ar.1. *In vna potentia multi habitus esse possunt.* 12

Habitus.n.sunt dispositiones quædam alicuius existẽtis in potẽtia ad aliquid siue ad naturam, siue ad operationem vel finé naturæ. De habitibus ergo q sunt dispositiões ad naturam manifestũ est, ꝙ possunt esse plures in eodé subiecto, eo ꝙ vnius subiecti possunt diuersimode partes accipi: sc͂ðm quarũ dispositiones habitus dicũtur. Similiter etiam si loquamur de habitibus, q sunt dispositiones ad operationem, quia pertinent ad potentias passiuas tantum, in vna autem potentia passiua possunt esse plures habitus. Sicut enim materia prima determinatur ad vnam formam per vnũ agens: ita etiam potẽtia passiua a ratione vnius obiecti actiui determinatur ad vnũ actum secũdũ speciem, vnde sicut plura obiecta possunt mouere vnam potentiam passiuam: ita vna po-

tentia passiua potest esse subiectum diuersorũ actuũ vel perfectionum diuersarũ secũdũ speciem, habitus autem sunt qualitates seu potẽtiæ perfectiões, quibus determinatur potentia ad determinationem actus secundũ speciem, vñ sicut ad vnam potentiam possunt plures actus pertinere specie differentes, ita & plures habitus.

13 *Habitus distinguntur multipliciter.* vbi su. ar. 2. 3.

Cũ enim habitus sit forma quædam, & distinctio formarum sit secundũ principia actiua diuersa: eo ꝙ omne agens facit sibi simile secũdum speciem: iccirco habitus inquantum sunt formæ quædam distinguntur secundũ principia actiua ipsorum, habitus quoq; inquãtũ est habitus ad aliquid ordinatur. i. vel ad naturam, vel ad corpus, omnia autem, quæ dicũtur in ordine ad aliquid distinguntur secundum distinctionem eorum, ad quæ dicuntur: & ideo habitus etiam distinguntur secundũ ordinem ad naturam vt. s. ille habitus dicatur bonus, qui disponit ad actum naturæ conuenientem. Malus vero ille qui disponit ad cõtrariũ, & similiter distingũtur secũdũ obiecta specie differentia Distinguntur etiam secundum diuersam cõueniẽtiam ad naturã, ex eo ꝙ habitus vnus disponit ad naturam & actũ naturæ inferiori conuenientem, & habitus alter ad actum naturæ superiori conuenientem, sicut distinguitur virtus humana a diuina & heroica.

14 *Habitus est qualitas simplex non constituta ex pluribus habitibus.* vbi su. ar. 4.

Quia. n. habitus est quædam perfectio potẽtiæ, & oĩs perfectio proportionatur suo perfectibili, hinc est ꝙ sicut vna potẽtia ad multa se extẽdit secũdum ꝙ conueniunt in vna generali ratiõe obiecti: ita etiam vnus habitus ad multa se extẽdere potest secũdũ vnam rationẽ vel vnam naturam, vel vnum principiũ. Quia ergo multiplicitas hæc est ad vnum ordinata, ad quod habitus

principaliter respicit: hinc est, quod dato quod habitus ad multa se extendat, est tamen vna qualitas simplex habitus ergo & virtutes proprie non componuntur ex aliquibus partibus integralibus, sed bene sub se habēt partes subiectiuas & potentiales, vt infra patebit: vnde non generantur, nec augentur habitus ex hoc quod pars post partem generetur, sed ex eo quod non statim sequitur dispositionem formæ: sed primo est in subiecto imperfecte, & postea perficitur: sicut si aliquis habens scientiam vnius conclusionis acquirat scientiam alterius, non iam acquirit nouum habitum, sed habitus, qui prius inerat fit perfectior, & ad plura se extendit. De habitibus ergo tanta diximus.

Explicit liber tertius de habitibus.

Postilla in librum tertium.

Post consyderationem actuum humanorum in cōmuni sequitur consyderatio de habitibus, qui sunt principia intrinseca huiusmodi actuum. disponunt enim & habilitant potentias animæ ad agēdum, vnde de illis agitur in hoc libro, in communi tamen, hoc ordine, primo quidē agit auctor de substantia eorū. secundo de causis tam generationis quam augmenti & corruptiōis ipsorum, & tertio de distinctione eorundem. Circa primum quia substantia habitus cognoscitur per eius diffinitionē, & subiectū a quo depēdet, ideo primo diffinit habitū in prima conclusiōe, ex quo deducit eius necessitatem in. 2. Secundo vero ostēdit eius subiectum tam principale quam secundarium: in. 3. Circa secūdū, primo declarat causas generatiōis eius quo ad naturam quidē in. 4. quo ad actus vero nostros in. 5. & 6. nā partim a natura, partim autem ex actibus generatur. Secundo manifestat cām augmenti

& diminutionis illius augmenti quidem seorsum in.7. & octaua: vtriusq; vero in nona. Tertio declarat causam corruptionis eiusdem, quo ad causam per se in decima. Quo ad causam aũt per accidens in vndecima. Quo ad tertium primo distinguit habitus ex parte potentiæ in duodecima. Scõo ex parte obiecti, in tertiadecima. Tertio ex parte ipsorum habituũ in, 14.

INCIPIT LIBER QVARTVS DE VIRTVTIBVS IN COMMVNI.

1 

Irtus est habitus bonus mentis, quo recte viuitur & quo nullus male vtitur, quem deus in nobis operatur. 1.2.q. 65.p to. 3 .eth.c. 5.lec. 6. s.t.

Virtus.n.nominat quandam potentiæ perfectionem. Vniuscuiusq; vero perfectio consyderat̃ in ordine ad suũ finẽ, & finis potẽtiæ est actus, illæ ergo potẽtiæ, q̃ naturaliter ad suos actus determinant̃, vt sunt potẽtiæ naturales, virtutes vocant̃. Rõnalis vero determinat̃ ad suũ actũ per habitũ, & ideo humanæ virtutes sunt habitus. qa aũt virtus est perfectio, oportet ꝙ virtus cuiuslibet rei determinet̃ ad vltimũ, in qõ res põt, hoc aũt oportet esse bonũ, quia malũ defectũ importat, & non virtutem, ideo virtus cuiuslibet rei dicit̃ in ordine ad bonũ, ꝓpter qõ sequit̃ quod virtus humana sit habitus bonus, & qa virtus humana, de qua loqmur, nõ põt ad corpus pertinere, nec ad aliquas vires, q̃ sunt animæ & corpori cões, sed solũ ad illud qõ est homini proprium.i.ad rationẽ: icirco cum virtus importet perfectionẽ potẽtiæ, virtus

humana nõ poteſt importare perfectionem potẽtiæ in ordine ad eſſe, in quo homo cum aliis communicat, & ideo importat perfectionem potẽtiæ ad agere, propter quod ſeqtur, ꝙ ſit habitus bonus operatiuus. Quia aũt virtus eſt accidẽs, nõ poteſt habere materiã, ex qua, ſed bene materiam circa quam & in qua. Verũ quia materia circa quã eſt obiectum quod determinat habitũ ad ſpeciem: & hic diffinitur virtus in communi, nõ potuit in eius diffinitiõe poni hæc materia: ſed loco eius ponitur materia, in qua, cum dicitur quod eſt habitus mẽtis. Cũ autem dicitur, qua recte viuitur, oſtẽditur quod eſt habitus operatiuus, & excluditur habitus vitioſus, qui ſemper ad malũ inclinat, & cũ dicitur quo nullus male vtitur, excluditur habitus opiniõis, qui quandoq; inclinat ad verum quandoq; ad falſum: & alii habitus ſiqui ſunt, qui quandoq; ad bonum, quandoq; ad malum inclinãt. Virtute autem nullus poteſt male vti tanquã principio vſus, ita ꝙ malus ſit actus virtutis: ſed bene tanquã obiecto, vt cum odit eam, vel de eã ſuperbit, & quãuis ratio ſit principium & cauſa efficiens virtutis: tamen deus eſt ꝑma cauſa eius, & certe ipſe eſt magis cauſa eius, ꝗ̃ nos. Nam & aliquando in nobis ſine nobis virtutes operatur. Itaq; cauſa formalis virtutis tangitur, cũ dicitur habitus bonus. hic enim ponitur genus & differentia. Materialis autem cũ dicitur mentis finalis, cũ tangitur operatio, dicẽdo quo recte viuitur, & quo nullus male vtitꝰ. Efficiens autem, cũ dicitur quem in nobis deus operatꝰ. perfecta ergo eſt diffinitio eius.

1.2.q. *Virtus eſt in potentia animę tanꝗ̃ in ſubiecto.* 2

56.ar.1. Eſt.n. perfectio potẽtiæ, & ꝑfectio eſt in eo, cuius eſt perfectio, eſt ẽt habitus operatiuus: aĩa aũt per potẽtias operatꝰ. Itẽ eſt diſpoſitio perfecti ad optimũ: qđ eſt operatio, vel aliquid cõſecutũ per operationẽ a potẽtia egredientẽ. eſt igitur ſubiectiue in potentia animæ.

3 *Vna virtus non potest esse in duabus potentiis ex ęquo.* vbi su. ar. 2.

Diuersitas.n.potentiarũattenditur secundum conditiones generales obiectorũ.Diuersitas autẽ habituũ secundum speciales,iccirco vbicunq; est diuersitas potentiarum est diuersitas habituum,sed non econuerso,non ergo potest vna virtus esse in duabus potẽtiis ex ęquo: sed bene põt esse in vna principaliter,& in aliis per modum cuiusdam diffusionis,vel dispositionis:secundum quod vna potentia mouetur ab altera.

4 *Intellectus subiectum virtutis esse potest.* vbi su. ar. 3. 6.ethi.c. 3. lec. 2. s.t.

Virtus.n.est,quę bonum reddit habentẽ,& opus eius bonum, vt ex dictis patet,oportet ergo ꝙ virtus simpliciter dicta non solũ dẽt facultatem bene agẽdi:sed ẽt quod faciat recte vti facultate. Quia ergo voluntas mouet omnes potentias, quæ aliqualiter sunt rõnales, ad suos actus,vt supra dictum est,ideo ex eo quod hõ habet bonã voluntatem, sequit̃ ꝙ recte agat.Virtus ergo omnis,q̃ bonũ facit habentẽ, & opus eius reddit bonũ, aut est in voluntate, aut in aliqua potẽtia secundũ ꝙ est a voluntate mota. Intellectũ autem cõtingit moueri a volũtate:& ideo potest esse subiectum virtutis simpliciter dictæ,vt intellectus speculatiuus fidei, cui per volũtatem assentit,de qua alias loquemur,& practicus prudentiæ ad quam requirit̃,vt homo recte se habeat ad finem per rectitudinem volũtatis. Alii vero habitus scientiarum,& artium quãuis præbeãt facultatem recte operandi, non tamen faciunt semper recte operari, nec habent ordinem ad voluntatem,vnde secundum eos non dicitur aliquis simpliciter bonus,vnde non sunt simpliciter virtutes.

5 *Irascibilis & concupiscibilis sunt subiecta virtutum.* 1.2. vbi su. ar. 4. 3.eth. c. 12. lec. 19. s.t.

Irascibilis.n.& concupiscibilis secundũ quod a rõne mouẽtur,sic rationem aliquo mõ participãt.Actus aũt, qui progreditur ab humana potẽtia secundum quod est

ab alia mota, non potest esse perfectus, nisi vtraq; potentia sit bene disposita ad actum, & ideo necesse est in irascibili, & concupiscibili secundum quod a ratione mouentur, esse aliquam dispositionem seu habitum secundum conformitatem ad rationem, vt perfectus sit actus potentiarum istarum prout a ratione mouentur, & ideo virtus istarum potētiarum nil aliud est quàm quædam habitualis conformitas ad rationem, sunt ergo subiectum virtutis.

1.2. vbi su. ar. 5. *In viribus sensitiuis apprehēsiuis nō est proprie virtus.* 6

Quamuis enim in viribus interioribus apprehensiuis videatur esse aliquis habitus per modum cuiusdam consuetudinis, vt maxime patet in memoria: tamen huiusmodi consuetudo non est habitus per se, sed aliquid annexum habitibus partis intellectiuæ, & posito ꝙ in talibus viribus sint quidam habitus, hi tamen virtutes dici non possunt: quia virtus semper est in illa potentia, quę est consumatiua boni operis, cum sit habitus perfectus, quo non contingit nisi bonum operari, vnde etiá in appetitu sensitiuo secundum quod a voluntate mouetur, consumatur bonum opus, sed in huiusmodi viribus nō consumatur cognitio veri vel falsi, immo potius in intellectu. nam huiusmodi vires sunt magis mouētes intellectum, q̃; ab eo motæ, & sunt quasi præparatoriæ ad cognitionem intellectiuam. In sensibus autem exterioribus, & in viribus animæ vegetatiuæ, ꝙ non sint habitus, neq; virtutes clarum est, quia sunt determinatæ ad vnum, & non subiiciuntur imperio rationis.

vbi su. ar. 6. *Voluntas est subiectum virtutis.* 7

Potentia.n. ad bene agendū, tunc indiget habitu perficiente, quando non sufficit ad hoc propria ratio eius, quæ consistit in ordine ad obiectum. Cum igitur obiectum voluntatis sit bonum rationis sibi proportionatū quantum ad hoc non indiget voluntas aliqua virtute,

per naturam.n.propriam tendit in id,quod sibi bonum est secundum rationem,vnde ad moderandum passiones irascibilis & cōcupiscibilis non indiget aliquo habitu, cū ad hoc ipsa cum rōne sufficiat,vnusquisq;.n.hoc mō potest tendere in id,quod est bonū sibi,absq; alio habitu in voluntate existente,sed bene necesse est in ea esse aliquā virtutē perficientem respectu boni excedentem proportionem volentis,sicut est bonum diuinū,vel bonum proximi,& ideo virtutes quæ ordinant affectū hominis in deum & proximum, sunt in voluntate sicut in subiecto sicut est charitas & iustitia.

8 *Tres sunt virtutes intellectus speculatiui abinuicem distinctę.* 1. 2. q. 57.ar.1. ar.1.2.

Quia.n.habitus speculatiui intellectus prębent facultatē ad bonū peragendum licet non pbeant vsum eo q vsus ad appetitiuā potentiā pertineat,ideo dicuntur virtutes aliquo mō licet non sint simpliciter virtutes vt dictum est. Per has ergo virtutes intellectus perficitur ad cognoscendum verum,si ergo perficitur ad cognoscendum verum tanq; per se notū,habitus ad hoc perficiens dicitur intellectus.hoc.n.verū statim percipitur ab intellectu.si aūt verum est per aliud notū,tunc vel est vltimū respectu cognitionis humanæ,quod secundū se est notissimum:sed nobis per aliud notū:& ad hoc perficit habitus sapientiæ,quæ versatur circa altissimas causas, vel est vltimū in hoc vel illo genere cognoscibiliū:& ad hoc perficit scientiæ habitus,vnde scōm diuersa genera scibiliū sunt diuersi habitus scientiarū cum tamen sapientia non sit nisi vna,siquis ergo recte consyderet hæ tres virtutes non ex æquo ab inuicem distinguntur:sed ordine quodā qa sciētia depēdet ab intellectu sicut a principaliori,& vtrunq; a sapientia tanquā a principalissimo, quæ sub se continet & intellectum & scientiam, vt de conclusionibus sciētiarū diiudicans & de principiis earūdē. 6.eth. c. 4.5.6.7 lec. 3.5. 6.s.t.

1.2. vbi *Prudentia est virtus intellectus practici alia ab arte.* 9
su.ar. 3. Ars.n.est recta rō aliquorū operum faciendorum, quo-
4. rum tamē bonum nō cōsistit in hoc quod appetitus hu-
6.eth. c. manus aliquo modo se habeat: sed in hoc q̄ō opus sit in
5.6. lec. seipso bonū, vñ ars habet rationem virtutis, sicut ēt ha-
3.4. bitus speculatiui: qa dat facultatem bene operādi: sed nō
2.eth. c. vsum: cum nō respiciat appetitum. Prudētia vero etiam
3.lec.4. dat vsum. Nam est recta rō agibiliū.i.actuum humano-
5.t. rum qui sunt vsus potētiarū, quorum principia sunt fi-
nes, & ideo ad prudētiam requiritur q̄ homo sit bene di
spositus circa fines, quod nō est nisi per virtutes mora-
les. Ars ergo est circa factibilia, & trāsit in exteriorē ma-
teriā: & nō requirit appetitum rectum. Prudētia vero cir
ca agibilia, & requirit rectitudinem appetitus.

1. 2. q. *Virtus moralis ab intellectuali distinguitur.* 10
58.ar.1. Virtus.n. moralis a more dicitur secundū quod mos
2. significat quandam inclinationem naturalem, vel quasi
1. eth.c. naturalem ad aliquid agēdū. sicut dicimus aliqua bruta
vlti.lec. aliquem morem habere, & hoīes more leonū irruere in
vlti. s.t. hostes cui significatiōi propinqua est aliqua significatio,
qua mos consuetudinem importat, quia cōsuetudo ver
titur in naturam. Inclinatio aūt pertinet ad appetitiuam
virtutem cuius est mouere oēs potentias ad agendū, &
ideo proprie virtus moralis dicitur solum illa quæ est in
appetitiua potētia, qa ergo appetitus sensitiuus nō obe
dit rationi absque cōtradictione, necesse est ad hoc q̄ ho
mo bene agat, vt non solum ratio sit bene disposita per
habitū virtutis intellectualis: sed etiā q̄ vis appetitiua sit
bene disposita per habitum virtutis moralis: sicut ergo
appetitus a ratione distinguitur, ita & virtus moralis ab
intellectuali.

1.2. vbi *Virtus humana sufficienter diuiditur per moralem &* 11
su.ar.3. *intellectualem.*

Virtus.n. humana perficit hominem ad bene operan-

dum, duo autem sunt principia humanorum actuum in homine, scilicet rō & appetitus. oportet ergo q omnis virtus humana sit perfectiua alicuius istorū principiorum, virtus aūt perfectiua intellectus, intellectualis est: ipsius vero appetitus perfectiua, est moralis. ergo. &c.

12 *Virtus intellectualis quæ est prudentia non potest esse sine morali, nec moralis sine prudentia & intellectu.* vbi su. ar. 4. 6. eth. c. 16. 17. lec. 10. 11. s. t. 2. eth. c. 5. lec. 7. s. t.

Quod. n. virtus moralis possit esse sine aliquibus intellectualibus, vt puta sine scientia, sapientia, & arte, clarum est & econuerso: sed sine intellectu & prudentia esse non potest, eo quod virtus est habitus electiuus. i. faciēs bonam electionem, ad quā primo requiritur debita intentio finis, qđ fit per virtutem moralem, quæ vim appetitiuam inclinat ad bonum conueniens rationi, qđ est finis debitus, secundo requiritur q homo recte accipiat ea, quæ sunt ad finem, quod nō fit nisi per rationem recte consiliantem iudicantem & præcipientem, quod pertinet ad prudētiam, vt infra videbimus: virtus ergo moralis sine prudentia esse non potest: prudentia aūt præsupponit cognitionem primorum principiorum in rebus agibilibus, quæ per intellectum cognoscūtur, vnde ad virtutem moralem etiam requiritur intellectus, quia autem prudentia est recta ratio agibilium non in vniuersali solū, sed etiam in particulari, eo quod actiones sunt in particularibus, non sufficit homini q recte disponatur circa vniuersalia, quia vniuersale principium potest in particulari per aliquam passionem corrumpi, & ideo oportet etiam q disponatur circa particularia principia agibilium, q̄ sunt fines, vt sciat recte iudicare de fine: vñ oportet q perficiat per aliquos habitus secūdū quos fiat quodammodo homini naturale recte iudicare de fine. Nam qualiter vnusquisq; dispositus est, taliter etiam de fine iudicat, & talis finis sibi videtur: & ideo prudentia non potest esse sine morali virtute, per quam inclinatur

homo ad recte iudicandum de fine.

1.2.q. *Virtus moralis non est passio.* 13

59.ar.1. Non.n.est motus, sed habitus, deinde passiones indif
2.eth.c. ferenter se habent ad bonum & malum, sed virtus solú
5.lec.5. ad bonum se habet: non est igitur passio.

5.t. *Virtus moralis cum passione esse potest.* 14

1.2. vbi .Si.n.passiones dicūtur inordinatæ affectiones nō pos
su.ar.2. sunt esse cum virtute, ita ꝙ post deliberationē eis cōsen
3. tiatur, quia hæ destruunt ordinem rationis. Si vero di-
2.eth.c. cantur affectiones a ratione regulatæ, sic possunt esse in
5.lec.6. virtuoso, vnde virtuosus rationabiliter, & laudabiliter
5.t. de suis peccatis præsentibus, vel præteritis tristatur, vel
etiam de peccatis aliorum, non potest tamē in eo esse tri
stitia de iis, quæ virtuti conueniunt.

1.2. vbi *Non omnis virtus moralis est circa passiones.* 15

su. ar.4. Virtus.n.moralis perficit partem appetitiuā ordinan-
5. do ipsam in bonū rationis: vt.s.sit ordinata secundū ra-
1. eth. tionem. Ratio autem ordinat non solū passiones appeti
vbi su. tus sensitiui, sed etiam voluntatē, in qua non sunt pas-
siones, sed operatiōes quædam, ergo virtus moralis est
ēt circa operationes, & sic est absq; passione, sicut iustitia.
sed virtutes morales, q̄ sunt circa passiōes, absq; passiōe
esse non possunt, aliter facerent appetitū omnino ocio-
sum: sed non pertinet ad virtutē, vt ea, q̄ sunt subiecta
rationi a propriis actibus vacent, sed ꝙ exequantur im-
perium rationis proprios actus peragendo.

1.2.q. *Necesse est esse plures virtutes morales.* 16

60.p 10. Oportet.n.alias esse virtutes circa operatiōes & alias
2.ethi.c. circa passiones, eo ꝙ bonum in operationibus qbusdā
7.lec.8. attēditur scd̄m se: hoc est secundū rōnem cōmensuratio-
9.5.t. nis ad alterū, qualitercunq; homo afficiatur ad eas, & iō
oportet ꝙ sit aliqua virtus directiua taliū operationum
secūdū se ipsas, vt sunt emptio & vēditio, in quibusdam
vero operationibus q̄ sunt interiores passiones bonum

attenditur secūdū cōmensurationem ad operantē, secundum ꝙ bene vel male afficitur, & sic oportet alias esse virtutes harum directiuas. & quia in operationibus exterioribus ordo rationis instituitur secundum conuenientiam rei in seipsa: secundum quam accipitur ratio debiti, ꝙ non est vnius rationis in omnibus, eo ꝙ aliquid aliter debetur æquali, aliter vero superiori, aliter autem inferiori, hinc est ꝙ secūdum hanc diuersitatem sumuntur diuersæ virtutes, vt religio, pietas, gratia, & sic de aliis. & similiter quia appetibilia secūdum motionem rationis diuersimode se habent ad eam, oportet etiam circa passiones & appetitum esse diuersas virtutes vt circa delectabilia venereorum & ciborum temperantia, circa timores & audacias fortitudo, & circa iram māsuetudo, & sic de cęteris.

17 *Quatuor sunt virtutes cardinales.* 1. 2. q. 61. p to.

Virtutes.n. morales solæ dicūtur cardinales: qa sunt perfectæ virtutes, eo ꝙ non dant solū facultatem bene operandi, sed ēt vsum, vt dictum est supra. Cum igitur principiū formale virtutis sit bonum rōnis, hoc bonum secūdū ꝙ in ipsa rationis consyderatione cōsistit respicitur a prudētia, quæ est aliquo modo virtus moralis secundum materiam, vt patet ex dictis. Si autem hoc bonum circa operationes ponatur, habebimus iustitiam. Si vero ad reprimendam passionem impellentem hominem ad aliquid contrarium rationi sic habes temperantiam. Si autem ad firmandum in eo, a quo passiones retrahunt, sic habes fortitudinem, vnde prudentia est in ratione iustitia in voluntate temperantia in concupiscibili, & fortitudo in irascibili. Et istæ dicūtur principales, tum quia omnes aliæ ad istarum generalem rōnem reducuntur, tum quia circa principales materias versantur. Prudentia.n. est præcęptiua: bonum autē ratiōis inuenitur maxime & principaliter in imperio, non autem

in consilio & iudicio. Iustitia est circa actiones debitas inter æquales. Temperantia circa delectationes tactus. Fortitudo vero firmat cōtra pericula mortis. & hæ quatuor dicuntur exemplares secundū quod sunt exemplariter in Deo: in quo prudentia est mens eius. Temperantia conuersio intentionis diuinę ad seipsum. Fortitudo īmutabilitas. Iustitia obseruatio legis æternæ in suis operibus. Purgatoriæ quoque dicuntur in ijs, qui ascendunt ad diuinā similitudinē dirigendo cogitationem ad solum Deū per prudentiā & relinquēdo vsus corporales inquantū natura patiē p tēperantiā & nil timendo propter ascensum ad superna per fortitudinē & per iustitiam assentiendo huic ꝓposito suo. Purgati vero animi dicuntur in perfectissimis, vel beatis, qui p prudentiam sola diuina intuentur. per tēperantiā nesciunt delectationes corporales. per fortitudinē ignorant passiones, & per iustitiā diuinæ menti ꝑpetuo fœdere sociantē tum imitando. Item ciuiles dicuntur eo mō, quo prius fuerunt distinctæ.

1.2.q. 63.1.2. *Virtus humana est partim a natura, partim vero ex assuetudine operum.* 18

A natura qdē ɓm q̄ſdā inchoationē, & ɓm naturā speciei inq̄tū in rōne hoīs insunt naturalr̄ q̄dam principia nāliter cognita tā scibiliū q̄ agendorū, q̄ sunt q̄dā seminaria intellectualiū virtutū & moraliū, & inquātū in voluntate, est qdam nālis appetit⁹ boni qō est ɓm rōnem. & ɓm nām indiuidui, inq̄tū ex corporis dispōne, aliqui sunt dispositi, vl' melius vel peius ad q̄sdā virtutes, ꝓut s. vires sensitiuę actus sunt q̄rūdā ptiū corporis, ex q̄rū dispositione adiuuanē vel īpediunē hmōi vires in suis actibus, & per cōsequēs vires rōnales qbus hmōi vires sensitiuę deseruiunt, & ɓm hoc vnus hō est inclinat⁹ ad vnā virtutē, & ali⁹ ad aliam. Ex cōsuetudine aūt operū sunt quo ad cōsummationē, hæc. n. nō pōt esse a nā, qa

nõ eſt ſm vnũ modũ rationis, ſed diuerſimode ſm diuerſas mãs in qbus virtutes opantur, nã autẽ eſt determinata ad vnũ. fit ergo ex actibus inquãtũ hmõi actus pcedunt a rõne, ſub cuius poteſtate & regula conſiſtit bonũ, ad qđ eſt ordinata virtus humana & virtus ordinans hominẽ ad bonũ ſm q̃ modificaᵗ per legẽ diuinã & nõ per rõnẽ humanã, non põt cauſari p actus humanos, quorũ pncipiũ eſt rõ, ſed cauſaᵗ ſolũ in nobis per operationem diuinã, q̃uis & pª ſit ab illo principaliter, vt dictũ eſt in diffinitione virtutis &c.

19 *Virtus moralis conſiſtit in medio.* 1.2.q.

Moralis.n. virtus proprie eſt perfectiua appetitiuæ partis cuius menſura circa appetibilia eſt ratio. Bonum aũt menſurati eſt, vt ſuæ regulæ conformeᵗ. Cõtingit autẽ quod non cõformeᵗ ei, vel quia ſuper excedit, vel quia deficit. Inter exceſſum aũt & defectum mediuȝ eſt æqualitas, ſeu cõformitas. Virtus ergo moralis, quæ ordinat hominem ad bonũ rationis cõſiſtit in cõformitate ad rõnem. i. in medio exceſſus & defectus. At virtus intellectualis cõſiſtit aliter in medio, verſatur.n. circa verũ, quod menſuraᵗ a re. Medium ergo eius eſt per conformitatem ad rem. vt ſ. dicat eſſe quod eſt, & non eſſe quod nõ eſt. Exceſſus auteȝ eſt ſi diciᵗ eſſe quod nõ eſt. Defectus vero ſi dicit nõ eſſe quod eſt. & hoc eſt verum tam in practicis quã in ſpeculatiuis. verũ eſt tamẽ quod in prudentia ipſa veritas habet rõnem menſuræ reſpectu appetitus. vnde idem eſt medium prudentiæ & virtutis moralis, quod tamen eſt prudentiæ, vt regulãtis, & virtutum moralium, vt earum, q̃ regulantur.

64.ar.1. 2.eth.c. 5. lec.7. 5.t.

20 *Medium virtutis moralis eſt medium rationis.* 1.2. vbi

Mediũ.n. eius eſt p cõformitatẽ ad rõnẽ rectam. Cõtingit autem in qbuſdam, vt in operationibus exterioribus: quæ ſunt ad alterũ, rectum rõnis inſtitui ſimpliciter, & ſecũdũ ſe, vt in venditione & emptione. Et ſic me

ſu. ar.2. 2.ethi. vbi ſu.

dium in huiusmodi non solū est rationis, sed etiam medium rei. Iustitia.n.reddit vnicuiq; qđ dare debet, nec plus, nec minus. In quibusdam vero vt in passionibus interioribus non potest rectum institui secundū mediū rei, qa non omnes eodem modo se habēt ad passiones. Rectitudo ergo in istis est per respectū ad nos, qui afficimur passionibus. vnde oportet quod medium in his sit mediū rōnis. aliquid.n.est mediū in vno quod si alteri æqualiter tribuat̃ excedit, dicit̃ aūt virtus inuenire hoc medium, quādo seruat id, quod oportet, vbi oportet, secundum quod oportet, quando oportet & hmōi.

1.2.q. 65.1.6. eth.c.& lec. vlti. s.t. *Virtutes morales omnes sunt sibi concatenatę.* 21

Cum.n.discretio ad prudentiā pertineat, & moderātia ad temperantiam, & rectitudo ad iustitiam, & firmitas animi ad fortitudinem, & cum discretio absque moderātia, rectitudine, & fortitudine animi esse nō possit, nec firmitas sine discretione rectitudine & moderātia, & rectitudo sine illis. Et similiter nec moderātia, patet qđ ad inuicem sunt cōnexæ. Itē cum propriū virtutis moralis sit facere electionē rectam, eo quod est habitus electiuus, ad quam requiritur non solum inclinatio ad finem, sed ēt recta electio eorū, quæ sunt ad finem, quæ fit per prudentiam, sequitur quod sine prudentia nulla sit virtus moralis, nisi forte imperfecte accipiendo virtutē ꝑ inclinatiōe q̃dā. sicut videm⁹ multos īclinari ad liberalitatē, qui tñ si hn̄t corruptā æstimationē prudentię circa alia vitia nō hn̄t virtutē liberalitatis perfectæ. Prudētia quoq; nō pōt esse sine virtutib⁹ moralib⁹, cū sit recta rō agibiliū, q̄ ex finib⁹ agibiliū ꝓcedit tanq̃ ex pricipijs ad quos recte se h3 p virtutes morales. Intellectuales aūt nō sūt cōcatenatæ hoc mō qđ vna sine altera haberi nō possit, qa sunt circa mās ad īuicē nō ordinatas.

1.2.q. 66.ar.1. *Vna virtus est maior & intensior altera.* 22

Causa.n.& radix humani boni est ratio, quia ergo cā

est potior effectu, oportet q͡ prudentia quæ rationem perficit præferatur in bonitate cęteris virtutibus moralibus. in quibus tãto est vna altera maior, quãto magis ad rõnẽ accedit. vnde iustitia est maior fortitudine, quę est maior temperantia, quæ est in concupiscibili, quæ minus de ratione participat quã irascibilis. si autẽ cõparemus virtutes eiusdẽ speciei adinuicẽ, vna erit maior & intensior altera ex parte subiecti secundũ .s. q͡ vnus est melius dispositus quam alius ad virtutem, vel propter maiorem assuetudinem vel meliorem dispositionẽ naturæ, vel pp maius iudicium rõnis, vel maius donu3 dei. Non.n. oportet q͡ aliquis attingat medium virtutis in indiuisibili ad hoc quod habeat virtutẽ. sed sufficit prope medium esse. Si tamẽ virtus secundũ se consideret. sic non recipit magis & minus, quia magnitudo vel paruitas eius attenditur secundũ ea, ad quæ se extendit. Quicunque autem habet aliquam virtutẽ, vt puta temperantiam, habet ipsam quantum ad omnia, ad quę se temperantia extendit. quod de scientia & arte dici nõ potest. Non.n. quicunque est grammaticus scit omnia, quæ ad grammaticam pertinent. 2. eth.c. vlti.

23 *Omnes virtutes morales in eodem sunt aliquo modo ęqualiter intensæ.* 1.2. vbi su. ar. 2.

Si.n. respiciamus oẽs cõditiones virtutu3, quæ sunt discretio, rectitudo, firmitas, & moderantia, sic sunt ęqualiter intensæ intelligendo semper de æqualitate proportionis, sicut dicimus quod digiti manus æqualiter augentur & diminuunt, cum tamen non sint æquales. Nã si minus esset intensa prudẽtia quã fortitudo, cũ sint cõnexę, vt dictũ est, sequit̃ q͡ illa fortitudo habeat minus de prudẽtia, & sic sit etiã minus intensa. & eadem ratio est de aliis. & ideo hoc mõ æqualiter intenduntur, & remittuntur. Et similiter hoc patet secũdum quod omnes connectuntur per ipsam prudentiam, quia quantum ad

formale virtutis, quod est recta ratio, æqualiter intēdūtur secundū proportionē, quia existente rōne æqualiter perfecta in vno & eodē, oportet quod proportionabiliter fm rōnem rectam medium constituatur in qualibet materia virtutū, verum quantum ad materiale.i.quantū ad inclinationem ad actum virtutis, vel ex cōsuetudine vel ex dono dei potest esse vnus homo magis promptus ad actum vnius virtutis q̃ ad actum alterius.

vbi su. ar. 3. *Virtutes morales praeeminent intellectualibus secundum ordinem ad actum, non autem simpliciter.* 24

Simpliciter vnumquodq; dicitur qñ cōsyderatur secundū propriam rōnem speciei: habet autem virtus speciē ab obiecto, ideo illa est nobilior simpliciter, q̃ habet nobilius obiectum: hæc autem est intellectualis, q̃ habet obiectum vniuersale, sed qa appetitus est mouere alias potentias ad actum: virtus moralis, quātū ad hoc, est nobilior: & ideo ratio virtutis magis cōpetit moralibus q̃ intellectualibus, quia proprie virtus dicitur ex eo ꝙ est principium actus, cum sit perfectio potentiæ.

vbi su. ar. 4. 5. *Iustitia est preclarissima inter virtutes morales, sicut sapientia inter intellectuales.* 25

6. ethi. c. 7. lec. 6. 5. eth. c. 3. lec. 2. 5. t. Nam cū sapientia cōsyderet altissimam causam, q̃ est deus, per quā de omnibus inferioribus iudicare potest, hinc est ꝙ sapientia habet iudicare de omnibus scientiis, & ordinare oēs, & ideo inter omnes est sicut sol in cœlo, vnde prudentia est ministra eius, & præparat ei viā sicut hostiarius regi, ideo & ipsa pēminet omnibus pure moralibus. Iustitia quoq; cū plus de ratione participet q̃ cęteræ virtutes morales, & hoīem ordinet nōsolum ad semetipsum, sed ēt vt recte se habeat ad alterum, patet ꝙ inter virtutes morales est sicut lucifer. Post eam autē est fortitudo, quia inter virtutes morales, q̃ sunt circa passiones, tanto in vnaquaq; relucet rōnis bonum, quanto circa maiora motus appetitus subditur rationi. Maximū

autem in iis, quæ ad hominem pertinent, est vita a qua omnia alia dependent, & ideo fortitudo, quæ appetitiuũ motum subdit rationi in iis, quę ad mortem & vitã pertinent, primum locum tenet inter virtutes, quæ sunt circa passiones, vltimo ergo loco ponimus temperantiam. Quia ergo de virtutibus in speciali intẽdimus tractare. Primo de prudentia. Secundo de iustitia. Tertio de fortitudine. Quarto autem de temperãtia agendũ est. Hæc ergo de eis in communi sufficiant.

Explicit liber quartus de virtutibus in communi.

Postilla in librum quartum.

Quia cõsyderatio specialis sequitur cõem, ideo post determinationẽ de habitibus in cõi, agit auctor de illis in speciali, agendo de virtutibus, nam virtutes sunt quidã habitus, & quia semper a cõioribus in vnaquaq; materia est incipiendũ, agit in hoc libro de virtutibus cõiter, de quibus quinq; per ordinem determinat. s. de natura seu substantia, de subiecto, de distinctiõe, de causa, & de proprietatibus earũ, primũ horum declarat in. 1. cõclusione ponendo diffinitionem cõem virtutis. Secundũ ostẽdit in. 2. &. 3. quo ad potentias animæ in cõi: quo ad illas vero in speciali in. 4. quo ad intellectũ in. 5. quo ad appetitum sensitiuũ in. 6. quo ad vires sensitiuas: & in. 7. quo ad voluntatem. oẽs. n. hæ potentiæ possunt esse aliquo modo subiectũ virtutis. Circa tertium, primo agit de distinctione virtutũ intellectualium, & quo ad illas q̃ sunt in intellectu speculatiuo in. 8. & quo ad illas quæ sunt in practico in. 9. sic. n. distingũtur ab inuicem. Scdo agit de distinctione virtutũ moraliũ: circa quas docet quatuor. primum est quomodo se habent ad intellectuales, quo

ad distinctionem quidem ab illis in.10.quo ad partitionem virtutis humanæ vna cū illis in.11.& quo ad inseparabilitatem ab vna illarum.s.prudentia in.12.Secundum est quomodo se habent ad passiones circa q̄s sunt pro maiori parte,quo ad distinctioné ab illis in.13.quo ad coniunctionem vel separationé in.14.subdés in.15. non oés esse circa illas.Tertium est pluralitas earū quæ declaratur in.16.Quartū est principalitas inter eas quā ponit in.17.in qua ostēdit esse quatuor principales quæ cardinales dicuntur.Quartum vero principale.s.causam virtutis determinat in.18.Quo ad quintum autem agit de tribus proprietatibus virtutum.Primo quidé de medio in quo virtus consistit in.19.20.Secundo de connexione earum adinuicé in.21.Tertio de æqualitate & inæqualitate ipsarum,comparando vnam alteri in cōmuni in.22.comparando morales inter se in.23.comparando morales intellectualibus in.24.& subiungendo quæ sit potissima in vtrisq; in vltima.

INCIPIT LIBER QVINTVS DE PRVDENTIA.

2.2.q.47.ar.2.6.eth.c.6.lec.4.s.t.



Rudentia est recta ratio agibilium. 1
Agibilia.n.sunt contingentia, quæ in ipso operante consistunt,& ad exteriorem materiam non egrediūtur,factibilia vero sunt,q̄ in exteriori materia consistūt, sicut domus & cultellus. Prudentia ergo est virtus,quæ habet regulare operationes hominis ad seipsum & ad alterū.Regula autem ordinandorum in finem a fine sumitur: vnde oportet q̄ cognoscat finem,& ordinem eorum,quæ sunt ad finé.Pru

dens.n.dicitur quasi porro videns, quasi sit perspicax ad videndum incertorum casus, & dirigẽdum ea, q̃ sunt dirigenda recte & sine errore. Prudẽtia ergo dicitur rationabiliter recta ratio agibilium.

2 *Ad prudentiam non solum pertinet cognoscere singularia sed etiam vniuersalia.* 2.2. vbi su. ar. 3. 6.eth.c. 8.lec. 6. 7.s.t.

Cum.n.prudentia sit ratio eoꝝ, q̃ sunt agẽda propter finem, oportet ꝙ consistat in rõne practica, vnde ad prudentiam non solum pertinet consyderatio rationis, sed applicatio ad opus. necesse est ergo ꝙ prudentia cognoscat principia, quæ applicat ad opus & ipsum opus. Cũ igitur illa rationis principia sint vniuersalia, & operationes sint circa singularia oportet ꝙ ipsa cognoscat tam vniuersalia principia agẽdorũ q̃ ipsa particularia agẽda.

3 *Prudentia est specialis virtus.* 2.2. vbi su. ar. 5. 6. eth. c. 5.6.7. lec. 3.4. 5.s.t.

Est.n. virtus intellectualis aliq̃liter & moralis. Differt ergo ab intellectualibus secundum materialem diuersitatem obiectorũ, quia sapientia, scientia, & intellectus sunt circa necessaria. Ars autem & prudentia sunt circa cõtingentia, sed ars circa factibilia, & prudentia circa agibilia, a virtutibus aũt moralibus differt, quia ipsa est in rõne, ipse vero in parte appetitiua, est ergo virtus specialis.

4 *Ad prudentiam non oportet præstituere finem moralibus virtutibus, sed solum disponere de iis, quæ sunt ad finem.* 2.2. vbi su. ar. 6. 6.eth. c. 12. lec. 10.s.t.

Finis.n. virtutum moralium est bonum humanũ, bonum autem humanum animæ est secundũ rationẽ esse. sicut autem in ratione speculatiua sunt quædam principia naturaliter nota, ita etiam in ratione practica, quædã naturaliter cognoscũtur, hæc autem sunt fines, quia ita se habent fines in practicis, sicut prima principia in speculatiuis, vnde fines in practicis sunt sicut p̃ncipia, & ea, q̃ sunt ad finem, sunt sicut cõclusiones. Et ideo ratio na-

turalis est illa, q̃ præstituit finem virtutibus moralibus, q̃ dicitur synderæsis. Prudentia vero disponit ea, q̃ sunt ad finem: quia ad eam pertinet applicare vniuersalia principia agibilium ad particulares conclusiones, quæ sunt particularia agenda.

2.2. vbi su. ar.7. 2. eth.c. 5. lec.7. s.t. *Ad prudentiam pertinet inuenire medium in virtutibus moralibus.* 5

Nam finis virtutis moralis est conformatio ad rōnē rectam. Temperantia.n.hoc intendit ne propter concupiscentias homo diuertat a ratiōe. hic autem finis præstitutus est homini secundum rationem, quæ dictat vnicuiq;, vt secūdum naturalem rōnem operetur, sed qualiter, & per quæ homo attingat ad medium rationis, cum non eodem mō hæc se habeant in omnibus, sed diuersimode in diuersis, & per rectam dispositionem eorum, q̃ sunt ad finem inueniatur mediū, hoc pertinet ad dispositionem prudentiæ.

2.2. vbi su. ar.8. 6.eth.c. 11. lec. 9.s.t. *Præcipere est principalis actus prudentiæ.* 6

Ad hoc.n.vt agibilia secundū rectam rationem disponantur requiritur primo consilium, quod est inquisitio. Deinde iudiciū de cōsiliatis, & hic stat rō speculatiua, sed practica ratio, q̃ ordinatur ad opus procedit vlterius, & iō ad recte disponendū agibilia reqritur tertius actus, q est p̃cipere, q cōsistit in applicatiōe cōsiliatorū & iudicatorū ad operandū, qa ergo iste actus est ꝓpinquior fini rōnis practicæ, inde est ꝙ est principalis actus eius, & sic est principalis actus prudentiæ, q̃ est rō practica, vñ vidημus, ꝙ perfectio artis cōsistit potius in iudicando, qa ille iudicat artifex perfectior, q peccat volens, q̃; ille, qui peccat nolens, q̃si ille habeat iudiciū artis, quo iste carere videtur. Perfectio vero prudentiæ est ecōuerso, imprudētior.n.est, qui peccat volens, q̃; ille, qui peccat nolēs.

2.2. vbi su.ar.9. *Solicitudo ad prudentiam pertinet.* 7

Solicitus.n.dicitur quasi solers citus, inquantū.s.aliqs ex quadam

ex quadam solertia animi velox est ad prosequendũ ea, quæ sunt agenda. hoc autem pertinet ad prudentiam, cuius præcipuus actus est circa agenda præcipere de præconsiliatis, & iudicatis. oportet. n. operari velociter consiliata. Consiliari autem tarde. pertinet ergo solicitudo ad ipsam.

8 *Prudentia se extendit ad bonum commune.* 2. 2. vbi su. ar. 10

Bonum. n. cõmunẽ melius est q̃; bonum vnius. Quia ergo ad prudentiam pertinet cõsiliari & iudicare, & præcipere circa ea, per quæ peruenitur ad debitum finem, patet ꝙ prudentia respicit bonum commune, nam & bonũ proprium nõ potest esse sine communi, quia cum homo sit pars communitatis, & bonum & dispositio partis accipiatur secundum habitudinem ad totum, clarum est ꝙ homo non potest quęrere bonum proprium nisi aliquo modo commune respiciat. 6. eth. c. 9. lec. 7. s. t.

9 *Prudentia, quę respicit bonum proprium non est eadẽ cum illa quę respicit commune.* 2. 2. vbi su. ar. 11.

Species. n. habituum diuersificantur secundum diuersam rationem formalem obiecti. Ratio autem formalis omnium, quæ sunt ad finem attenditur ex parte finis, & ideo habitus diuersificatur ex relatione ad diuersos fines. Diuersi autem fines sunt bonum proprium & bonũ commune familiæ ciuitatis & regni, & ideo oportet ponere vnam prudentiam simpliciter dictam, quæ bonum proprium respicit: & aliam œconomicã quę respicit bonum familiæ: aliam vero politicam seu regularem: quæ respicit bonum ciuitatis siue regni. 6. eth. vbi su.

10 *Non solum ad principes, sed etiam ad subditos prudentia pertinet.* 2. 2. vbi su. ar. 12

Prudentia. n. in ratione est, ad quam pertinet regere & gubernare. Subditi autem inquantum subditus & serui inquantũ seruus non est regere, & gubernare, sed regi & 6. ethi. c. 9. lec. 7. s. t.

gubernari, & ideo eis inquantum huiusmodi non cõuenit prudentia: sed eis conuenit ipsa prudentia inquantũ sunt rationales, quia quilibet homo inquantum est rationalis participat aliquid de regimine secundum arbitrium rationis, & secundum hoc etiam cuilibet homini conuenit prudentia. Præterea in principibus est prudentia legis positiua, in subditis autẽ legis executiua. In has duas diuiditur prudẽtia politica, vnde in principibus est prudentia ad modũ artis architectonicæ, in subditis vero ad modum artis manualis.

2. 2. vbi su. ar. 13 6. eth. c. 12. lec. 10. s. t.

Prudentia perfecta non est in peccatoribus. 11

Prudentiã perfectam voco illam, quæ ad bonũ finem totius vitæ recte consiliatur iudicat & præcipit, quę sola dicitur prudentia simpliciter, imperfecta vero est illa, q̃ vel bonum accipit pro fine, quod non est communis finis humanæ vitæ, sed alicuius spãlis negocii, sicut quando aliquis adinuenit commodas vias ad nauigandũ, vel quæ deficit in principali actu, vt quando quis scit bene consiliari, & iudicare sed non efficaciter præcipit. Est etiã quædam prudentia falsa, qua aliquis bene disponit ea, quæ cõgruunt malo fini, sicut dicimus aliquem esse prudentem latronem. Ex his ergo patet, ꝙ prudentia simpliciter dicta non potest esse in peccatoribus, qui male agũt sed bene prudentia imperfecta, & ipsis solis cõuenit prudentia falsa: quæ dicitur prudentia carnis.

2. 2. vbi su. ar. 15

Prudentia non est nobis a natura. 12

Prudẽtis. n. est applicare vniuersalia principia ad particularia agenda. Quãtũ ergo ad principia vniuersalia est nobis naturalis, q̃a illa sunt naturaliter nobis nota & magis nobis naturalia q̃ principia speculabiliũ. Circa agibilia vero si consyderemus fines, quia fines humanæ vitæ sunt determinati, potest esse etiam naturalis quędam inclinatio ad fines aliquarum virtutum: quidã. n. ex naturali dispositione inclinãtur ad rectos fines, sed ea, quę

sunt ad fines non sunt determinata a natura, sed diuersificantur secúdum diuersitatem personarum, & negociorum, & ideo talis cognitio non potest inesse homini naturaliter, quia natura est ad vnum determinata, verum ex naturali dispositione vnus fit aptior altero ad huiusmodi discernenda. Quia ergo prudentia non est circa fines, sed circa ea, quæ sunt ad finem, patet q prudentia non inest homini a natura.

13 *Prudentia non amittitur directe per obliuionem.* 2.2. vbi su. ar. 16.

Prudentia.n.nõ in sola cognitiõe cõsistit, sed ẽt in appetitu, qa principalis actus eius est pcipere quod est applicare cognitionẽ habitam ad recte appetendũ & operãdũ: & ideo directe corrũpit per passiões, per quas eius actus principaliter tollitur: obliuio nõ potest impedire, inquantum tollit cognitionẽ, ex qua prouenit præceptum. 6.eth.c. 6.lec. 4. s.t.

14 *Memoria est pars integralis prudentiæ.* 2.2. q. 49.ar.1.

Partes integrales prudẽtiæ, & cuiuscũq; alterius virtutis sunt illę, q̃ concurrũt ad perfectionẽ actus illius: cum aũt prudentia sit circa cõtingẽtia nõ potest in his homo dirigi p ea, q̃ sunt ex necessitate vera: sed vt in pluribus. oportet.n. principia esse cõclusiõibus pportionata. Qđ aũt sit vt in pluribus verũ, oportet per experimẽtũ considerare. Experimentũ autẽ ex pluribus memoriis fit, & ideo ad prudẽtiã requiritur plurima memoria, vt ex pteritis experimentis sumamus de futuris argumentum.

15 *Intellectus est pars prudentiæ integralis.* vbi su. ar. 2.

Accipimus autem hic intellectũ, prout importat quãdam rectã æstimationẽ alicuius extremi principii: quod accipitur vt per se notum, & hoc est aliquod principium contingens operabile, quod nihil aliud est nisi aliqs singularis finis, quia ergo omnis processus rõnis ab aliquibus primis pcedit, apparet q totus pcessus rõnis ab aliquo intellectu pcedat, hoc est ab aliq̃ recta æstimatione alicuius finis particularis, q̃ accipitur vt minor ppositio

& ij

in syllogismo.& sic intellectus requiritur ad rectũ pro/cessum prudentiæ.

vbi su. ar.3. *Docibilitas est pars prudentię integralis.* 16

In particularibus.n.operabilibus sunt quasi infinitæ diuersitates, quę non possunt ab vno homine sufficienter consyderari, nec in modico tempore, & ideo maxime

6. eth c. 11.lec.7 s.t. indiget homo a senibus expertis erudiri, & cum reuerentia frequenter applicare animum documentis eorum, vt non negligat propter ignauiam, non cõtemnat propter superbiam, & hoc pertinet ad docibilitatem, ergo hæc ad prudentiam requiritur.

2.2.vbi su.ar.4. 6.eth.c. 11. lec. 8.s.t. *Solertia seu eustochia est pars integralis prudentię.* 17

Eustochia.n.est bene coniecturatiua de quibuscunq;. Solertia est facilis & prompta coniectura circa inuentio/nem medii. Nunc aũt ambas pro eodem accipimus: quia ergo recta æstimatio aliquando acquiritur discendo ab alio, & aliquando per se inueniendo, sicut docibilitas ad prudentiam pertinet, vt homo per eam bene se habeat in acquirendo rectam ęstimationẽ ab alio, ita & eustochia, vt homo bene se habeat in acquirendo æstimationẽ re/ctam per seipsum.

2.2.vbi su.ar.5. 6.eth.c. 6.lec.4. s.t. *Ratio est pars integralis prudentię.* 18

Cum.n.opus prudentiæ sit bene consiliari, & consiliũ sit inquisitio ex quibusdam ad alia procedens, quæ est opus rationis, hinc est quod ad prudentiam necessarium est vt homo sit bene ratiocinatiuus, ideo ratio inter par/tes prudentiæ connumeratur, & accipitur hic ratio non pro potentia, sed pro vsu eius.

2.2.vbi su.ar.6. *Prouidentia est pars integralis prudentię.* 19

Prouidentia.n.importat respectum quẽdam alicuius distantis ad quod ea, quæ in præsenti occurrunt, ordi/nata sunt. Prudentia autem est circa ea, quæ sunt ad finẽ, quæ sunt contingentia. Cum igitur præterita in quan/dam necessitatem transierint, & præsentia inquantũ hu/

iusmodi,quandam necessitatem habeant,consequēs est, vt contingentia futura secundum ꝙ sunt per hominem in finem humanæ vitę ordinabilia pertineant ad prudētiam. Sed vtrunq; eorum importatur nomine prouidentiæ, vnde & nomen ipsius prudentiæ sumitur a prouidentia tanquam a principaliori parte ad quam cæteræ ordinantur.

20 *Circunspectio est pars integralis prudentię.* 2.2. vbi su. ar. 7.

Contingit enim aliquando ꝙ aliquid secundū se consyderatum sit bonum,& conueniens fini, quod tamē ex aliquibus concurrentibus redditur vel malum, vel non opportunum,& ideo necessaria est circunspectio, vt scilicet ea, quæ ordinantur ad finem comparentur iis, quæ circunstant, vt appareat si sunt bona & opportuna. est igitur pars prudentiæ.

21 *Cautio est pars prudentię integralis.* 2. 2. vbi su. ar. 8.

Nam propter multiformitatē operabilium, mala plerạq; miscentur bonis,& ea impediunt,& aliquādo habēt speciem boni,& ideo necessaria est cautio ad vitanda mala, ea. s. quæ vt in pluribus accidunt. nam illa, quæ vt in paucioribus,& casualiter accidunt, ratione comprehēdi non possunt,& hæc igitur ad prudentiam pertinet.

22 *Regnatiua est pars subiectiua prudentię.* 2. 2. q. 50. ar. 1

Ad prudentiam. n. pertinet regere & pręcipere,& ideo vb' est specialis ratio regiminis & præcępti in humanis actibus, ibi inuenitur specialis ratio prudētiæ. In regno autem inuenitur specialis & perfecta ratio regiminis, qa tanto regimen est perfectius, quanto est vniuersalius & ad plura se extendens & alteriorem finem attingens, & ideo regi prudentia competit secundum specialē & perfectissimam sui rationem. Regnatiua aūt est species prudētiæ, quia ad regem pertinet dirigere, non autem ponitur species iustitiæ, quia iustitia est executiua, quāuis prudētia & iustitia sint maxime regi proprię, sub regnatiua ta-

6. eth. c. 9. lec. 7. 3. poli. lec. 3. s.t.

men cōprehenduntur alia regimina iusta, sed denoīatur a regno tanq; a nobiliori regimine, sicut ēt denominatur legis positiua a principali actu regis seu principis. 23

2.2. vbi su. ar. 2. 6. eth. vbi su. *Politica est pars subiectiua prudentiæ.*

Quia.n. subditi ita a dominis reguntur, vt ēt ipsi seipsos agant & regant per liberū arbitriū, reqritur in eis quædam rectitudo regiminis, per quā seipsos regant in obediēdo principatibus: & ad hoc pertinet spēs prudentiæ, quæ dicitur politica, & differt a regnatiua, quia hæc respicit agenda sub ratione magis vniuersali, q̄ ipsa & a prudentia communiter dicta, quia hęc regit hominem in ordine ad proprium bonum, politica autem in ordine ad bonum commune.

2. 2. vbi su. ar. 3. 6. ethi. vbi su. *Oeconomica est species prudentię.* 24

Ratio.n. obiecti diuersificata secūdū vniuersale & particulare vel secundū totum & partem diuersificat artes & virtutes, secūdū quam diuersitatē vna est principalis respectu alterius. Cum ergo domus sit media inter vnam singularem personā & ciuitatē vel regnū, oportet ꝙ prudētia œconomica, q̄ est regnatiua domus sit species distincta a speciebus prudentiæ supradictis.

2. 2. vbi su. ar. 4. *Militaris est species prudentię.* 25

Ea.n. quę sunt secundum rōnē oportet esse cōformia iis, q̄ aguntur secundū naturam, quæ sunt a rōne diuina instituta. Natura aūt non solū intendit ad regēdū vnāquāq; rem in seipsa, sed etiam ad resistēdū impugnationibus, vnde animalibus dedit concupiscibilē & irascibilē: & ideo ciuitatibus & regnis non solū oportet esse prudentiā politicā, per quā disponantur cōuenieter ea, q̄ ad bonum cōe ordinantur: sed etiam militarē, per quā hostium insultus repellantur: & quāuis dicatur aliqn̄ ars, secundū quod habet quasdā regulas recte vtēdi exterioribus rebus vt puta armis, tñ secūdū quod ordinatur ad defendēdū bonū cōe est pars subiectiua prudentiæ.

26 *Eubolia est virtus adiuncta prudentię.* 2.2.q.

Eubolia.n.importat bonitatē & rectitudinem cōsilii. 51.ar.1.
Quia ergo de rōne virtutis humanę est quod faciat actū 2.
hominis bonū:ideo eubolia est virtus humana,& qa be 6.eth.c.
ne consiliari,& bene iudicare,& bene præcipere sunt di- 10.lec.8
uersi actus diuersam habentes rōnem bonitatis,& bene s.t.
pcipere ad prudētiā pertinet,ad quod ordinatur cōsilia-
ri:hinc est quod eubolia est ordinata ad prudentiā tāq̃
ad principaliorem virtutē vnde dicitur pars potentialis
eius.i.virtus secundaria illi adiuncta.

27 *Synesis est virtus annexa prudentiæ.* 2.2. vbi

Synesis importat iudicium rectum circa particularia su. ar.3.
operabilia,secundum quam dicuntur homines sensati, 6.eth. c.
& quia bonitas iudicii & consilii non reducuntur in ean- 11. lec.
dem causam,ideo oportet quod prudentiæ adiungatur 9.s.t.
alia virtus præter euboliam,quæ sit bene iudicatiua. Nā
quidam bene consiliantur,qui non recte iudicant, sicut
etiam in speculatiuis quidam bene inquirunt, prompti
ad discurrendum ex dispositione imaginatiuæ virtutis,
qui tamen non bene iudicant propter defectum intelle-
ctus,& ex mala dispositione sensus communis. Ad rectū
enim iudicium requiritur recta dispositio virtutis appre
hensiuæ,sicut etiam requiritur dispositio speculi ad hoc
ꝙ in eo recte imprimantur formæ,synesis igitur prudē
tię adiungitur.

28 *γνώμη est virtus à synesi distincta, quę etiam annecti tur prudentiæ.* 2.2. vbi su.ar.4

In agēdis.n.contingit aliqñ ꝙ oportet facere præter 6.eth. c
cōes regulas,vt qñ aliqs est impugnator ciuitatis,ei de- 12. lec.
positum nō est reddēdū,& de hmōi oportet secundum 9.s.t.
aliqua principia altiora iudicare, quā sint regulæ cōes,
secūdū quas iudicat synesis.& sic secūdū illa altiora prin
cipia exigitur altior virtus iudicatiua,q̄ est γνώμη,q̄ im
portat quādā perspicacitatem iudicii. Cum igitur habi-

tus cognoscitiui distinguatur secundum altiora & cōiora principia, oportet quod γνώμη a synesi distinguatur, & sic γνώμη ad prudentiam pertinet, ad quam pertinet omnia agenda regulare per rectum consilium, & rectum iudicium, & hæc sufficiant de prudentia.

Explicit liber quintus de prudentia.

Postilla in librum quintum.

Omissis virtutibus intellectualibus quæ non spectāt ad philosophum moralem, nisi quantum dictum est in libro superiori, intendit auctor tractare de moralibus in speciali incipiens a prudentia, quæ est partim intellectualis, inquantum est in intellectu, & partim moralis, inquantum est circa agibilia. Est enim regulatiua & directiua aliarum moralium. Circa quam primo agit de illa secundum se. secundo de partibus integralibus eius. tertio de partibus subiectiuis. quarto & vltimo de partibus potentialibus. Quo ad ipsam secundum se, primo diffinitur in conclusione prima, vt eius natura cognoscatur: & quia ex illa diffinitione habetur, ꝙ est virtus cognitiua, declaratur in secūda: quorum est cognitiua & qualis virtus est in tertia. secundo declaratur eius officium, quod est duplex, scilicet disponere de iis q̄ sunt ad finem, quod declaratur in quarta: & inuenire medium in virtutibus moralibus, quod declaratur in quinta. tertio agit de actu eius in sexta: nam per actum cognoscitur habitus, & quia propter talem actum sibi cōuenit solicitudo: id declaratur in septima. Quoniam vero omnis virtus respicit aliquod bonum. quarto declarat in octaua: quod bonum respicit prudentia, scilicet proprium & commune: & an sit eadem prudentia quę respicit vtrūq; in nona. quin-

to ostendit in quibus est prudentia in decima: & in quibus non est in vndecima. sexto declarat causam generationis eius in duodecima: inquirendo an insit a natura, & causam corruptionis in tertiadecima: per hæc enim omnia innotescit eius natura nobis. Quo ad partes integrales declarantur octo ad illam pertinentes siue ad actum eius. prima deseruit ei quo ad experimentum, quod est necessarium prudétie: scilicet memoria, de qua in quartadecima: secunda tanquã principium discursus eius: scilicet intellectus, de quo in qntadecima. tertia quo ad discendum ab aliis peritioribus: scilicet docibilitas, de qua in sextadecima. quarta quo ad inueniendum per seipsum: scilicet solertia de qua in decimaseptima. quinta quo ad bene discurrendum, scilicet ratio, de qua in decimaoctaua. sexta quo ad præuisionem futurorum. s. prouidentia de qua in decimanona. septima quo ad circunstantia: scilicet circunspectio, de qua in vigesimaoctaua quo ad vitáda mala. s. cautio: de qua in vigesimaprima. Quo ad partes vero subiectiuas, vltra prudentiam qua qs regit seipsum de qua hactenus dictũ est agit de quatuor speciebus eius quæ distinguntur s̃m diuersam rationem regiminis: & quia regnatiua est præcipua inter illas prius agit de illa in vigesimasecunda. secundo loco de politica quæ sequitur regnatiuam in vigesimatertia. tertio de œconomica, q̃ dirigit familiam sicut œconomica ciuitatem: in vigesimaquarta. vltimo de militari, quæ sequitur alias in vigesimaquinta. Quo ad partes demũ potentiales quę sunt virtutes illi annexę, tanq̃ secundarie principali, agit de tribus: scilicet de eubolia in vigesimasexta: propter actum consilii requisiti ad prudentiã. De synesi in vigesimaseptima: propter actũ iudicii quando oportet iudicare secundum communes regulas, & de γνώμη, propter eundem actum, quando oportet iudicare præter regulas communes in aliquo casu in vigesimaoctaua: sic autem ordinantur vt posita sunt.

INCIPIT LIBER SEXTVS DE IVSTITIA.

2. 2. q. 57. ar. 1. 5. eth. c. 1. lec. 1. 5. t.



Vs est obiectum ad quod terminatur actus iustitiæ. 1

Proprium enim iustitiæ inter alias virtutes est, vt ordinet hominé in iis, quæ sunt ad alterum. importat enim æqualitatem quandã, vt ipsum nomen sonat. vulgo enim quæ adæquantur, iustari dicuntur. Rectum igitur in opere iustitiæ non est per comparationem ad agentem, sed ad alium, quia scilicet respondet alteri secundum aliquam æqualitatem, vtputa recompensatio mercedis pro seruitio, sic ergo iustum dicitur aliquid, quasi habens rectitudinem iustitiæ ad quod actus iustitiæ terminatur: & hoc vocatur ius, quod est obiectum iustitiæ.

2. 2. vbi su. ar. 2. 5. eth. c. 11. lec. 12. 5. t.

Ius naturale est aliud a positiuo. 2

Cum. n. ius sit aliquod opus adæquatum alteri secundum aliquem æqualitatis modum, hoc esse adæquatum si est ex natura rei, vt cum aliquis tantum dat, vt tantũdem recipiat, vocatur ius naturale: si ex condito siue ex communi placito, quia. s. aliquis reputat se contentum, si tantum accipiat: aut est ex condito priuato, & hoc est pactum: aut ex publico, quia. s. populus, vel princeps ordinat, vt hoc sit huic cõmensuratũ, dicitur ius positiuum, quod habet locũ in iis, q̃ non habent aliquã repugnãtiã ad naturalé iustitiã, vnde a principio nihil differt quod sit sic vel aliter, si aũt ius naturale aliqñ mutatur, vt cum non redditur depositũ furioso, non est mirandũ, quia natura hominis est mutabilis, & ideo quod est naturale homini aliquando potest deficere. si. n. natura hominis eét recta, semper depositum esset reddendum poscenti.

3 *Ius gentium differt a iure naturali.* 2.2. vbi su.ar. 3.

Quod.n.aliquid ex sua natura sit alteri adæquatũ potest esse vel secũdũ sui absolutam cõsyderationẽ sicut masculus ex sua ratione adæquatur fœminæ, vt ex ea generet, & parẽs ad filiũ, vt eum nutriat: vel secundũ aliquid, qđ ex ipso cõsequitur: vt proprietas possessionum.si.n. cõsyderetur iste ager absolute non habet vnde magis sit istius, vel illius, q̃ alterius: sed si consyderetur quãtũ ad opportunitatẽ colendi, & ad pacificũ vsum agri: sic habet quandã cõmensurationem, vt sit vnius, & non alterius. Primo ergo mõ ius naturale est etiam cõe brutis: & ab isto recedit ius gentiũ: quod solum hominibus est cõe, quia comparare vnum alteri secũdũ illud, quod ex ipso sequitur est propriũ rationis, vnde ius gentiũ dicitur ius naturale homini, quia ratio naturalis hoc dictat, dicitur autem iusgentium, quia id apud omnes gentes custoditur tanq̃ omnibus gentibus naturale.

4 *A iure politico distinguitur ius paternum & dominatiuum & œconomicum.* 2.2. vbi su.ar.4.

Ius.n.importat cõmẽsurationẽ ad alterũ. Alterũ vero dicit̃ dupliciter, vno mõ simpliciter.s.quod est oĩno distinctũ, vt duo hoĩes, quorum vnus nõ est sub altero, sed ambo sub principe: & inter hos est iustũ simpliciter. Alio mõ dicitur alterũ scđm aliqd & non simpliciter: qñ est aliqd eius a quo est alterũ, vt filius respectu patris, q est q̃si pars eius, & seruus respectu dñi, q est instrm eius: & sic inter hos nõ est simpliciter iustũ, quod dicitur iustũ politicũ, sed quoddã iustũ.s.paternũ vel dñatiuũ: qcqd n.est filii vel serui est p̃ris vel dñi. Ad vxorẽ vero est iustũ ẽm potiorẽ rõnem iusti q̃ ad patrẽ, vel filiũ, qa quãuis sit aliqd viri assumitur tamen in quandam socialem vitam ad domesticam societatẽ, vnde inter virũ, & vxorem est ius œconomicum: quod etiam nõ est simpliciter iustum seu politicum.

5.ethi.c. 10.lec. 11.s.t.

1.2.q. *Iustitia est habitus, secūdum quem aliquis constanti & 5*
58.ar.1. *perpetua voluntate ius suum vnicuique tribuit.*

Cum.n.virtus sit habitus, qui est principiū boni actus necesse est quod virtus diffiniatur per actū bonū circa propriam mām virtutis. Ad hoc autem quod actus sit virtuosus circa quācunque materiam, requiritur primo ꝙ qui operatur operet̃ sciens: secundo quod sit eligens, & ꝓpter debitum finē: Tertio vero quod immobiliter operet̃. Cum igitur dr̃ ius suū vnicuiq; tribuit, tangitur obiectum iustitiæ & actus. cum aūt dicitur voluntate, tangitur conditio boni actus. s. prima & secunda. Tertia vero cum dicitur constanti & perpetua, vt. s. non ad horam sed habeat voluntatem perpetuo operandi. Cum.n. dicitur perpetua tangitur propositū volūtatis. cum autem dicitur cōstanti tangitur perseuerantia in ꝓ
5.ethi.c. posito. Cum aūt in diffinitione iuristorum dicitur, iusti
1.lec.1. tia est cōstans & perpetua voluntas ius suuȝ vnicuique
Itē.c.9. tribuēs. ponitur ibi actus pro habitu, vt intelligatur est
lect.10. voluntas. i. est habitus & est similis, & quasi eadē cū illa
5.t. quam ponit Philosophus dicens iustitia est habitus, secundū quē aliquis dr̃ operatiuus secundū electionē iusti inter se & alterū, siue inter alterum & alterum.

1.2. vbi *Iustitia est semper ad alterum.* 6
su.ar.2. Iustitia.n. æqualitatē importat, quæ est ad alterum,
5.ethi. ꝗa nihil est sibiipsi æquale, & cū ad ipsam pertinet actus
vbi sup. humanos rectificare & actiones sint suppositorū, ꝓprie
Itē.c.vl iustitia requirit diuersitatē suppositorum. & ideo non
ti.lec.vl. est proprie iustitia vnius hominis ad seipsum nisi secun
5.t. dum similitudinem, secundū quod ratio imperat irascibili, & concupiscibili, & partibus hominis.

2.2. vbi *Iustitia est in voluntate sicut in subiecto.* 7
su.ar.4. Illa potentia dicitur subiectū virtutis, ad cuius potētiæ actū rectificandū virtus ordinat̃. Iustitia autem nō ordinat̃ ad rectificandū aliquē actū cognoscitiuū. Iusti-

eni dicimur, non quia cognoſcimus recte. ſed quia recte operamur, principiũ aũt proximũ actus eſt virtus appetitiua, quæ ſequit̃ apprehenſiuã. quia autem ſenſus non apprehendit proportionẽ vnius ad alterũ, ideo iuſtitia non eſt in appetitu ſenſitiuo. ſed in voluntate, quæ ſequitur rationem. vnde per actũ voluntatis diffinitur a philoſopho: vt ſupradictum eſt. 5. ethi. c. 1. lec. 1. 5. t.

8 *Iuſtitia & ſi ab aliis virtutibus diſtinguatur, eſt tamẽ virtus generalis.* 1. 2. vbi ſu. ar. 3.

Cum. n. iuſtitia rectificet actus humanos ſm regulã rationis: & virtutis proprium ſit reddere bonum habẽtem illam & opus ſimiliter eius bonũ: oportet iuſtitiam eſſe virtutẽ. Quia autem rectificando actus humanos vnũ hominem ad alterum ordinat: & qlibet homo particularis eſt pars cõmunitatis: & quodlibet bonum partis eſt ordinabile ad totũ: iuſtitia ordinat hominem ad bonũ cõmune: hinc eſt, quod iuſtitia dicit̃ virtus generalis, qa actus oĩum virtutũ poſſunt ad eam pertinere inquãtũ ſunt ordinabiles ad bonũ cõmune. Et quia lex ordinat ad bonũ cõmune: ideo hæc iuſtitia dicitur iuſtitia legalis: quia per eam homo concordat legi eſt ergo generalis non per prædicationẽ: ſed per cauſalitatem. vnde ſecundũ ſuam eſſentiam & ſuũ obiectum, eſt ſpecialis virtus: & eſt principaliter in prĩcipe: ſecundario vero in ſubditis, prout tamẽ omnis virtus dicit̃ iuſtitia in quantũ a iuſtitia prædicta ordinatur ad bonum cõmune, ſic iuſtitia eſt idem in eſſentia cũ omni virtute differẽs tamẽ rõne & ſic etiam dicit̃ omnis virtus. 5. 6. 5. ethi. c. 3. le. 2. 5. t.

9 *Præter iuſtitiam generalem eſt aliqua particularis.* 2. 2. vbi ſu. ar. 7. 8. 9. 10.

Iuſtitia. n. generalis ſufficienter quidẽ ordinat hominem in ĩjs, quæ ſunt ad alterũ quãtũ ad cõmune bonũ ĩmediate. mediate vero quantũ ad bonum vnius ſingularis pſonæ. Sicut ergo pter iuſtitiã generalẽ oportet eẽ alias virtutes quæ ĩmediate hoĩem ordinãt ad bona pti 5. ethi. c. 4. lect. 3. 5. t.

cularia in seipso, vt fortitudinem & temperantiam ita
ēt oportet eē iustitiā particularē, quę imediate ordinat
hoīe3 ad bonū alterius singularis psonę. & hęc nō respi
5.eth. c. cit totā mā3 virtutis moralis, s3 solū exteriores actiōes
1.lect. 1. & res ꝫm quādā spālē rōnē, ꝑut. s. ꝫm eas vnus hō alteri
5.t. coordinat. vñ nō est circa passiones scd̄m quas rectifica
tur hō in seipso & nō ad alterū imediate: Hinc est ēt ꝙ
mediū iustitię ē mediū rei & nō rōnis vt in alijs virtuti
bꝰ moralibꝰ, qa cōsistit i q̄dā ęq̄litate ꝓportiōis rei exte
rioris ad psonā exteriorē quā respicit iustitia vt dictū ē.

2.2.q. *Iudicium est actus iustitię.* 10

60.1. Iudiciū.n. nominat ꝓprie actū iudicis inquantū est
iudex. iudex aūt dr̄ quasi ius dicens. qd̄ est obiectū iusti
tiæ. Et iō iudiciū ꝫm primā noīs īpositionē īportat de/
terminationē iusti, quæ procedit ex virtute iustitiæ, si/
cut ab ea, quæ inclinat. quia.n. ad rectā determinationē
requirit virtus proferēs iudiciū & dispositio iudicis ex
qua inclinat, vel habet idoneitatē ad iudicandū: ideo iu
diciū est actus iustitiæ, sicut recte inclinantis ad iudican
dū: Et prudentiæ sicut proferētis. vnde ire ad iudicē est
ire ad iustitiam animatam, vt dicit philosophus, quia. s.
eius anima debet totaliter possideri a iustitia.

2.2.q. *Duę sunt spēs iustitiæ, v3 distributiua & cōmutatiua.* 11

61.p to. Iustitia.n. particularis ordinat ad aliquā personam
5.ethi.c. priuatā, quæ comparat ad cōmunitatē, sicut pars ad to
5.lect.4. tū. ordinē ergo vnius priuatæ psonæ ad alterā dirigit.
5.t. Cōmutatiua iustitia: ordinē vero totiꝰ ad ptes hoc est
cōis ad psonas singulares dirigit distributiua iustitia: i
quātū id, qd̄ est totiꝰ ē debitū pti. Qd̄ qdē tāto maius eē
debet q̄to magis ps maiorē prīcipalitatē h3 in toto. In
distributiua ergo iustitia nō accipit mediū ꝫm æq̄litatē
5.ethi. a rei ad rem. sed secundū proportionem rerum ad perso
c. vsq3 nas: videlicet quod sicut vna persona excedit aliam, ita
ad. 10. fi. & res data vni excedit rem datam alteri. ideo medium

eius dicitur esse scd̃m geometricam proportionem. In ue a lec.
cõmutatione vero reddit aliquid alicui singulari psonę 4. vsq;
ꝓpter rem eius, quæ accæpta est. & ideo oportet re3 rei ad. 11.
adæquare. vnde in cõmutatiua iustitia attendit mediu3 5.t.
scd̃m arithmeticã proportionẽ, quæ attenditur secũdu3
parem excessum. non tamen oĩno debet seruari æqualitas in operationibus, vt. s. passio recõpensata sit æqualis actioni secundũ spẽm, qa iustu3 simpliciter nõ est cõtra passum. Nam siquis percutit principẽ pugno debet mul 5.ethi.c.
to grauius ipse puniri. Et ideo etiã in cõmutationibus 8.lect.8.
adæquare oportet actionẽ passioni secundũ quandam 9.5.t.
cõmensurationem proportionatam, vt contra passum intelligatur esse cõmutatiuum iustum.

12 *Religio est virtus annexa iustitię.* 2.2.81.

Religio proprie importat ordinem ad Deũ, secundũ ar.1.2.
quam homo se & suos actus ordinat ad Deũ tanquã ad primum principiũ, & vltimũ finem. vnde dicitur a reeligendo, quia ea, que pertinent ad diuinũ cultũ, sunt frequenter reeligenda, & mente retractanda. vel quia Deu3 reeligere debemus, quem amiseramus. vel dicit a religando, quia Deo firmiter, & principaliter religari debemus. quia ergo bonum facit habentẽ & opus eius reddit bonum, eo quod facit reddere debitum Deo cõuenienter & sicut decet: ideo religio est virtus pertinens ad iustitiam. sed quia ratio iustitiæ consistit in hoc quod alteri reddatur quod ei debet secundũ æqualitatem: & homo non põt reddere Deo debitũ ſm æqualitatẽ: ideo religio nõ est spẽs iustitiæ sed virt⁹ ei annexa, virtutes. n. alicui principali virtuti annexæ in aliquo cõmunicant cũ ea. & in aliquo deficiunt a pfecta rõne ipsius.

13 *Religio est specialis virtus ab aliis virtutib⁹ distincta.* Vbi su.

Oportet. n. religionẽ esse vnam virtutem, cum respiciat vnã rõnem formalẽ obiecti. i. Deũ, cui exhibet reuerentiam & subiectionem, inquantũ est principiũ crea ar.3.4.

tionis & gubernationis rerum, quia ergo tali principio competit singularis excellētia, cum omnia in infinitum transcendat, ideo etiam ei debetur singularis reuerentia & seruitus, per quam ratio religionis specificatur, ita vt habeat rationem distinctam ab aliis virtutibus, ad quā solum illa pertinent, quæ secundum rationem suæ speciei pertinent ad reuerētiam dei: cætera vero possunt ad ipsam pertinere tanq̄ ad imperantem, vt sunt actus aliarum virtutum, quas in honorem dei ordinat, & hoc mō esset virtus generalis, sicut imperans.

vbi su. ar. 6. *Religio aliis virtutibus moralibus est præferenda.* 14

Quanto.n.ea, quæ ad finem ordinantur sunt fini ꝓpinquiora, tanto sunt meliora. Deus aūt finis est omniū virtutum, quia felicitas dicitur virtutis præmium, quæ quidem est dei cōtemplatio. Religio autem propinquius q̄ cæteræ virtutes accedit ad deum, inquantum operatur ea, quæ directe & immediate ordinantur in honorē diuinū, ideo preeminet aliis virtutibus moralibus.

vbi su. ar. 8. *Religio non differt a sanctitate nisi secundū rationē.* 15

Sanctitas.n.importat munditiam: vnde græce dicitur ἅγιος quasi sine terra. Importat etiam firmitatē: vnde dicimus aliquid esse sanctum, qa est lege firmatum, vel etiam secundum latinos potest dici sanctus, quasi sanguine tinctus.i.purificatus, quia antiquitus illi, qui volebāt purificari sanguine hostiæ intingebantur.& sic sanctitas attribuitur iis, quæ diuino cultui applicantur, siue sint animata siue inanimata, ad quam applicationem requiritur munditia, maxime in hominibus secundum mentē: vt.s.mens relictis inferioribus ad superiora se transferat, & ibi firmetur tanq̄ in vltimo fine. cui oportet immobiliter inhærere.& sic sanctitas dicitur per quā mens hominis seipsam & suos actus applicat deo, vnde patet ꝙ non differt a religione secūdum essentiam, sed solum secundum rationem: quia proprie religio exhibet deo famulatum

mulatum in iis, quæ pertinent specialiter ad cultum diuinum: vt sunt sacrificia, & oblatiões: sed sanctitas dicitur etiam secundum q aliarum virtutũ opera refert in deũ, vel secũdum q homo se disponit per bona opera ad cultum diuinum, & hoc modo est virtus generalis sicut et diximus de religione, sed secundum q sanctitas est specialis virtus non differt a religiõe, quæ est virtus specialis secundum essentiam.

16 *Religio habet actus exteriores, & interiores.* vbi su. ar. 7.

Cum. n. exhibeat deo reuerentiam & subiectioné, hoc non facit propter vtilitatem dei, qui talibus omnino nõ indiget, sed hoc facit homo religiosus propter suã perfectionem: quia perfectio inferioris est propter hoc, q suo superiori subiicitur, ideo hoc facit homo, vt deo mente cõiungatur, sed qa homo per sensibilia spũalia manu ducitur, necesse est, q in diuino cultu vtatur aliquibus corporalibus, quasi quibusdam signis ad hoc vt eius mens excitetur ad spũales actus, quibus deo coniungimur, & ideo religio habet interiores actus, quasi principales, & per se ad religionem pertinentes, vt sunt deuotio & oratio: & exteriores quasi secundarios & ad interiores ordinatos, vt sunt adoratio, sacrificare, & huiusmodi, de quibus omnibus deo volente in theologia tractabimus. ibi n. poterimus melius extẽdere materiam, q̃ in hoc loco, in quo nolo ea, quæ pertinent ad fidem naturalibus miscere. Non. n. possumus sufficienter secũdum veritatem de talibus tractare nisi secundũ fidei catholicæ veritaté, & tunc secundum verum cultum procedemus.

17 *Pietas est virtus annexa iustitię.* 2. 2. q. 101. ar. 1. 2.

Pietas. n. est virtus, per quam cultum patriæ & parentibus exhibemus, per qõ homo redditur bonus, & opus eius bonum. Quia autem æquale non possumus parentibus reddere, & patriæ, quamuis simus debitores eis: ideo pietas est virtus annexa, & non species iustitiæ. Nã

Deo,qui eſt primum principium eſſendi & gubernatio-
nis debetur excellentiſſimus cultus,ſecundario vero no-
ſtri eſſe & gubernationis principium ſunt parentes & pa-
tria,cum parentibus omnes conſanguineos comprehen-
6.eth.c. dendo,& cũ patria oẽs conciues & amicos.Cũ ergo ho-
9.lec.12 mo ſit debitor parentibus & patriæ,debet eis cultũ poſt
s.t. deum exhibere.Parentibus aũt,cũ ſint ſuperiores,debe-
tur reuerentia & obſequium,per accidẽs aũt debetur eis
ſubuentio a filio ſi ſunt indigentes,qa patri conuenit per
ſe ſubuenire filio,cum ſit principium eius,vnde debet ei
ſubuenire in tota vita.

2.2. vbi *Pietas eſt ſpecialis virtus ab aliis diſtincta.* 18
ſu. ar.3. Reſpicit.n.ſpalem rationem obiecti.i.ſpecialem rõnẽ
debiti alicuius perſonæ:hoc eſt cultum rõnalis principij
producentis in eſſe,& gubernantis,quod eſt ipſi paren-
tes & patria, & hic cultus eſt quædam proteſtatio chari-
tatis,ſicut religio eſt proteſtatio fidei & ſpei,& quamuis
deus ſit principium eſſendi,tamen ei non debet cultus
pietatis,ſed alius excellentior cultus,qui pertinet ad re-
ligionem,quæ etiam aliquando per quandam abundan
tiam pietas dicitur.eſt.n.excellentiori modo principium
eſſendi q̃ pater & patria.

2.2.q. *Obſeruantia eſt ſpecialis virtus annexa iuſtitię.* 19
102.per Neceſſe eſt.n.vt per quendam ordinatum deſcenſum
to. diſtinguantur virtutes,ſicut excellentia perſonarũ qui-
bus eſt aliqd reddendum,& quia ſicut pater eſt principiũ
generationis & gubernationis & diſciplinæ,& omnium,
quæ pertinent ad perfectionẽ vitæ humanæ,ita perſona
in dignitate cõſtituta eſt principium gubernatiõis reſpe-
ctu aliquarum rerũ,vt princeps in ciuitate & dux in exer
citu,& magiſter in diſciplinis & ſic de aliis:oportet ꝙ ſi-
cut parentibus exhibemus cultum pietatis , ita & huiuſ-
modi hominibus exhibemus aliquem cultum infra pie-
tatem cum aliquo modo ſint patres noſtri , quod quidẽ

fit per obseruantiam, vnde eis ratione excellentiæ debe- tur reuerentia, & ratione officii gubernationis debet cultus, qui in quodam obsequio consistit obediêdo eorum imperio, & vicem pro beneficiis pro suo mô rependêdo. In cultu.n.non solû intelligitur honor, sed êt quicquid pertinet ad decentes actus, quibus homo ad alium ordinatur. Reuerentia aût, q̃ fit rône excellentiæ illis qui habent scientiam vel virtutê & non habent officium gubernandi etiam reducitur ad virtutem obseruantiæ. Quia autem æquale nô potest ab hominibus reddi talibus virtuosis & existentibus in sublimitate, sicut nec deo, nec parentibus, ideo obseruantia est annexa iustitiæ, & non est species eius, habet autem duas species. s. duliam, qua debitam seruitutê exhibet homini dominanti, & obedientiam, de qua habetur in sequenti conclusione.

20 *Obedientia est specialis virtus ad iustitiam pertinens.* 2. 2. q. 104. ar. 2.

Ad omnia.n.opera bona, quę specialem rationem laudis habent specialis virtus determinatur, obedire autem superiori debitum est secundum diuinum ordinem rebus inditû, quo videmus inferiora subdi superioribus secundum motionem, vnde obedientia est specialis virtus, quæ respicit ad motionem superiorû, vnde eius formale obiectum est præcæptû tacitû vel expressum, & est inter superfluû non secûdû quantitatem, sed secundum alias circunstantias, & diminutum, etiam secûdum quantitatem. Cum ergo habeat debitum, & non æqualitatem, quia superioribus non potest reddi æquale, patet ꝙ est annexa iustitiæ.

21 *Gratia est specialis virtus ab aliis distincta ad iustitiâ pertinens.* 2. 2. q. 106. ar. 1. 3. 5. 6.

Secundum.n. diuersas causas, ex quibus aliquid debetur, necesse est diuersificari debiti reddendi rationem, ita tamê quod semper in maiori id quod minus est côtineatur, igitur post prædictas virtutes iustitiæ annexas est

gratia, quæ respicit recompensationem particularis beneficii ab aliquo benefactore recepti. hoc. n. debitum est. Nam in naturalibus videmus quod causa ad se conuertit effectum, benefactor autem inquantum huiusmodi est causa beneficiati, hæc tamen recompensatio fit per ho
5. ethi. c. norem, laudes, vel reuerētiam, vel alicuius collationem
2. lec. 8. beneficii, verum magis attenditur secūdum affectum q̃
5. 1. sm effectum. Et quia benefactor confert beneficium gratis, ex debito honestatis pertinet ad beneficiatum, vt similiter gratis aliquid impendat, quod non videtur facere, si quantitatem accæpti beneficii non excederet, & ideo debet excedere saltem quātum ad affectum. Cum igitur hic cadat ratio debiti honestatis, & non reddatur æquale secundum res, sed solum secundum voluntates, patet ꝙ gratia non habet perfectam rationem iustitiæ, & ideo non est species eius, sed est virtus illi annexa.

1. 2. q. *Vindicatio est specialis virtus annexa iustitię.* 22
108. ar. Aptitudo. n. ad virtutem inest nobis a natura, vñ vir-
1. 2. tutes perficiunt nos ad prosequendum debito modo inclinationes naturales, quæ pertinent ad ius naturale, est autem quædam specialis inclinatio naturalis tam in brutis q̃ in hominibus & ẽt in cæteris rebus ad remouendũ nocumenta. Repellit aũt homo nocumēta per hoc ꝙ defendit se contra iniurias ne inferātur, vel iam illatas iniurias vlciscatur, non intentione nocendi, quia sic animus ferretur in malum, quod ad virtutem nō pertinet: sed intentione nocumenta remouendi. Nocumentũ autem dico vel honoris dei, vel sui vel proximorum: vnde mens principaliter debet ad aliquod bonum ferri, vt ad punitionem peccantis vel emendationem, vel quietem eius & pacem populi, & sic de aliis similibus, ita tamen quod nec per crudelitatem excedat, nec per remissionem deficiat. Punitio ergo peccatorum secundum quod pertinet ad publicam iustitiam est actus cōmutatiuę iustitiæ,

ſecundum autem quod pertinet ad īmunitatem alicuius perſonæ ſingularis a qua iniuria propulſatur, pertinet ad vindicationem,& qa habet rationem debiti,ſed non debet tamen reddi ſemper æquale,ſed ſecundum quod exigit ipſa īmunitas vindicandæ perſonæ vel ēt emendatio iniuriantis,ideo eſt virtus annexa iuſtitiæ.

23 *Veritas ſeu veracitas eſt virtus annexa iuſtitię.* 2. 2. q.

Per veritatem autem intelligimus habitum quēdam 109.per ſm quem aliqs in vita & ſermone ſe talem demonſtrat totum. qualis eſt:ita quod nec de ſe maiora oſtendit,nec minora, quāuis magis ad minus declinet.i.quāuis ſit minus 4.eth c. 14. lec. onerosus & minus ab hac virtute recedat,qui in minus 15.ſ.t. declinat,qa ergo virtus bonum facit habentem,& opus eius reddit bonum,& hoc quod eſt dicere,vel facere veritatem eſt actus bonus,ideo eſt virtus ſpālis reſpiciens obiectum ſpāle:hoc eſt ſpālem ordinem ſecūdum quod exteriora dicta vel facta debite ad aliqđ ordinātur,& qa ad alterum ordinatur ſecundum quod hō ea,q̄ intra vel circa ſe ſunt alteri manifeſtat, & æqualitatem quandam importat adæquando ſigna rebus,oportet ꝙ ad iuſtitiā pertineat. Quia vero nō habet debitum legale,ſed morale,inquātum.ſ.ex honeſtate vnus homo alteri debet veritatis manifeſtationem:iccirco eſt pars iuſtitiæ ſicut virtus ei annexa : & eadem virtuti fidei,inquātum fides eſt virtus moralis,qua.ſ.verificantur dicta ex debito morali.eiuſdem.n.moris videtur eſſe ꝙ homo verum dicat quod pertinet ad veritatē, & quod dicta verificet,quod ſpectat ad fidem.

24 *Amicitia eſt virtus annexa iuſtitię.* 8.eth.c.

Amicitia eſt dilectio,qua aliq ſibi inuicem bene volūt 1.2.3.4 ſcienter.non.n.amicitia eſt qlibet amor,quo homo alterius vult bonum,nam amare alterum propter ſeipſum, lec. 1.2. 3.4.5.t. pertinet ad amorem concupiſcentiæ non amicitiæ,reqritur ergo ꝙ ſit amor beneuolentiæ vt.ſ.diligatur aliqs

illius gratia, sed hoc etiam non sufficit si nō illud fiat ab illo, vt. s. amatus velit bonum amanti eius gratia, qa amicitiam dicimus beneuolentiam in contra passis, vt: scilicet amans ametur. habet enim quandam commutationē amoris sm formam cōmutatiue iustitiæ: oportet igitur vt sciant amici quod se inuicem diligunt. Non. n. si volo bonum alieni, qui me nō cognoscit, habeo ad illum amicitiam, & fundatur hæc dilectio super aliqua communicatione. i. vel super honesto vel vtili, vel delectabili: & ppter hos diuersos fines triplex est genus amicitiæ, sed simpliciter amicitia est quæ fundatur super honesto, aliæ vero participant aliquid amicitiæ, igitur amicitia simpliciter dicta cum non possit esse sine virtute & respiciat honestum, reddit bonū habentem, & opus eius bonum, & cum sit ad alterum & non habeat plenam rōnem debiti, prout. s. aliquis obligatur alteri ex debito legali, ad quod lex cogit, vel ex aliquo proueniente beneficio, sed solum attēdit quoddā honestatis debitū, quod magis est ex parte virtuosi q̄ alterius, hinc est q amicitia est virtus ad iustitiam pertinens tanq̄ pars ei annexa, seu potentialis, non tamen est species eius.

vbi su. c. 1. lec. 1. s. t. *Amicitia est necessaria ad vitam humanam.* 25

Cum. n. homo sit animal ciuile & sociabile, oportet quod amicitia sit hominibus naturalis, & per consequēs necessaria & maxime est necessaria ad cōmunitatem ciuitatis faciendam & conseruandā, quæ quidem cōitas est ad vitam humanam necessaria, vt infra dicetur, igit amicitia est multum hominibus necessaria.

vbi su. c. 3. lec. 3. s. t. *Amicitia simpliciter & per se dicta cum difficultate dissoluitur, illa vero, quę per accidens est cū facilitate.* 26

Amicitiam simpliciter & per se voco illam, q̄ est propter honestū, qua illi qui sunt similes in virtute & sunt amici volunt sibi inuicē bona inquātum sunt boni. i. secundū se. Amicitiā vero per accidēs dico quæ est propter

vtile vel delectabile. per hāc.n.amatur aliquis non propter seipsum, sed propter vtilitatē & delectationē amantis, vnde est amor propter alterum, quia ergo idē nō semper est vtile & delectabile, sed multipliciter variaᵗ, hinc est ꝙ talis amicitia facile soluiᵗ: sed amicitia propter honestū cū difficultate soluiᵗ, tum qa illud quod est per se est stabile, tum quia fundatur in virtute, quæ est de difficili mobilis, tum etiam quia continet in se omnia bona: eo ꝙ honestum est etiam vtile & delectabile.

27 *Amicitia per se aliqñ deficit propter defectum actus.* vbi su. c.4. lec. 5.s.t.

Actus.n.eius est conuiuere colloqui & simul commorari, si ergo fuerint absentes amici dissoluetur amicitia: sicut etiam alii habitus per dissuetudinem corrumpuntur, & ideo in senibus & hominibus agrestibus, qui non sunt apti ad actus istos nec fit nec permanet amicitia, nec in illis, qui nunquam conuiuunt vel simul minime commorantur.

Amicitia vera rara est. vbi su.

28 Quia rara est virtus in qua fundatur & opus est longo tempore, vt amici se inuicem possint perfecte cognoscere per multas experientias: prius autem non est amicitia inter illos. ergo. c.3. lec. 3.s.t.

Amicitia perfecta non sunt multi amici. vbi su.

29 Hæc.n.habet rationem superabundantię in amando secundum rectam rationem, superabundans autē amor non est ad multos. Non.n.est facile vel paucos inuenire, qui in omnibus placeant secundum rationem rectam, & maxime difficile est de multis longo tempore experientiam sufficientem sumere. c.5.lec.3 s.t.

30 *Amicitia inter inæquales esse potest, non autem inter multum distantes.* vbi su. c.5.lec.7 s.t.

Inter patrem enim & filium, & inter aliquem excedentem alium & illum excessum in aliquo, pōt esse mutuus

amor, ita ꝙ sibi inuicem possunt propter honestum vel bonum & nõ latere, quãuis non sit eadem virtus amicitiæ in superiori, quæ in inferiori, quia aliud requirit superior ab inferiori, & aliud inferior a superiori, verũ quando nimium distant, cum non possint simul conuenire nõ potest esse inter eos amicitia, vt inter deos & homines, & inter reges & pauperes, & inter sapiẽtissimos & rudes, non est amicitia. Ad amicitiam. n. requiritur ęqualitas quædam vel proportio, quæ non est inter multum distantes.

ubi su. *Amicitia magis consistit in amare q̃ in amari.* 31

c. 6. lec. 8. s. t. Velle. n. magis amari q̃ amare non est proprie amici, sed amatoris honoris, qa amari videtur proximum esse ei, quod est honorari. Amare aũt est bene operari, quod opus ab habitu amicitiæ procedit. habitus. n. ad opationem determinatur, vnde ẽt matres plus delectant filios amare, q̃ ab eis amari, cuius signum est, quia si ẽt nõ ab eis amantur, amant nihilominus eos.

ubi su. *Amare secundum proportionem vniuscuiusque conseruat amicitiam.* 32

Cum. n. virtus amatoris attendatur secundum amare & nõ secundum amari, in quibuscũq; cõtingit quod ament amicos secundum proportionem dignitatis, tales permanent amici, & eorum perseuerãs est amicitia. sic. n. dum se inuicem amant secundum suam dignitatem ẽt illi, qui sunt inæqualis conditionis poterunt esse amici, quia per hoc æquabuntur, dum vnus eorum quo magis deficit in bonitate aut in quacunque excellentia eo plus amat: & ita abundantia amoris recompensat defectum conditionis, & sic per quandam æqualitatem & similitudinem, quæ proprie pertinet ad amicitiam fiunt & perseuerant amici.

ubi su. *Amicitia vera nihil vult contra virtutem.*

Hic. n. amor est secundum rõnem, quã quærũt amici. 33

non.n.amicus vult amicum suum peccare,& præter rationem agere,nec ipse propter amicum vult rōnem trāsgredi,& præter virtutem agere,nā veri amici boni sunt, & in virtute fundati,& ideo nihil contra virtutem volūt nec in se,nec in amico propter amicitiam.

34 *Omnis amicitia in aliqua communicatione consistit.* vbi su. c. 6. lec. 9.s.t.

Nam cum amicitia sit annexa iustitiç,oportet aliquo modo circa eadem esse iustitiam & amicitiam,iustitia autem est ad alterum per aliquam communicationem,ideo etiam amicitia in aliqua communicatione fundatur,vt in communicatiōe vnius artis,vel scientiæ,vel virtutis, vel cognatiōis,vel alterius communicatiōis,vnde quosdam vocamus commilitones,quosdam cōnauigatores, & cōdiscipulos,vel aliquid hmōi,omnes tamen hç communitates sub politica communitate continentur,tanq̄ partes sub toto.

35 *Beneuolentia non est amicitia,sed principium eius.* 9.eth c. 6. lec.6. s.t.

Beneuolentia.n.multoties est ad extraneos & ad eos, qbus est occultus noster amor. beneuolus.n.vt sic solū vult bona ei,cui est beneuolus,sed de malis eius nō tristatur,nec aliqd pro eo facit,est tamen principium amicitiæ,quia nullus sine beneuolentia potest fieri amicus.

36 *Benefactores magis amant beneficiatos q̄ econtra.* vbi su. c.8. lec. 7.s.t.

Tum qa naturale est vnicuiq; opus suum diligere sicut & esse suum,qđ per opus manifestatur,at operi non est ita naturale diligere suum factorem, qa vnusquisq; plus diligit seipsum q̄ alium,tum qa bonum proprium benefactoris & proprius actus eius est benefacere,maxime autem ab omnibus diligitur proprium bonum. Nō est autem hoc proprium beneficiati.tum ēt qa benefacere est bonum honestū,quod magis amatur,q̄ bonū vtile sicut est bonum beneficiati.Tum qa facere magis amatur q̄ pati.Tum qa ea,quæ laboriose fiunt, magis diliguntur q̄ ea,quæ fiunt absq; labore.

Vbi su. *Amator sui proprie est qui sibi vult bonũ virtutis.* 37
c.9. lec. Amator.n.sui iuxta consuetudinẽ vulgarem ex pro-
8.9.5.t. batur quia sibi vult bona sensibilia, quæ non sunt vere bona.& ideo amat alios ꝓpter seipsũ3, sed qui sibi vult bonũ virtutis sibi vult verũ & magnũ bonũ & in parte principali.i.in rõne. Amare autem est velle bonum. hic ergo proprie amator sui dicendus est. cæteri vero magis dicũtur se hẽre odio: qa amant se cõtra bonũ rõnis.

Non sunt quęrendi multi amici. 38
Vbi.s.c. Tum qa difficile inueniri possunt, tu3 quia pauci sunt
12.lect. præditi virtutibus, tum quia experientia longa non po
12. test de multis fieri, tot ergo quærantur, quot ad vitam humanam sufficiant.

Vbi.s.c. *Ad bonas fortunas & infortunia amicorum debet ami* 39
13.lect. *cus prompte se offerre.*
13. Propriũ est.n.amici bñ facere, & amico coopari, cũ sit quasi vnũ cũ eo. vnde nõ vocatus amicus se promptum exhibet, & indignum reputat quod vocetur.

Vbi su. *Ab amico bene fortunato debet homo remisse auxilium petere.* 40

Debet.n.vereri opinionem indelectationis & onerositatis apud amicum.

Vbi.s.c. *Amicitia, que dicitur affabilitas est virtus annexa* 41
&lec.vl. *iustitiæ.*
1.2.q. Amicitia.n.de qua hactenus locuti sumus principali-
114.ar. ter cõsistit in affectu. sed hæc, quæ affabilitas dicitur, cõ
1.2. sistit in solis verbis & factis exterioribus secũdũ quæ homo se habet decenter ad illos, cũ qbus cõuersat, oportet eni hoĩem conuenienter ad alios hoĩes ordinari in communi conuersatione tam in factis quã in dictis. Et ideo op3 esse in hoĩe aliquã virtutẽ quæ cõuenientia3 huius ordinis obseruet. vbi.n.occurrit specialis rõ bõi oportet

esse specialem rationem virtutis, quia ergo est ad alterū pertinet ad iustitiā. sed q non habet nisi debitū honesta tis, non est species eius, sed est virtus annexa illi.

Liberalitas annectitur iustitię. 1.2.q.

42 Liberalitas.n. ad alterum est sicut iustitia: & est circa res exteriores sicut etiam iustitia. differt autē ab ea, quia iustitia exhibet alteri qd' eius est. Liberalitas vero exhibet id, qđ est suū. vñ respicit res exteriores alia rōne quā iustitia, & ideo annectitur ei, sicut virtus secundaria. 117.art. 5.

43 *Liberalitas est circa passiones & pecunias.* Vbi.s.ar

Liberalitas.n. per se tendit ad ostendendam propriā affectionem circa pecuniarū & diuitiarū vsum. Dicit.n. liberalis ille, qui est emissiuus. vnde liberalitas alio nomine dicitur largitas: quia quod largum est, non est retentiuum, sed potius emissiuum. Cum autem aliquis a se emittit aliquid quodāmodo ab eius custodia se liberat, & animum suum ab eius affectu liberuз esse ostēdit. Ea vero, quæ sunt emittenda ab vno homine in alium, sunt bona possessa. Quæ omnia nomine pecuniæ significantur. Et ideo īmediate materia liberalitatis sunt interiores passiones. sed pecunia est materia exterior. & aliquo modo obiectum ipsarum passionum. ti.2.3.4 eth. c.1. le.1.5.t.

44 *Liberalitas est virtus.* 2.2. vbi

Nam bene vti ijs, quæ possumus male vti, pertinet ad virtutem. possumus autem bene & male vti non solū ijs, quæ sunt intra nos.i. passionibus & potentijs animę sed etiam ijs, quæ sunt extra nos.i. rebus nobis concessis ad sustentationem vitæ. Cum ergo aliquādo vti huiusmodi rebus pertineat ad liberalitateз, sequitur quod liberalitas sit virtus, & eius actus sit vti pecunijs & quibuscūque rebus, quæ pecunia æstimari possunt, pecunia eni & huiusmodi res cadunt sub rōne bonorū vtilium, & ideo actus eius proportionatus est vti eis: & eas præparare ad vsum & conseruare. su.ar.1. 4.ethi. vbi sup.

2. 2. vbi su. ar. 4. 4. eth. vbi su. itē. c. 2. lec. 2. s. t.

Ad liberalem maxime pertinet dare. 45

Proprium.n.liberalis est vti pecunia, vsus autem pecuniæ est in emissione ipsius. Acquisitio enim assimilatur generationi. Custodia vero, quæ ordinatur ad vsum assimilatur habitui. Emissio autem alicuius rei quāto fit ad aliquid distantius tanto a maiori virtute procedit, vt patet in iis, q̄ proiiciuntur. Ex maiori ergo virtute procedit ꝙ aliquis emittat pecuniam dando eam aliis, q̄; expendendo eam circa seipsum. propriū autem virtutis est, vt præcipue tendat in id, quod perfectius est. Nam virtus est perfectio quędam, & ideo liberalitas maxime laudatur ex datione seruatis debitis circunstantiis. s. quod fiat datio propter bonum finem, & recte: idest secundum regulam rationis. s. quando oportet, quibus oportet & huiusmodi.

2. 2. q. 120. per totum. 5. eth. c. 17. lec. 16. s. t.

Epiiceia est virtus & pars subiectiua iustitiæ. 46

Epicheia enim est moderatio quædam legum, quæ apud nos potest dici æquitas. quia. n. humani actus, de quibus leges dantur in singularibus consistunt, quæ infinitis modis variari possunt, non fuit possibile aliquam regulam legis institui, quæ in nullo casu deficeret, sed legislatores attendunt ad id, quod vt in pluribus accidit, & secundum hoc instituunt legem, quam seruari in aliquibus casibus est contra æqualitatem iustitiæ, & contra bonum commune quod lex intendit: & ideo bonū est aliquando prætermissis verbis legis, sequi id, quod possit ratio iustitiæ, & communis vtilitas, & ad hoc ordinatur Epicheia. Cum opus ergo reddat bonum, sequitur quod sit virtus ad hoc bene ordinata, vnde est quædam iustitia, & de ea iustitia cōmuniter dicta prædicatur, per prius q̄; de iustitia legali, quæ obtemperat legi secundum verba. nam hæc regulatur ab epicheia, q̄ est ei quasi superior respectu humanorum actuum, epicheia ergo deserit iustum non simpliciter, sed iustum

quod est lege determinatum, nec tamen opponitur seueritati, quæ sequitur veritatem legis in qbus oportet, qa sequi in quibus non oportet esset vitiosum. Epicheia aũt non sequitur verba in quibus nõ oportet. Et hæc de iustitia & partibus eius breuiter dixisse sufficiat.

Explicit liber sextus de iustitia.

Postilla in librum sextum.

Post prudentiam sequitur iustitia tanquã præcipua inter alias morales, de qua agit auctor in hoc libro. Primo quidem de obiecto eius. Secundo, de ipsa virtute iustitiæ. Tertio de partibus eius. Quo ad obiectum, declaratur primo qualiter ius est obiectum eius, & qd sit in prima conclusione. Secundo distinguntur diuersa iura ac simul declarantur ius naturale & positiuum in secunda: ius gentium cõtra naturale in tertia, ius paternum, & dominatiuum contra politicum in quarta: commune enim prius diffinitur quando recipit diffinitionem, & postea diuiditur. Quo ad ipsam virtutẽ iustitiæ, incipit a diffinitione eius, per quam eius natura cognoscitur, quã ponit in quinta: & qa est virtus quæ respicit alterum, id declaratur in sexta. Secundo declarat eius subiectum in septima: & qualis virtus sit.s.generalis in octaua, quodq; præter illam datur alia particularis in nona. Demum declarat actum eius, per quem etiam cognoscitur in decima. Quo ad partes eius prius agit de partibus subiectiuis simul in vndecima: postea de partibus potentialibus hoc ordine. Quia primo agit de religione quæ respicit deum, est.n. prima inter alias, de qua plura docet.s.quomodo est virtus & pars iustitiæ: idest illi annexa in duodecima: qualis virtus est in tertiadecima, q̃ excellens in quartadecima: quomodo se habet ad sanctitatem quæ &

ipsa respicit deum,in qntadecima, & qui sunt actus eius in sextadecima. Secundo agit de pietate quæ respicit parentes & patriam,nam debitum paternum sequitur debitum diuinum,& declarat quomodo est virtus & pars iustitiæ in decimaseptima,& qualis virtus:in decimaoctaua. Tertio agit de obseruantia & obedientia quæ respiciunt superiores,& in dignitate constitutos,quibus post parẽtes & patriam debemus,& honorem quem exhibet obseruantia de qua in decimanona:& subiectionẽ,quam reddit obedientia,de qua in vigesima. Quarto de gratia, quę post prædictos reddimus debitum benefactoribus in vigesimaprima. Et quia iustitia non solum reddit debitum in bonis,ad quod ordinantur prædictę virtutes, sed etiam in malis ad quod ordinatur vindicatio,consequenter agit de illa in vigesimasecunda. Post dictas virtutes agit de quibusdam aliis,quæ respiciunt minus debitum.s.potius honestatis q̃ legis,quarum prima est veritas,de qua in vigesimatertia. Secunda est amicitia de qua prius agit vt est quædam dilectio,& multa docet.s.naturam eius in vigesimaquarta,necessitatem in vigesimaqnta: conditiones seu proprietates eius in vigesimasexta: vigesimaseptima: vigesimaoctaua: vigesimanona. Inter quos reperitur,in trigesima,actum eius propriũ, in.31. qualitatem talis actus in.32. rectitudinem ipsius in.33. fundamentum in.34. principium, in.35. comparationẽ inter amicos diuersarum rationum.i.inter benefactorẽ & beneficiatum in.36.& qualitatẽ amicorũ vsq; ad quadragesimam. Sed qa amicabilia ad alterũ deriuantur ex amore sui,p̃mittit in.37. qs ꝓprie sit amator sui:postea agit de amicitia vt est idem qđ affabilitas in.41. Tertia est liberalitas,de qua ostẽdit q̃o est pars iustitiæ in.42. Circa qd versatur ĩ.43.an sit virtus in.44.& qs actus eius in.45. Demũ pro complemẽto huius libri agit de quadã parte iustitiæ,q̃ agit cõtra verba legis,quã iustitia cõiter attendit,licet non cõtra intẽtionẽ.s.epiiceia:in.46.

INCIPIT LIBER SEPTIMVS DE FORTITVDINE.



1 *Ortitudo est virtus, quæ timorem cohibet & audaciam moderatur circa pericula mortis.* 2.2.q. 123.ar. 1.3.4.

Quia.n.homo repellitur aliquando ab eo quod est secundum rationẽ propter aliqd difficile, quod incũbit, oportet aliquam esse virtutem in eo, quæ hoc impedimentũ remoueat, & hęc est fortitudo, quæ secundum quod importat quandam firmitatem in illis, in quibus est maxime difficile firmitatem habere, est virtus specialis habens materiam determinatam, & principaliter est circa timores mortis: qa ad fortitudinem pertinet remouere impedimentum, quo retrahitur voluntas a sequela rationis. Quod autẽ aliqs retrahatur ab aliquo difficili, pertinet ad rationem timoris, qui importat recessum a malo difficultatem habente, sed quia non solum oportet difficilium rerum impulsum firmiter tollerare, sed ẽt moderate aggredi, quod ad audaciam pertinet, ideo fortitudo est circa timores & audacias. & qa nullum bonum corporale æquiualet bono rõnis, oportet quod fortitudo retineat voluntatem hoĩs in bono rõnis firmiter, & contra maxima mala. virtus.n.respicit vltimum, maximum autem terribile inter oĩa corporalia mala est mors, quæ aufert omnia corporalia bona, ergo seqtur ꝙ fortitudo sit circa pericula mortis. 2.eth.c. 9.lec.6. 3.eth.c. 9.lec.14 s.t.

2 *Fortitudo proprie est circa pericula mortis, quæ sunt in bello.* 2.2. vbi su.ar.5. 3.eth.

Ad fortitudinem.n.pertinet, vt non refugiat pericula vbi su.

mortis propter aliquod bonum prosequendū. Pericula autem mortis, quæ sunt ex ægritudine, vel tempestate mortis, vel ex incursu latronum, vel siqua alia sunt huiusmodi, non necessario videtur directe alicui iminere, ex hoc ꝙ seqtur aliquod bonum, sicut pericula in bellicis rebus: & ideo fortitudo proprie est circa pericula mortis, quæ sunt in bello iusto, siue sit bellum generale, siue particulare, sicut cum aliqua priuata persona, non recedit a iusto iudicio, vel ab alio bono rōnis, propter timorem gladij imminentis vel cuiuscunq; alterius periculi: quāuis ēt possit esse circa pericula cuiuscūq; mortis, quā homo debet aliquando subire propter virtutes, vtputa cum aliqs non refugit amico infirmanti obseq propter mortiferæ infectionis timorē: vel cum non refugit itinerari ad aliquod pium negocium prosequendum propter timorem naufragij, vel latronum, vel aliqd hmōi.

2.2. vbi *Sustinere est actus principalis fortitudinis.* 3
su.ar.6. Difficilius.n. est timorē reprimere, q̄; audaciam mode
3.eth.c. rari, eo quod ipsum periculum, quod est obiectū auda
9.lec.15 ciæ & timoris de se confert aliqd ad repressionem auda
itē.c.11 ciæ, sed operatur ad augmentū timoris, vnde difficilius
lec.18. est sustinere, q̄; aggredi. q.n. sustinet, a fortiori inuaden
s.t. te videtur sustinere, & iam sentit pericula imminentia: & importat sustinere diuturnitatem temporis, sed q aggreditur inuadit per modum fortioris, & pericula, vt futura habentur ab eo: & ex subito motu aggredi potest, virtus autem est circa difficilius: & ideo pncipalis actus fortis est sustinere.

2.2. vbi *In actu suo a forti non requiritur, vt delectetur, sed suf* 4
su.ar.8. *ficit, vt non tristetur.*
3.eth. Fortis.n. sicut in proximum finem tendit in similitu
vbi su. dinem sui habitus, vt.s. ipsum in actum exprimat, quod est fortiter agere. intendit.n. agere secundum conuenientiam sui habitus, finis autem remotus est beatitudo, vel deus.

deus. Ex vna ergo parte habet in actu suo vt delectet.s. secundum delectationē animalem de ipso actu virtutis, & de fine eius, ex alia vero parte habet vn̄ doleat, ēt animaliter, dum considerat amissionem propriæ vitæ, & corporaliter, dū sustinet vulnera, sensibilis ergo dolor corporis facit, vt non sentiat animalem delectationē virtutis, nisi forte propter superabundantem dei gratiā, facit tamen virtus fortitudinis, vt ratio non absorbeatur a corporalibus doloribus. Tristitiam aūt animalem superat delectatio virtutis inquantum homo præfert bonū virtutis corporali vitę, & qbuscunq; ad eam pertinētibus: propter quod a forti non requirit virtus, vt delectetur, quasi delectationē sentiens: sed sufficit φ nō tristet.

5 *Fortitudo in repentinis maxime manifestatur.* 2.2. vbi su. ar. 9. 3. eth. c. 10. lec. 17. s. 1.

Habitus. n. agit in modū naturæ, vnde φ aliqs absq; p̄meditatione faciat ea, q̄ sunt virtutis, cū necessitas īminet propter repentina pericula, hoc maxime manifestat fortitudinē habitualiter esse in anima cōfirmatā, nā potest ēt aliquis habitu fortitudinis carens, diuturna præmeditatione, animū suum, cōtra īminentia pericula p̄parare, qua præparatione ēt fortis vtitur, vt cum tempus adest, possit resistere, aut facilius ferre.

6 *Fortitudo in actu secundario assumit iram.* 2.2. vbi su. ar. 10 3. eth. vbi su.

Ad aggrediendum. n. assumit iram moderatam, quasi auxilium ab ea accipiens: quia ēt virtus vtitur appetitu sensitiuo, vt instrumento: sicut ēt membris corporis. Ad iram. n. pertinet insilire in cōtra stantem, nō aūt ita directe insilire pertinet ad alias passiones, vnde directe ira cooperat̄ fortitudini in aggrediendo. Ad sustinendū aūt non assumit iram, qa hunc actum ratio per se facit.

7 *Fortitudo non habet partes subiectiuas sed integrales.* 1. 2. q. 128. ar. 1.

Quia. n. est circa materiam valde specialem, non pōt habere partes spē differentes. Partes aūt integrales, q̄. s. ex necessitate concurrunt ad actus eius perficiendos ha-

bet.ad actum.n.aggrediendi primo requirit., vt aliquis habeat promptum animum ad aggrediendum,& quantú ad hoc pars eius integralis est fiducia vel magnanimitas,quæ videt esse idem fiduciæ.secúdo requirit ne deficiat in executione illorum, q̃ fiducialiter inchoauit, & quantum ad hoc ponit magnificentia. Intellige aũt hæc duo concurrere ad integrãdum istũ actum fortitudinis si coartent ad propriã eius materiã.i.ad pericula mortis. Nã circa alias materias minus difficiles,sunt virtutes distinctæ spẽ a fortitudine, cui tñ adiungunt sicut secundariæ principali. Ad actũ aũt sustinendi.primo requirit ne difficultate ĩminentiũ malorum animus frangat,per tristitiam, & decidat a sua magnitudine,& quãtũ ad hoc ponit patientia,secundo vt ex diuturna difficilium perpessione hõ non fatiget ad hoc vsq; vt desistat:& quantum ad hoc ponitur perseuerantia,& intellige ẽt de istis duabus,ꝙ sunt partes integrales fortitudinis,quãdo coartantur ad propriam materiam eius. Ad alias.n.materias applicatæ sunt virtutes spẽ ab ea distinctæ, & tamẽ coniunctæ ei sicut secundariæ principali.

2. 2. q. *Magnanimitas est specialis virtus annexa fortitudini.* 8
129.per Magnanimitas.n.quandam animi extensionẽ ad ma
to. gna importat,hoc est ad magnos actus,q magni simpli
2.eth. c. citer dicunt,qa consistunt in optimo vsu rei maximæ,q̃
7.lec. 9. inter res,quæ veniunt in hoĩs vsum,est honor,eo ꝙ est
4. eth. c. propinquior virtuti,quasi testificatio eius,& deo exhibe
6.7.8.9. tur,& propter hunc hoĩes omnia alia postponunt: ideo
lec. 8.9. magnanimitas est circa honores,& qa virtus est circa dif
s.t. ficile,vel secundum rõnẽ,qa difficile est inuenire mediũ, vt in actu iustitię,vel secundum repugnantiã,qa passiones pugnant contra rõnẽ, & quædam passiones habent paruã vim repugnandi,ideo circa eas non ponimus virtutes: sed circa eas,q̃ habent magnam vim repugnandi rõni quã qdem habent ex rebus exterioribus,quæ sunt

torũ obiecta, ficut amor pecuniæ: & honoris: & iõ circa has paſſiones ponimus virtutes, nõ ſolũ quãtum ad id, qđ eſt in eis maximũ, ſed ẽt circa mediocria, & minora, qa res exteriores ẽt ſi ſint paruę, ſunt multum appetibiles, vt pote neceſſariæ ad vitam hoĩs, & propter hoc circa paruos & magnos honores virtutem ponimus. Magnanimitas ergo eſt circa magnos honores: & alia virtus innoĩata eſt circa mediocres, q̃ poteſt dici vel noĩari ex extremis, philotimia & aphilotimia. i. amor honoris, & ſine amore honoris, vñ magnanimitas eſt ĩmediate circa paſſionem ſpei: mediate aũt circa honorẽ, ſicut circa obiectũ ſpei: & tendit in aliquod magnũ ſicut in finẽ. Quia ergo ponit modum rõnis circa determinatã materiã, iõ eſt ſpãlis virtus, & qa conuenit cum fortitudine, inquantum confirmat aĩum circa aliquid medium, & deficit ab ea in hoc ꝙ firmat animum circa aliquod facilius, iõ adiungiť fortitudini tanq̃ virtus ſecundaria principali.

9 *Magnanimitas multas habet proprietates.* 2. 2. vbi ſu. ar. 2.

Habet. n. quaſdam corporales proprietates, nã qa corporales motus diuerſificanť ſecundum diuerſas animæ apprehenſiones, & affectiones, & magnanimus intendit ſolum ad magna, q̃ pauca ſunt, & indigent magna attentione, & non ſe intromittit niſi de magnis: iõ magnanimus eſt ille, q eſt naturaliter ad magnanimitatem diſpoſitus, habet motũ tardum, & vocẽ grauem, & locutionẽ ſtabilem, & non habet in memoria beneficia, quantũ ad hoc, ꝙ ei ſit delectabile ab aliquibus beneficia recipere, quin maiora recompenſet, & eſt ocioſus. i. non ſe ingerit ad quæcunq;, ſed ſolum ad ea, quę decent eum, & vtitur ironia ad multos, quia. ſ. non omnibus totam ſuam magnitudinem monſtrat, & non poteſt aliis conuiuere. ſ. familiariter, ſed ſolum ad amicos, quia omnino vitat adulationem, & ſimulationem, & vult habere magis infructuoſa, non quæcunq; ſed bona honeſta, q̃ vtilibus 3. 4. 4. eth. c. 10. lec. 10. itẽ. c. 9. lec. 8. s. t.

præponit.tendit.n.ad ea, quæ important aliquã excellẽtiam, & illa fugit, q̃ important defectũ, & ideo promptũ se exhibet ad actus aliarum virtutum secundũ ꝙ habẽt rõnem cuiusdam excellẽtiæ, vnde magnanimitas est q̃dam ornatus omnium virtutum, nã per eam fiunt maiores, eo ꝙ ad ipsam pertinet operari magnum in qualibet virtute: quod est dignũ magno honore, tñ ex magnis honoribus non extollitur magnanimus, qa nõ reputat eos supra se, & de inhonorationibus nõ frangit̃, sed eas contemnit, vtpote quas reputat sibi indigne fieri, est autem manifestus amicus, & manifestus inimicus: qa ꝙ aliquis latenter amet vel odiat prouenit ex timore, q magnanimo repugnat: magis ẽt curat de veritate, q̃ꝫ de opinione hominum, manifeste loqtur & operatur, semper verum dicens, nisi cum ironice loquitur, obliuiscitur malorum sibi factorum, & despicit ea tanquam indigna æstimari, non periclitatur pro paruis, nec pro quibuscunque se exponit periculo, sed cum oportet se exponere non parcit etiam vitæ.

2.2. vbi su. ar.6. 7. *Fiducia & securitas ad magnanimitatem pertinent.* 10

Fiducia.n.importat quoddam robur spei proueniens ex aliqua consyderatiõe potentis amici vel propriarum virium, quæ facit fidem.i. vehementem opinionẽ de bono assequendo. Cum ergo magnanimitas sit proprie circa spẽ alicuius ardui, patet ꝙ fiducia ad magnanimitatẽ spectat, magis q̃ꝫ ad fortitudinem, quę firmat hominem contra mala, ad quam tamen intantum pertinet inquantum spes causat audaciã, quæ ad ipsam pertinet, & quãuis dicatur quod magnanimus nullo indiget, intelligendum tamen est secũdũ modum humanũ. nullo.n. indigere est supra hoiem, & ideo cum homo sit animal ciuile, oportet ꝙ ẽt habeat fiduciam in alio homine, & maxime in deo. Est tamen sciendum, ꝙ fiducia proprie nõ nominat virtutem, sed conditionẽ virtutis, qa fiducia est spes

4. eth.c. 10. lec. 10.S.t.

roborata ex aliqua firma opinioē. Modus aūt adhibitus alicui affectioni pertinet ad commendationem actus nō tamen ex hoc determinat̄ ad spēm virtutis, est ergo pars integralis magnanimitatis, securitas aūt importat quandam quietem animi a timore, & ideo directe pertinet ad fortitudinē, sed quia ex timore causatur desperatio, ex consequenti pertinet ad magnanimitatem.

11 *Bona fortunæ ad magnanimitatem conferunt.* 2. 2. vbi

Pro quanto .n. magnanimitas ad honorem respicit, q̄ virtuosis non solū a sapientibus, sed ēt a multitudine, q̄ bona fortunæ maxime reputat exhibetur, requirit bona fortunæ, vt honor ab hominibus eis exhibeatur, similiter & hæc bona deseruiunt ei ad actus exercēdos, prout sunt quędam eius instrumenta: qa per diuitias, amicos, & potentiam, datur nobis facultas operandi. su. ar. 8. 4. ethi. c. 9. lec. 9. s. t.

12 *Magnificentia est specialis virtus fortitudini annexa.* 2. 2. q.

Magnificus .n. dicitur, q aliqd magnum facit prout factio dicit operationem circa exteriorem materiam, vnde magnificus versat̄ circa opus factibile, quod ab arte p̄ducitur, intendens tale opus fieri magnū in quantitate, p̄tiositate, & dignitate: ad quod requirūtur magni sumptus, & pecuniæ emissiones, & ideo materia magnificentię possunt dici & ipsi sumptus, qbus vtitur ad opus magnum faciēdum, & ipsa pecunia, qua vtitur ad hmōi magnos sumptus, & amor pecuniarum, quem moderatur, ne sumptus magni impediātur: & ideo vsus pecuniæ aliter pertinet ad liberalem, & aliter ad magnificū. Ad liberalem .n. pertinet omnis vsus debitus pecuniæ: cuius impedimentum tollit moderatio amoris pecuniæ. Ad magnificum aūt in ordine ad aliquod magnum opus, & per consequens per comparationem ad spem, vnde magnificentia videtur esse in irascibili, & liberalitas in concupiscibili, licet etiam qui liberalis est, habeat actū magnifici in propinqua dispositione. Cum ergo virtus dicatur per 134. per totum. 4. eth c. 5. lec. 6. 7. itē. 2. c. 7. lec. 8. s. t. 2. ethi. vbi su.

comparationem ad vltimũ, proprie magnificẽtia est virtus spālis.i.circa spālem materiam, quæ consistit in extremo consyderata quantitate eius quod facit: sed tamẽ in medio, consyderata regula rõnis, a qua non deficit, nec eã excedit. ordinat.n. vsum artis ad aliqd magnũ, & pcipue ad honorẽ dei in templis, & sacrificiis, & in rep. & in ijs, q̃ pertinent ad seipsum, dum ea, q̃ pro se facit, ẽt magnifice exequitur. Dato ergo quod aliæ virtutes magna operenť, ista tamen sicut & magnanimitas intentionem suam dirigit ad rõnem magni. differunt autem ab inuicem, qa magnanimitas respicit magnum in opere virtutis cuiuslibet etiam ipsius magnificentiæ. Magnificentia vero respicit magnum in ipso opere exteriori producto per artem, vnde si dona dat, non dat sub rõne doni, sed prout ordinantur ad aliquod magnum, ideo pauper, & si possit habere actum huius virtutis interiorem, non tamen exteriorem. Conuenit ergo cum fortitudine in hoc quod tendit in aliquod arduũ & difficile, sicut fortitudo, sed deficit ab ea, qa arduum fortitudinis, multo maiorẽ habet difficultatem, vnde est virtus annexa ei, sicut secũdaria principali, quãuis.n. non conueniat ei in materia, conuenit tamẽ ei in conditione materiæ: & hoc requiriť ad talem connexionem, qa magis annexio attendiť secundum modum, q̃ secundum materiam.

2.2.q. 136.ar. 1.4. *Patientia est pars fortitudinis.* 13

Quia.n. inter alias passiões, tristitia efficax est ad impediendum rõnem, necesse est habere aliquam virtutẽ, per quam bonum rõnis conseruetur contra tristitiã, ne rõ succumbat, hæc aũt virtus est patientia, qua æquo animo tristitiæ tolleranť, præcipue quæ ab aliis inferunť, ita q̃ propter eas quantæcunq; sint, non deseritur bonũ virtutis, vnde est in concupiscibili, & ideo differt a fortitudinæ, quæ est in irascibili, & versatur circa timores, est tamen pars eius, & adiungiť ei tanq̃ secundaria principa

li:quia fortitudo est circa difficillima,& potest poni pars integralis eius quantum ad aliqd sui prout.s.patiens et sustinet æquo animo mala,q̃ pertinent ad pericula mortis,& quamuis temperantia etiam sit circa delectationes & tristitias,non tamen patientia est pars eius,qa ad temperātiam pertinet solum refrenare & moderari tristitias circa tactum,sed ad patientiam pertinet propter tristitias quæ ab aliis inferunt̃,non recedere a bono virtutis,adiunctio.n.virtutis ad virtutē non attendit̃ secundū subiectum:sed secundum formam vel materiam.

14 *Patientia non est potissima virtutum.* vbi su. ar.2.

Quia.n.virtus ordinat ad bonum rōnis, illæ virtutes sunt potiores,quæ directius ordinant in bonum,vt sunt illæ,quæ sunt boni constitutiuæ, q̃; illæ,quæ hoc indirectius ordinant,vt illæ q̃ sunt impeditiuæ eorum, quæ a bono abducūt,illę aūt,q̃ maioris boni sunt constitutiuæ,sunt potiores aliis,loquendo de iis,quæ bonū constituunt,& similiter inter illas,q̃ malum impediunt, illæ sunt potiores,quæ impediunt id,quod magis a bono retrahit,quod est maxime periculū mortis,& ēt delectationes tactus. Ideo cū patientia numeret̃ inter virtutes īpedientes id,qđ a bono retrahit,nō est potissima virtutum,imo non solū deficit a iustitia & prudentia,q̃ bonum constituunt, sed ēt a fortitudine,& temperantia,q̃ malum impediunt.Dicit̃ aūt perfectū opus habere,non qa perfectius habeat cæteris simpliciter,sed secundū qd, inquātum remouet principia multorū magnorū malorum.nam dum quis patienter tollerat aduersa,aufert tristitiam,iram,odium,& iniustum nocumentum.

15 *Longanimitas differt a patientia.* vbi su. ar.5.

Longanimitas.n.dicitur,per quam aliqs habet aīum tendēdi ad aliqd,quod in longinquum distat,vñ videt̃ habere conuenientiā cum magnanimitate,q̃ magis respicit spem tendentem ad bonū,quā audaciam,vel timorē

siue tristitiam, quæ respiciunt malũ, longanimitas.n.videtur respicere bonum longinquũ, magis, q̃; mali alicuius tollerantiã quã respicit patientia tamẽ conuenit ẽt cũ patientia inquantũ sub rõne mali contristantis põt comprehendi dilatio boni remoti & separati: quia spes, quæ differtur affligit animam, vnde etiam sub patientia comprehenditur constantia, qua homo sustinet laborem in continua executione boni operis, q labor potest comprehendi sub ratione mali contristantis.

2. 2. q. 137. ar. 1. 2. 7. eth. c. 10. lec. 7. s. t.

Perseuerantia est virtus annexa fortitudini. 16

Quia.n.virtus est circa difficile, si occurrit spãlis ratio difficultatis boni, ibi est spãlis virtus difficultas autẽ in opere bono potest prouenire ex obiecto, vel qa difficile est inuenire medium rõnis, vt in iustitia: vel propter repugnantiam rõnis, vt in fortitudine & temperantia, põt ẽt prouenire talis difficultas ex diuturnitate tẽporis. difficile est.n.diu persistere in aliquo bono vsq; ad cõsumationem: & ideo perseuerantia, ad quã pertinet in his vel illis virtuosis operibus diuturnitatem sustinere, est virtus specialis, quãuis autem virtuosus cum minori difficultate in bono persistat, q̃; ille, q passionibus vehementer afficitur, non tamen propter hoc ei deest virtus perseuerantiæ, cum in difficili bono diu persistit, qa perfectio virtutis magis attenditur secundum rõnem boni, q̃; secundum rõnem difficilis. Per se igitur ad perseuerãtiam pertinet, vt aliqs perseueret vsq; ad terminum virtuosi operis, sicut ꝙ magnificus perseueret vsq; ad cõsummationem operis. Quia aũt aliquæ virtutes vsq; ad finẽ humanæ vitæ debent durare, circa istas oportet semper cõseruari actum perseuerantiæ, vt.s.in bono istarum persistat vsq; ad finẽ, quod si non facit, non est dicendũ ꝙ non habuit habitum perseuerantiæ, sed ꝙ secundum habitum non est operatus. Quia ergo sustinere difficultatẽ quæ prouenit ex diuturnitate boni operis, dat laudem

perseuerātiæ: & hoc minus est, q̃ sustinere pericula mortis: ideo perseuerantia adiungitur fortitudini, sicut principali secundaria, & perseuerantia est in irascibili, sicut et fortitudo, & moderatur passionem timoris, fatigationis aut defectus propter diuturnitatem.

17 *Constantia differt a perseuerantia.* vbi su.

Perseuerantia.n. vt dictum est, facit firmiter persistere hominem in bono contra difficultatem, quæ prouenit ex diuturnitate actus. Constantia aūt facit firmiter persistere in bono contra difficultatem, quæ prouenit ex q̃buscunq; aliis exterioribus impedimētis, quæ præcipue sunt illa, quæ tristitiam inferunt, circa quam est patiētia, & ideo constantia secundum ea, quæ difficultatē inferūt conuenit cum patientia: secundū autem finem, q est persistere in bono, conuenit cū perseuerantia, quę tamen est pars principalior fortitudinis, q̃ constantia: qa difficultas, q̄ est ex diuturnitate actus est essentialior actui virtutis, q̃ illa, q̄ est ex exterioribus impedimentis. De fortitudine igitur & partibus eius breuiter hæc diximus.

ar. 3. 7. eth. c. 10. lec. 7 s. t.

Explicit liber septimus de fortitudine.

Postilla in librum septimum.

Post iustitiam sequitur fortitudo de qua duo principaliter agit. s. de ipsa fortitudine s̄m se, & de partibus eius. Quo ad primum declarat naturam fortitudinis, ex diffinitiōe eius in. 1. conclusione ex obiecto in. 2. & ex actu in. 3. vel sic in. 1. declarat naturam eius, in. 2. obiectū, in 3. actum & vt melius eius actus innotescat, per quē ipsa maxime cognoscit̄, subdit tria de illo. s. qualitatem eius in. 4. qn̄ maxime manifestat fortitudinem in. 5. & q̄uo se habet ad iram in. 6. Quo ad secundū agit prīo de partibus integralibus simul in. 7. ostēdēs simul illā nō habere

partes subiectiuas. secundo de partibus potentialibus, quarum prima est magnanimitas de qua declarat naturã in.8.proprietates in.9.quę pertinent ad illam in.10.& q̃ ad illam conferunt in.11.secunda est magnificentia de q̃ agit in.12.tertia est patientia, de qua in.13.&.14.quarta est longanimitas de qua in.15.quinta perseuerantia, de qua in.16.vltima constantia de qua in.17.

INCIPIT LIBER OCTAVVS DE TEMPERANTIA.



Emperantia est virtus, per quam delectationes tactus & tristitiæ moderamur. 1

Cum.n.temperantia inclinet ad id, quod est secundum rõnem, vt ipsum nomen eius importat, patet q̃ꝺ est vir
2.2.q. tus, & licet secũdum cõitatem suæ significationis, sit vir
141.ar. tus generalis, quia importat quandam temperiem.i.mo
1.2.3.4 derationem quæ reperitur in oĩ virtute morali, si tñ con
5. sydeiretur antonomasice inquãtũ moderatur & refrenat
3.eth.c. appetitum, ab iis, q̃ maxime alliciunt hoĩem: sic est spãlis
12. lec. virtus, habens materiã spãlem, sicut & fortitudo, quæ
19. 20. sunt concupiscentiæ & delectatiões, & q̃a virtus est circa
s.t. difficile, ideo temperãtia est circa maximas delectatiões, quæ sunt illæ, quæ sequunt̃ operationes maxime naturales.i.q̃bus natura indiuidui per cibum & potũ, & natura spẽi per cõiunctionem maris & fœminæ conseruant̃: sunt aũt hæ delectatioi es tactus: & quãuis homo delectetur in sensibus ẽt propter cognitionem, tamen tẽperantia nõ est principaliter nisi circa delectatiões tactus.i. circa vsum rerum necessariarum ad conseruandũ vitam

humanā, vel in ſpē, vel in indiuiduo. Ex conſequenti tamen eſt circa ſenſibilia aliorum ſenſuum, vt circa ſaporem, odorem, ornatū mulieris & huiuſmodi, inquantum conferunt ad delectabilem vſum rerū, quæ pertinēt ad tactum, qa tamen guſtus propinquior eſt tactui q̄ alii ſenſus: ideo temperantia magis eſt circa guſtum, q̄ circa alios ſenſus. Non eſt autem circa delectationes ſpūales: tum qa per ſe non ſunt contra rōnem: tum quia nō afficiunt vehementer appetitum cōtra vſum rōnis, eo q̄ nō percipiunt ſenſu. Quia autem virtus cardinalis dicitur, quæ principaliter laudat ex aliquo eorum, quæ cōmuniter requirunt ad rōnem virtutis, & moderatio, quę in omni virtute requiritur præcipue in temperantia laudatur, tum propter difficultatem abſtinēdi ſe a delectationibus tactus, tum propter neceſſitatem, qa talia obiecta tactus ſunt magis neceſſaria præſenti vitæ: ideo temperantia ponit virtus cardinalis, vnde ēt ei attribuit pulchritudo: qa moderantia dicit quandam proportionē, in qua conſiſtit rō pulchritudinis, & qa per delectationes tactus homo maxime natus eſt deturpari, qa ſequit naturam beſtialē, ideo pulchritudo illarum moderantiæ ſiue temperantiæ attribuit, ſicut aūt virtus fortitudinis de cuius rōne eſt firmitatē præſtare, præcipuę conſiſtit circa paſſionem pertinētē ad fugam malorum corporalium. f. timorē, ex conſequenti autem circa audaciam, q̄ aggreditur hmōi mala: ita tēperantia, quæ importat moderationem, primo conſiſtit circa paſſiones tendentes in bona ſenſibilia, q̄ ſunt concupiſcentiæ & delectatiōes dictæ. Ex conſequenti vero circa triſtitias, quæ contingūt ex abſentia talium delectationum. 3. eth. c. 14. lec. 21. 5. f.

Regula temperantiæ ſumenda eſt a neceſſitate vitæ preſentis. 2. 2. vbi ſu. ar. 6.

Rō. n. eorum, quę ſunt ad finē ex fine ſumenda eſt, nā virtus dirigit ad bonū rationis, quod maxime conſiſtit 3. eth. vbi ſu.

in hoc, quod aliqua ad finem ordinet. quia ergo omnia delectabilia sensus, quæ in vsum hominis veniunt ordinantur ad aliquã vitæ huius necessitatẽ sicut ad finem: ideo tẽperantia a necessitate vitæ præsentis, sicut a fine sumit regulã delectabiliũ: vt. s. tantũ eis vtatur, quantũ necessitas vitæ hui⁹ reqrit. Necessitatẽ aũt hũanę vitę nõ solũ dico illã, sine q̃ hũana vita esse non põt: sed ẽt illã, sine qua nõ põt cõuenienter esse. Tẽperatus ergo vtitur etiã ijs, sine quibus humana vita esse posset. moderate tamẽ pro loco & tẽpore & congruentia eorum, quibus cõuiuit, & conuenientia status & diuitiarum, dummodo nõ sint impeditiua sanitatis & bonæ habitudinis.

2. 2. vbi *Temperantia non est maxima virtutum.* 3

su. ar. 8. Cum. n. virtus sit circa difficile & bonũ, dignitas virtutis magis attendit̃ secundũ rationem boni q̃ secũdũ rationẽ difficilis. Et quia bonum multitudinis est diuinius quã bonum vnius, quãto aliqua virtus magis pertinet ad bonum multitudinis, tanto etiã est melior. Iustitia aũt, & fortitudo: ptinent ad bonũ multitudinis: Tẽperantia aũt moderat̃ cõcupiscẽtias, q̃ sunt circa ipm hominem. & ideo iustitia & fortitudo excedunt tẽperantiã

2. 2. q. *Verecundia & honestas sunt partes integrales temperantię.* 4

143. ar. 1. Partes. n. integrales alicuius virtutis sunt cõditiões, quas necessario est concurre ad virtutem. Quia ergo tẽperantia vendicat sibi quendã decorem, & vitia cõtraria

2. 2. q. ei habent turpitudinẽ, ideo ad tẽperantiã necesse est cõ

144. per uenire verecundiã, per quã aliquis refugit turpitudinẽ

totũ. 4. & honestatem, per quam amat pulchritudinem.

ethi. c. & *Verecundia est timor ingloriationis.* 5

lec. vlti. Nõ. n. est virtus, sed passio laudabilis. nã repugnat p

5. t. fectioni, quia est timor alicuius turpis, & virtus est pfe

2. eth. c. ctio quædam. ille. n. qui est perfectus, non timet turpe,

6. quia nõ reputat difficile ad vitandũ, nec facit illud, quã

uis sit ita dispositus, vt si in eo esset aliqđ turpe, verecū/
daret̃ de illo. Turpitudo igit̃ quæ cõsistit in vitupatiõe
alicuius, quia habet rõnē mali ardui, sicut honor habet
rõnē boni ardui: & illud, qđ cõsistit in deformitate act⁹
voluntarij, nõ habet rõnē mali ardui, cū cõsistat in ptā
ti hois. iccirco verecūdia q̃ est timor turpitudinis prio
respicit vituperiū, & in gloriationē qa vitupiū debet̃ cul
pę sicut honor virtuti. Ex cõsequēti respicit culpā, scđm
qđ vituperio subiacet. pp cuius timorē, vel desinit hõ
vitiosa agere, qđ pertinet ad erubescentiā, vel in turpib⁹,
quæ agit se occultat, qđ pertinet ad verecūdiā. Verecun
dia igit̃ ꝓprie est timor ingloriationis, ſm qđ debet̃ cul
pæ. Qđ aūt aliqs verecundet̃ de opprobrijs, q̃ sibi infe/
runt̃ pp virtutē, est ex ĩperfectione virtutis. De opibus
aūt virtuosis nõ est verecūdia nisi p accidēs. s. vel inquā
tum ſm hoīum opinionē reputant̃ vitiosa, vel inquātū
homo refugit in eis notā præsumptionis, vel simulatio
nis. verecūdamur aūt magis a sapiētibus & cõiunctis no
bis quā ab alijs, quia testimoniū eoꝝ reputat̃ maioris põ
deris, vel pp rectitudinē iudicij, vel pp maiorē cognitio
nem, quā habēt de nostris defectibus. Ab iis aūt qui sūt
nobis cõiuncti in similitudine peccati nõ formidamus,
qa nõ existimamus, vt defectū nr̃m apprehēdant, vt ali
qd turpe. verecūdamur aūt aliqñ de paupertate, vel de
ignobilitate, qa vituperiū ēt respicit quēcūq; defectū sal
tem ſm opinionē hoīum. vnde quāuis principalius vere
cūdia pertineat ad tēperantiā, quam ad alias virtutes, eo
qđ vitiū intēperantiæ est vituperabile & turpissimū: ſm
tamē qđ vitia aliis virtutib⁹ opposita sunt turpia & ex/
ꝓbabilia, põt ēt verecūdia ad alias virtutes ptinere. itaq;
verecūdia nõ est ꝓprie virtus, nisi accipiat̃ virt⁹ large ꝓ
quocūq; bono laudabili. nec sufficit qđ sit in medio ſm
determinationē rõnis nisi sit ēt ſm electionem. qđ non
est in verecūdia: qa motus eius est ex impetu passiõis, cui
opponit̃ inuerecūdia, q̃ procedit ex nimio amore turpi/

tudinum, non apprehẽdens erubescibilia, vt turpia, ꝓut accidit in iis, qui in peccatis profundati sunt.

2.2.q. 145.per to. *Honestas est spũalis pulchritudo, secũdũ quã cõuersatio hoĩs est bene disposita secũdũ spũalẽ rõnis claritatẽ.* 6

Honestas.n.dicit̃ quasi status honoris, & ideo honestum dicit̃ quod est honore dignum: honor aũt virtuti debet̃, & ideo honestas in idẽ refert̃ cum virtute. Ad rõnem aũt pulchri concurrit qualitas & debita proportio. Vnde ad pulchritudinẽ spũalem requirit̃ cõuersatio seu actio hoĩs bene disposita ƀm rõnem, quæ oẽs res humanas moderat̃, & hoc pertinet ad rõnẽ honesti cum sit idẽ virtuti quæ ƀm rõnem moderat̃ humana. Cum igit̃ pulchro opponat̃ turpe, quod est maxime cõtra tẽperantiã, cui pulchritudo attribuit̃: ideo honestas spãliter videtur pertinere ad tẽperãtiã, vñ honestos dicimus eos, q bene sunt dispositi in sua cõuersatiõe, ƀm actus tẽperãtiç, maxime circa actus venereos: quãuis ẽt honestas soleat accipi gñaliter pro spũali decore: vñ radicaliter cõsistit in interiori electiõe: significatiue aũt in exteriori cõuersatiõe.

2.2.q. 143.ar. 1. *Temperantia habet partes subiectiuas.* 7

Species.n.virtutum specificant̃ secundũ diuersitatem materiæ vel obiecti. Delectationes aũt, circa quas est tẽperantia, vel pertinent ad nutrimẽtũ, & sic circa cibũ est abstinentia, & circa potũ sobrietas: vel ad vim generatiuam, & sic quantũ ad delectationẽ principalem est castitas. Quantũ vero ad alias circunstantes delectationes, q̃ sunt in osculis, vel amplexibus, est pudicitia.

2.2.q. 146.per to. *Abstinẽtia ẽ virtus, q̃ moderatur delectatiões ciborũ.* 8

Quia.n.virtus moralis cõseruat bonũ rationis cõtra impetus passionum, ideo vbi inuenitur specialis rõ, qua passio abstrahit a bono rõnis, ibi necesse est esse spãlem virtutem. Delectationes autem ciborũ natæ sunt abstrahere a bono rõnis tum propter eorum magnitudinem, tum propter necessitatem ciborũ, quibus homo indiget

ad vitæ conseruationem, quam maxime homo deside-rat, & ideo abstinentia est specialis virtus secundum quã delectationes ciborum temperamus in ordine ad ratio-nem, non autem in ordine ad valetudinem corporis, qa hoc pertinet ad medicinam.

9 *Sobrietas est virtus mensuram seruans circa potum vi-ni, & omne, quod inebriari potest,* 2. 2. q. 149. per to.

Virtutes. n. quæ ab aliqua generali conditione virtu-tis nominant̃, illam materiam spãliter sibi vendicant, in qua difficillimum & optimum est hmõi cõditionẽ serua re: sicut fortitudo est circa pericula mortis: & temperan-tia circa delectationes tactus. Nomen aũt sobrietatis su-mitur a mensura: sobrius. n. dicit̃, quasi briam. i. mensu-ram seruans: & ideo illã materiam sobrietas sibi spãliter ascribit, in qua maxime laudabile est mensurã seruare, hmõi aũt est potus inebriare valens, & vsum rõnis im-pediens, & ideo sobrietas est virtus, q̃ conseruat bonum rõnis contra impedimentum potus. Accipit̃ tamẽ aliqñ cõiter, prout mensura in omnibus dicit̃, & hęc virtus est maxime necessaria iuuenibus, in qbus viget cõcupiscen-tia, & mulieribus in quibus nõ est sufficiens robur rõnis & senibus & epis, & alijs ecclesiæ ministris, & regibus, qa in istis debet vigere maxime vsus rationis.

10 *Castitas est virtus tẽperans concupiscentiã venereorũ.* 2. 2. q. 151. ar. 1. 2. 3.

Nomen. n. castitatis sumitur ex hoc, ꝙ per rationem concupiscentia castigatur, quę ad modum pueri est refre nanda, & ideo quia per rationem modificat concupiscen tiam venereorũ, quæ est eius specialis materia, oportet castitatem esse spãlem virtutem, & quãuis alia delectabi-lia indigeant castigatione, qu a tamen venerea, maxime indigent hmõi castigatione, hinc est ꝙ antonomasice vir tus contra has concupiscentias dicitur castitas.

11 *Pudicitia ad castitatem specialiter ordinatur.* vbi su. ar. 4.

Nomẽ. n. pudicitiæ a pudore sumit̃, in quo verecũdia

significatur,& ideo oportet ꝙ pudicitia sit circa actus venereos:de quibus hoies maxime verecūdant̃:eo ꝙ motus genitaliū membrorum nō subdunt̃ imperio rōnis. verecundat̃ aūt homo non solum de cōmixtione venerea,sed ēt de qbuscūq; signis eius,circa q̃ proprie attenditur pudicitia,qa hæc exteriora signa magis solēt deprehēdi. Castitas aūt magis respicit veneream cōmixtionē, & ideo pudicitia ad castitatē ordinatur non quasi virtus ab ipsa distincta,sed sicut exprimens castitatis circunstātiam quandam interdum tamen vnum pro alio ponit̃.

2.2. q. 152. per totum. *Virginitas est virtus, secundum quā quis integer a venerea delectatione proponit firmiter sic perseuerare propter contemplationem dei.* 12

Nomen.n.virginitatis a virore sumptum est, virens aūt dicit̃,quod non est ex abundantia caloris adustionē expertū in suo virore vnde virginitas importat īmunitatē a concupiscētiæ adustione,ad quā integritas mēbri per accidēs se habet,īmunitas aūt a delectatione, q̃ consistit in seminis resolutione, se habet materialiter ad eā. Propositū vero perpetuo abstinendi a tali delectatione formaliter:si ergo absq; proposito voluntatis integritas mēbri corrumpat̃,vel contra voluntatē experiat̃ illam delectationē,carne officium suū faciente,non tollit̃ virtus virginitatis.si aūt resolutio seminis a volūtate procedat ēt sine concubitu,tollit̃ hæc virtus. Quia ergo vbi est materia habens spālem excellentiam,ibi inuenit̃ specialis rō virtutis,vnde magnificentia a liberalitate distinguit̃,& conseruare se īmunem ab experimento venereę voluptatis,habet quandam excellentiā supra hoc,quod est conseruare se īmunē ab inordinatione talis voluptatis,hinc est ꝙ virginitas est quædā spālis virtus,habens se ad castitatē,sicut magnificentia ad liberalitatē, si autē qs se abstinet a voluptatibus præter rōnem rectam,non agit secundū virtutem,& ideo oportet habere finem debitum,

bitum,& ad illum talem abstinentiam ordinare,hic autem maxime est contemplatio diuinorum,& quãuis nõ omnis virtuosus habeat virtutem virginitatis quantum ad materiale,habet tamen id,quod est formale.i.præparationem animi hanc integritatem seruandi:si hæc sibi competeret,vel competere possit:sicut etiam pauper habet magnificentiam,in præparatione animi. Connexio autem virtutum accipitur secũdum illud,quod in eis est formale:hoc est secundum prudentiam: non autem secundum id quod est in eis materiale.

13 *Temperantia habet partes potentiales.* 2. 2. q. 143. ar. 1.

Partes.n.potẽtiales alicuius virtutis principalis dicũtur virtutes secundariæ,quæ modum,quem principalis virtus obseruat circa aliquam principalem materiã,illæ obseruant in qbusdam alijs materijs, in quibus non est ita difficile. Modus autem temperantiæ est moderatio quædam circa delectationes tactus,quas difficillimũ est moderari:& ideo quæcunq; virtutes quandam moderationem important circa aliquã materiam, possunt poni partes temperantiæ,& sic continentia,quę motus volũtatis commotæ ex impetu concupiscentiæ refrenat ponitur pars eius:& similiter humilitas,q̃ refrenat spem & audaciam:& mansuetudo,quæ refrenat iram,seu clemẽtia,& modestia cum partibus eius,q̃ moderat̃ actus corporales:de quibus omnibus est dicendum immediate.

14 *Continentia non attingit ad perfectam rationem virtutis moralis.* 2. 2. q. 155. per totum.

Continẽtia.n.si proprie accipiat̃,non est illa, per quã aliquis ab oĩ delectatione venerea abstinet, sed per quã resistit concupiscentiis,quæ in eo vehementes existunt, habet ergo rõnem virtutis inquantum rõ firmatur contra passiones,ne ab eis deducatur. Non attingit aũt perfectam rationem eius,quæ consistit in hoc, vt appetitus sensitiuus ita subdatur rõni,vt in eo non insurgant ve- 4. eth c. & lec. vl. 7. eth. a pncipio vsq; ad c. 14. le. 11. s. t.

hementes passiones rationi cõtrariæ,& quamuis hoc nomen continentiæ possit attribui cuicunque materiæ, in qua est bonum se refrenare,tamen principaliter illi materiæ attribuitur,in qua difficillimum & optimum est se continere, & ideo continentia est proprie circa delectatiões venereas: & quia omnis virtus in aliquo subiecto existẽs facit illud differre a dispositione,quã habet,dum subiicitur opposito vitio: & cõcupiscẽtia eodem mõ se habet in cõtinente,& in incõtinente,& similiter ẽt ratio: quia vterq; habet rationem rectam,patet ꝙ continentia non est nec in cõcupiscibili,nec in ratione,sed in volũtate:quia prima differentia,per quam differt ab incontinẽtia est electio:eo quod cõtinens eligit nõ seq cõcupiscentias,q̃s eligit incõtinens,nõ obstãte cõtradictiõe rõnis. Quia ergo tẽperãtia plus habet de bono rõnis,& de rõne virtutis,q̃ cõtinentia,ideo est melior ea:& cõtinẽtia comparatur ad illam,sicut imperfectũ ad perfectum.

2.2.q. *Clementia & mansuetudo sunt diuersę virtutes.* 15

157.per Cum.n.ex passiõe iræ prouocetur animus ad inferendum grauem pœnam:ad clementiam pertinet directe ꝙ

to. 4.eth.c. sit diminutiua pœnarum:& ad mãsuetudinẽ ꝙ refrenet

12.lec. impetum iræ, & sic patet ꝙ & si hæ duæ virtutes cõcur-

13. rant in eundem effectum,tñ sunt differẽtes:inquantum

2. reth. ergo subiiciũt appetitum rõni rectę, virtutes dicũtur:in-

c.3. quãtũ vero sunt circa materiã,quæ facilius subditur rõni,q̃ materia concupiscentiæ,sic adiunguntur temperãtiæ,sicut secundariæ principali:cum qua in modo, non in materia conueniunt,& dicuntur aliquando maximæ virtutes,quia mansuetudo refrenat iram, quæ maxime impedit rõnem:& sic facit hominem compotem sui. Clementia vero in hoc,ꝙ diminuit pœnam,videtur maxime pertinere ad charitatem,per quã bona proximis operamur,& mala impedimus: sunt ergo potissimę virtutes secundum quid non autem simpliciter.

16 *Clementia ab epiiceia differt.* 2.2. vbi su. ar. 3. primũ.

Diminutio.n.pœnarum secundum intentionẽ legislatoris, non respiciẽdo verba legis, pertinet ad epiiceiam, sed moderatio affectus per quam homo nõ vtit̃ sua potestate in inflictione pœnarum propter aliqua cõsyderata particularia, decernens hominem non esse magis puniendum, pertinet ad clementiam.

17 *Seueritas non est contraria clementiæ.* 2.2. vt su. ar. 2. primũ.

Seueritas.n.est virtus, secundum quã homo est inflexibilis circa exteriorem inflictionem pœnarum, qñ hoc recta ratio requirit. Clementia autem diminuit pœnas secundum rectam rationem.f.quãdo & quomodo oportet. Cum ergo ambæ sint secundum rationem rectam, & non sint circa idem: patet ꝙ non sunt contrariæ. secundum.n.diuersas circunstantias oportet diuersimode operari secundum rationem: similiter nõ est contraria mansuetudini, quia mansuetudo est circa iras, seueritas vero respicit exteriorem inflictionem pænarum, & sic nõ sunt circa idem, & vtraq; est ẞm rationem certam.

18 *Modestia est virtus quæ moderatur non multum difficilia moderari in actionibus moderandis.* 2. 2. q. 160. perto.

Vbicunq;.n.est aliqua virtus specialiter circa aliquod maximum, oportet esse aliam virtutẽ circa ea, q̃ mediocriter se habẽt, eo ꝙ oportet quãtum ad omnia vitã hominis secundum virtutẽ esse regulatam: quia ergo tẽperãtia est circa ea, in q̃bus difficillimũ est moderari, oportet ꝙ sit alia virtus circa alia mediocria, in q̃bus nõ est ita difficile moderari, & hæc vocat̃ modestia, q̃ est annexa tẽperãtiæ, & q̃a quoddã spãle bonũ cõsyderatur in moderatione pœnarum, ideo mansuetudo & clementia fuerunt subtractæ a modestia, & sic modestia erit circa oĩa, quæ relinquuntur moderanda a temperantia, & clementia, & mansuetudine, vt sunt motus animi ad excellẽtiã, vel desideriũ cognitionis, & exteriores motus corpis, &

exterior apparatus,& quauis modus obseruetur in qua-libet virtute,tamen appropriatur hoc nomen isti virtuti:quia in rebus minimis versatur, quasi solum habens nomen commune absq; alia excellentia.

2. 2. q. 161. q̃si p totū. *Humilitas est modestia, quæ refrenat animum ne immoderate tendat in excelsa.* 19

Circa appetitū.n.boni ardui necessaria est duplex virtus. Vna,quę refrenat animum ne immoderate tēdat ad excelsa,& hæc est humilitas. Alia vero,q̃ impellat ipsum ad prosecutionem magnorum secundum rōnem rectā, & hæc est magnanimitas. Cognitio ergo ꝓprii defectus pertinet ad humilitatem,sicut regula quædam directiua appetitus, sed in ipso appetitu consistit humilitas essentialiter,& ideo quilibet homo consyderans ptopriū defectum in se,& id,quod est donum dei in altero,se debet alteri subiicere, quamuis absque præiudicio humilitatis possit se alteri præferre, si consyderet,donum dei in se esse maius q̃; donum dei in altero & multo magis si cōparet donū dei in se ad defectum alterius qui est in illo. Quia autem humilitas facit hominem subiectum vniuersaliter quantum ad omnia ordinationi rationis & iustitiæ:& aliæ virtutes solum quantum ad aliquā specialē materiam:iccirco post iustitiam dicitur potissima virtutum. Remouet.n.prohibēs omnem subiectionem,ꝙ est superbia:& quia,vt dictum est,habet refrenare appetitū, est pars temperantiæ contenta sub modestia.

2. 2. q. 166. per totum. *Studiositas est virtus,quę refrenat animum,ne immoderate in rerum cognitionem tendat.* 20

Studium.n.importat vehementem applicationē mentis ad aliquid,mens autem non applicatur ad aliquid nisi cognoscendo aliquid,vnde per prius mens applicatur ad cognitionem,q̃; ad ea,in quibus per cognitionem dirigitur,virtutes autem,proprie sibi attribuunt illam materiam:circa quā primo & principaliter sunt:& ideo stu-

diositas proprie est circa cognitionem. quia enim homo naturaliter desyderat scire & cognoscere: virtus studiositatis facit hominem habere appetitum rectum applicādi vim cognoscitiuam sic vel aliter ad hoc vel ad illud: vnde essentialiter habet refrenare immoderatum appetitum circa cognitionem: quamuis etiam laus eius consistat in vehementia intentionis ad scientiam perdiscendam, ne timeat labores, a qua etiam vehementia nominatur, & quia primum est sibi essentialius, ideo ratione illius ponitur pars temperantiæ contenta sub modestia.

21 *Ornatus & bona habitudo seu ordinatio sunt virtutes circa motus corporis exteriores.* 2. 2. q. 168. ar. 1.

Decor. n. honestatis pertinet ad virtutem. Compositio autem in exterioribus motibus pertinet ad decorem honestatis, sunt. n. per rationem ordinabiles, cū ad imperium rationis exteriora membra moueantur. Possunt ergo ordinari recte secundum conuenientiam personæ. & circa hoc est virtus, quæ dici potest ornatus, vel secundum conuenientiam ad exteriores personas & negocia, seu loca: & circa hoc est virtus, quæ dici potest bona habitudo, seu bona ordinatio, ornatus autem potest reduci ad virtutem, quæ dicitur veritas, inquantum exteriores motus sunt signa interioris dispositionis, & bona habitudo ad amicitiam seu affabilitatem: inquantum tales motus ordinantur ad alterum.

22 *Eutrapelia seu iucunditas est virtus circa ludos.* vbi su. ar. 2. 3. 4

Sicut. n. homo indiget corporali qete ad corporis refocillationem, ita etiam & quiete spirituali indiget ad refocillationem animi, eo ꝙ habet virtutem finitam, & laborat anima tam in speculatiuis q̄ in practicis, quando intenta est operibus ratiōis, & ideo indiget remedio per aliquam delectationem intermissa intentione rationis, hoc autem fit per ludum. & quia potest aliquis excedere in ludo vel etiam esse remissus nimis, oportet aliquam 4. eth. c. 15. lec. 16. s. t.

virtutem esse, quæ modum in ludo ponat, vt scilicet nõ quæratur in rebus vel operibus, in verbis aut vocibus turpibus: & ne totaliter soluat grauitatẽ animæ, & quod conueniat personæ, tempori & loco, & fiat secundũ alias debitas circunstantias, hæc autem virtus dicitur eutrapelia, seu iucunditas, seu bona conuersatio, & reducitur ad temperantiam & modestiam.

2.2.q. 169.ar. 1. *Humilitas per se sufficientia & simplicitas sunt virtutes circa exteriorem apparatum.* 23

Potest enim esse vitium in exteriori apparatu, & maxime in ornatu vestium, vno modo per comparationem ad consuetudinem hominum, cum quibus homo conuiuit, quia non facit secundum consuetudinem: alio modo propter immoderatum affectum, vtputa, quia per hunc ornatum quærit gloriam hominum, vel quærit delitias: vel quia nimiam solicitudinem apponit: vel etiã per negligentiam cultus: per quem etiam aliquando homo quærit inanem gloriam: humilitas ergo excludit intentionem gloriæ: & per se sufficientia intentionem delitiarum: & simplicitas nimiam solicitudinem. oportet enim in omnibus tenere medium, & conformari moribus bonis aliorum. De temperãtia ergo, & virtutibus ei annexis, denique de omnibus virtutibus moralibus hæc breuiter dicta sint.

Explicit liber octauus de temperantia.

Postilla in librum octauum.

Vltima virtutum cardinalium seu principalium est temperantia, ideo determinat auctor de illa post alias, determinat inquam de illa secundum se, & de partibus eius, tam integralibus quàm subiectiuis & potentialibus, sic

enim perfecte determinatur de illa. Quo ad ipsam vir/ tutem temperantiæ primo declaratur natura siue sub/ stantia eius in prima conclusione, quia habet quandam regulam declaratur. secundo vnde sumatur eius regu/ la in secunda. tertio comparatur ad alias virtutes vt me/ lius innotescat in tertia. Quo ad partes integrales quæ sunt primę inter alias primo assignantur ei due in quar/ ta: scilicet verecundia & honestas: secūdo declaratur pri/ ma earum in quinta: & tertio secunda in sexta. Quo ad partes subiectiuas quæ sequuntur integrales: primo assi gnantur ei in communi tales partes in septima: secundo declarantur in speciali singulę: scilicet abstinentia in octa ua: sobrietas in nona: castitas in decima: cui additur pudi citia tanq̃ ad illam pertinens quā declarat in vndecima, & demum virginitas in duodecima: hæ omnes sunt par tes subiectiuæ temperantiæ. Quo ad partes potentiales, primo assignantur ei in communi vt dictum est de par/ tibus supradictis in tertiadecima: secundo explicantur in speciali singula & declarantur singulis conclusionibus. primo quidem continentia in quartadecima. secūdo cle/ mentia & mansuetudo simul in quintadecima: propter conuenientiam earum, quarum prima comparatur seue ritati in sextadecima, & epiiceię in decimaseptima, vt ma gis innotescat. tertio modestia in decimaoctaua: & quia habet plures species declarantur consequenter. prima est humilitas interior quę declaratur in decimanona. secun da est studiositas quę declaratur in vigesima, nam & ipsa respicit interiorem animum. tertia & quarta sunt orna/ tus & bona habitudo q̃ respiciunt exteriores actus cor/ poris licet diuersimode, & declarant̄ simul in vigesima/ prima. qnta est Eutrapelia, quæ declaratur in vigesima/ secunda, & hæc respicit ludos, sexta est modestia in exte riori apparatu, quæ plura cōcernit, & declaratur quo ad omnia in vigesimatertia.

INCIPIT LIBER NONVS DE OECONOMICA.

1. poli. c. 1. lec. 1.s.t. *Omo est animal sociale.* 1

Homo.n.non est sibi soli sufficiens ad omnia, quae pertinent ad necessitatem humanae vitae, nam cum natura caeteris animalibus prouiderit in necessariis ad vitam ministrando eis cibum:& pilos prębendo ad defensionem a frigore:& cornua ad pugnandum:& caetera huiusmodi necessaria:homini solum dedit rationem, per quam potest sibi haec, officio manuum praeparare. Ad haec autem omnia pręparanda vnus homo non sufficit. Praeterea natura dedit caeteris animalibus instinctum naturalem ad cognoscendum vtilia & nociua:vnde ex instinctu naturae ouis fugit lupum,& quaedam animalia cognoscunt herbas medicinales:homini autem dedit lumen rationis, per quod possit sibi talem cognitionem acquirere, vnus autem homo non sufficit ad haec omnia cognoscenda,& maxime particularia, quae sunt minus certa, q̃ vniuersalia, oportet igitur simul conuiuere, vt vnus homo adiuuetur in his ab alio, huius autem signum est ipsa loquela homini attributa, per quam potest alter alteri cõcẽptũ suũ exprimere distincte & particulariter frustra aũt eẽt, si hoĩes non simul cõuiuerent:& ideo ille hõ, q est solitarius, aut deus est.i.valde deo cõiunctus,& per cõsequẽs sibi sufficiẽs,& plus q̃ hõ:aut bestia, q cũ nõ sibi sufficiat, nõ habitaret solus, nisi in eo facta esset aliq̃ corruptio eoꝝ, q̃ ad nãm hũanã ptinẽt:& maxĩe corruptio cognitiõis nãlis.

1. poli. c.1. *Prima societas est combinatio maris & fęminę.* 2

1. oeco. Haec.n.societas est homini a natura,& nõ ex electio-

rie. Nam nõ competit homini inquantum homo sic coniungi, sed competit ei secundum rationem, communem sibi & aliis animalibus ac etiam plantis immo omnibus rebus quibus est communis appetitus generandi propter conseruationem speciei: & sine ista aliæ societates eẽ non possunt. nisi enim esset generatio hominum, nulla societas vel communitas fieri posset: hæc ergo est prima societas.

3 *Secunda societas est combinatio domini & serui.* 1. poli. vbi su.

Natura.n. non solum præparat necessaria ad generationem, sed etiam necessaria ad conseruationem & salutem generatorum. Prima ergo combinatio est propter generationem. Secunda vero propter salutem, quæ est combinatio domini & serui, sine qua prima bene esse non potest.

4 *Tertia societas est combinatio parentum & filiorum.* 1. poli. c. 2. lec. 2. s. t.

Præparatis enim omnibus, quæ ad generationẽ pertinent, nihil aliud restat nisi, vt generatio fiat, & sic post combinationem domini & serui sequitur combinatio parentum & filiorum, qui relinquuntur possessores seu hæredes parentum.

5 *Combinatio domini & serui est naturalis.* 1. poli. c. 3. lec. 3. s. t.

Naturaliter enim vigẽtes intellectu sunt aliorum domini, qui deficiunt intellectu. Cuius signum est, quia videmus ꝙ natura, corpora robustiora tribuit deficientibus intellectu, quasi iis, qui debeant seruire, & vigentibus intellectu dat corpora delicata, quasi iis, qui debent imperare. Quando ergo plura ordinantur ad vnũ, oportet vnum illorum esse regulans & alia regulata, sicut videmus in membris corporis, in quibus cor est mouens: & in animalibus anima est regẽs corpus, & ideo naturaliter oportet vnum hominem alium regere, & ab alio regulari, vt sibi inuicem auxilium præstent, vnde domini non possunt esse sine seruis competenter, nec econuer

so, quia isti non regularentur: & illi non possent omnia sibi necessaria præparare.

1. poli. c. 4. lec. 4. s. t. *Seruitus a legibus introducta, est iusta secundū quid.* 6

Secundum leges enim constituitur, q̄ capti in bello sint serui capientium: hoc autem non est iustum secundum suam naturam, quia potest contingere sapientem a stulto capi. Est autem iustum ex commodo boni communis, cui expedit vt homines fortiter pugnent, aliter peruersi homines multiplicarentur: vt ergo fortius pugnent, constituitur, vt si qui capiunt aliquos eis pro seruis vtantur: vnde etiam sapientes debent hanc legem seruare, & seruire eis, a quibus capiuntur, quia bonum cōe non est infringendum propter bonū proprium.

1. poli. c. 1. lec. 2. s. t. *Domus est communitas naturalis.* 7

Illud.n. quod ex partibus naturalibus cōstituitur est naturale. Sed domus ex illis supra enumeratis combinationibus naturalibus tanq̄ ex partibus constituitur, est ergo communitas naturalis.

1. poli. c. 4. lec. 5. s. t. *In domo vir vnus debet principari.* 8

Expedit enim in iis, quæ ex pluribus constituuntur vnum esse regulās & alia regulata, quia cum omnia particularia secūdum se tendant ad bonum particulare, bonum commune seruari non poterit, nisi aliquis ipsum respiciat & ordinet omnia ad bonum commune, & ideo sicut expedit homini, vt reguletur a ratione, ita inferioribus in domo expedit, vt a superiori regulentur: idest ab eo, qui maxime viget intellectu. Hic autem est vir, nam vir magis intellectu viget q̄ fœmina: & pater filiis tanquam senior: & dominus seruis tanquam regulans, possessiōes autem etiam seruis subiiciuntur, sicut res inanimatæ & irrationales homini.

1. poli. c. 4. lec. 5. *Differenter vir principatur in domo.* 9

ité. lec. 10. s. t. Mulieri.n. principatur politico principatu, quia non habet plenam potestatem super vxorem quātum ad oia,

sed secundum quod exigit lex matrimonii,& est princi/
patus similis,quando aliquis eligitur in rectorem ciuita
tis:qui non habet potestatem plenariam, sed solum se/
cundum ꝙ exigunt statuta: vnde non debet vti cōiuge,
vt seruo,quia etiam natura nō determinat vnum instru
mentum singulare nisi ad vnam operationem,vt oculū
ad videndum,& aurem ad audiendū,& sic de aliis,super
filios aūt principatur regali principatu,quia habet plenā
potestatemsuper eos:sic tñ quasi super liberos:sicut rex
principatur ciuibus tanꝙ liberis super seruos aūt princi
patu despotico,qa super eos habet plenissimam potesta/
tem,tanꝙ super eos qui non sunt liberi.

10 Hi *principatus sunt naturales.* 1. poli.

In natura.n.semper illud,quod est principalius prin/ c. 3. lec.
cipatur sicut in homine ratio,& in membris cor. In do/ 3.s.t.
mo autem vir est principalior fœmina,& filiis & seruis:
& magis viget intellectu, vt dictum est, vnde tales prin/
cipatus sunt naturales, omne.n.imperfectū naturaliter
regulatur a perfecto:& ideo nō variantur sicut in ciuita/
te,in qua aliquādo ille,qui principabatur principatu po
litico,efficit̃ postea subditus, vnde principatus,quo vir
principat̃ mulieri differt a politico, qa politicus variat̃
multū in nominibus,sermonibus & honoribus,scōm ꝙ
ille,qui prius erat subditus fit dñs & ecōuerso,quod nō
contingit in principatu viri respectu mulieris.

11 I*n principatu isto debet esse ordo pręcipuus.* 1. poli.

Oportet.n.quod respiciat primo finem totius familię c.8. lec.
& totius domus,qui maxime est beatitudo,& bonum ci 10.s.t.
uitatis,& ordo & pax familiæ,& ideo primo debet intē/
dere ad regimen hominū ꝗ̄ possessionum & iumētorū:
& debet magis vacare gubernatiōi liberorum,ꝗ̄ seruo/
rūm propter cōe bonū ciuitatis, ad quam domus ordi/
natur tanꝙ pars ad totum: & super omnia debet magis
procurare,vt bene viuant,ꝗ̄ vt habeant diuitias.

Vbi su. *Virtus debet esse tam in principante, quā in subdito.* 12

Bene,n.principari & bene subijci non est paruæ virtutis. Virum.n.(ait Bias) principatus ostēdit. vnde nullus poterit bene principari sine virtute. nec aliquis bene subijci sine virtute humilitatis cū cæteris adiunctis.

Vbi su. *Virtutes principantis & subditorum non sunt eiusdē rationis.* 13

Oportet.n.in principante esse prudentiā, & rationem esse bene cōsiliatiuā & perfecte, sed seruus inquantū huiusmodi nō debet consiliari de suis actibus, quia non cōsiliamur nisi de ijs, quæ sunt in potestate nostra. Mulier aūt propter mobilitatem & debilitatē suæ naturæ nō habet validum consilium. & si aliquādo bonū habeat consilium, cito recedit ab eo. Pueri aūt imperfectum habent pp imperfectum vsum rationis. Non.n.in iuuenibus est prudentia pp inexperientiā. Ex parte aūt appetitus oportet patrem familias habere virtutē fortitudinis ad principandū, vt non prætermittat hoc bonū pp aliquem timorē. subditi debent fortitudinez habere ad ministrandum vt ab hoc nō recedant pp timorem, singuli secūdū gradū suum. Ad mulierez quoque pertinet ornatus, honestas, taciturnitas, verecundia. Ad filios autez quod nō regantur suo sensu, sed obediant pædagogo, qui adhuc subijcitur alteri. Et seruus debet disponere actus secūdū imperium domini sui. Et sic discurrendo per omnes virtutes inuenies quod non sunt eiusdem rationis virtutes principantis cum virtutibus subditorum. In principante.n.sunt principatiuę, in subdictis aūt ministratiuę.

1. poli. c.2. lec. 2.s.t. *Seruus est organum animatum actiuum separatum alterius homo existens.* 14

Illa enim quæ sunt in domo ad vsum familiæ organa vocamus & instrumenta non quidem factiua inquātum sunt domus, quia inquantum huiusmodi nō sunt

facta ad operandum in exteriorem materiam quod ratio factionis exigit. sed actiua hoc est ad vsum solum. seruus igitur, qui ordinatur ad vsum domini est instrumentum animatum, qui est super alia instrumenta domus, siue sint animata, vt iumenta siue inanimata, vt sunt cætera, quæ sunt in domo. ipse.n. vtitur eis, & mouet ea. est autem actiuum instrumentum hoc est ad vsum domini. separatum dicitur ad differentiam manus, & aliorum membrorum. quæ sunt organa animata coniuncta. homo dicitur ad differentiam iumentorum, alterius: ad differentiam liberorum.

15 *Optimum genus seruorum ad opus faciendum est quod neque timidum est, neque nimis ferox.* 1.œco.

In vtroque.n. horum genere peccatum est. nam nimis timidi non ferunt laborem, & ferocibus non commode imperatur, vtrumque tamen est necessarium in domo. s. & quod seruus labores ferat in operando, & quod principans libere possit ei imperare ad seruitia peragenda. vtile tamen est eis libertatem proponere: libenter.n. labores subibunt, si propositum premium conspexerint. 1.œco.

16 *Opus cibus & castigatio sunt necessaria seruis.*

Cibus.n. sine castigatione & opere reddit seruum petulantem. opus autem & castigatio sine cibo violenta res est. & infirmum facit seruum. Restat ergo vt opus faciendum illi tribuat: & cibum sufficientem. quoniam sine mercede laborandum, non putant. merces autem serui cibus est. Castigationem quoque cum oportet, addere verbo & opere debet, sic tamen, vt cum expedit & indulgere & permittere singula secundum merita sciat, & liberalioribus honorem impendere.

17 *Distinctæ sunt curæ viri & vxoris in domo.* 1.œco.

Et primo quidem, quo ad prolem, quia alterius est educare, & alterius erudire. vxoris quidem educare, viri autem erudire. quo ad res vero debet vir intendere exterioribus

mulier aũt, si tamẽ proba sit, dominari oĩbus, quæ sunt intus: curãq; habere eorũ: sic tamẽ vt nõ permittat quẽquam ingredi sine præcepto viri. Et debet vterq; inspicere diligenter negocia & maxime vir, cuius est principalior cura domus. verũ hoc faciendũ est in exilioribus q̃dem administrationibus raro: in grãdioribus aũt, quorum cura alijs cõmittit̃ sæpe, nisi. n. in huiusmodi diligentia bonum de se exemplum præbuerit, nõ existimet habere imitationẽ diligentiæ, nec in re familiari, nec in alijs, quoniã impossibile est non diligentis domini diligentes esse vicarios. vnde prius expergisci decet dominũ quam seruũ, & cubitum ire posterius: nec vnquam incustoditam relinquere domum, quemadmodũ nec vrbem decet esse incustoditam, nec de die, nec de nocte: & debet surgere ante lucem: quod & ad sanitatem & ad curam rei familiaris & ad philosophiam quãplurimũ prodest. scire aũt omnia, quæ intra ædes fiunt, quorum curam habet mulier, est indecens viro: non tamẽ est ita turpe ei quicquã facere eorũ, quæ domi sunt, sicut mulieri, quæ sunt foris perquirere.

1. œco. *Viri ad vxorem debet iniuria cessare.*

1. œco. Si enim cessabit, nec ipse iniuriam patietur. Et quia iniuria viri est externarum mulierũ copula, ideo ab hoc debet summe cauere, maximus namq; honor est sobriæ mulieri si cernat virum suum obseruantem sibi castitatem, nec de vlla muliere magis cogitantem, sed præ cæteris omnibus hanc tanquam suam & fidam sibi existimantẽ: tanto enim magis studebit mulier se talem præstare, quanto se cognouerit fideliter ac iuste a viro diligi. appropinquandum tamen est vxori cum magna temperantia & modestia: debetq; esse pudor in verbis: in operibus vero fas atque honestas: in conuersatione aũt fides & moderatio.

2. œco. *Nihil p̃termittendũ est viro, quod ad vxoris ptineat* 19

disciplinā, vt quantū fieri pōt optima filios generet.

Nam agricola quidem nihil omittit facere, quo semē in optima terra & maxime exculta serat, sperās inde fructus optimos recepturum. Si ergo tanta adhibetᷣ cura ꝑ corporis esca, quid pro liberis & matre educatrice est agendum? Quid.n. sanctius viro esse pōt, aut circa quæ magis vir sanæ mentis studere debet quam ex optima laudatissimaq; muliere filios procreare, senectutis suæ quasi optimos pastores, patris & matris reuerentes custodes: ac totius domus seruatores? hoc etiā solo conditio mortalis hominum per successionē, sempiternitatē, cōsequitur, omniaq; parentum vota huc tendunt.

Mulier debet virum suum diligere timere, in honore Vbi su.
20 *habere, & illi obedire.*

Diligere quidem & timere cum verecundia, & pudore, hoc.n. ingenuæ mulieris est erga proprium viruꝫ. honorare vero, vt nullo modo contemnat, & si quid ꝑturbatione animi deliquerit, non debet illud mulier memoriter tenere: sed ægritudini, ignorantiæq; ascribere. debet.n. eum superiorem recognōscere. superiori autem debetur honor. & eadem ratione debet illi obedire. licet enim de ijs, quæ sunt intus habeat ipsa disponere vt dictum est supra: in cæteris tamē parere viro debet, nec sine eo aliquid tractare de ijs, quæ ad connubia spectare videntur: sed cum tempus poscit filias nuptui tradere, aut nurū accipere, in his penitus obediat viro: sicq; vna cum illo deliberet, vt scientiam viri sequatur, existimās mores viri sui esse legem vitę suę. impositam sibi a Deo per legem matrimonij. si quid tamen turpiter imperat: ab huiusmodi cauere debet. in aliis vero magis obtemperare, quā si empta venisset in domū, magno.n. pretio empta fuit, societate scilicet vitæ, & procreatione liberorū, debet aūt non solum in prosperis, sed ēt in aduersis vnanimem se præstare viro & inseruire velle Et si sit in

rebus defectus vel ægrotatio, vel alienatio mētis, æquo ferat animo, & obsequatur, nisi sit aliquid turpe & indignū. prosperitatis. n. facile est reperire participes, aduersitatis vero nisi sint optimi, participes esse renuunt.

vbi su. *Inter virum & mulierem debet vigere concordia.* 21

Cum enim hoc contingit, inimici eorum angūtur plurimum: amici vero lætantur, hanc autem concordiam debent habere præcipue in gubernatione filiorum, vt secundum virtutem educantur. Quibus & bonum exemplum vitæ præstare debent. Si enim secus egerint, relinquunt eis excusationis causam euidentem, timendumq; est ne contempti a filiis, quasi non bene vixerint in senectute deserantur, debent & concorditer omnem curam parentibus exhibere vir quidem parentibus vxoris, nō minus q̄; propriis: vxor autem viri: deinde amicorum rerum, & totius domus tanquam communis, curam habeant: seipsos studio ac diligentia superare certantes: vt quisque sit author multorum bonorum & causa, meliorq; existat.

1. poli. c. 5. lec. 5 itē. c. 6. &. 7. & lec. 6. & 7. s. t. *In domo oportet esse despoticam, possessiuam, pecuniatiuam, & œconomicam.* 22

Necesse est enim principantem habere scientiam & dispositionem ad dominandum seruis, quæ pertinent ad despoticam, quia regulans debet vigere intellectu, vt dictum est, & quia domus non potest esse sine necessariis ad vitam, quæ maxime habentur ex possessiōibus recte gubernatis, & ét ex acquisitione pecuniarū: ideo necesse est in domo esse artē possessiuā & pecuniatiuā. Qm̄ aūt ea, q̄ sunt ad vitam necessaria nisi recte & ordinate secundum gradum vniuscuiusq; dispensentur, generabit̄ confusio in domo: ideo necesse est ibi esse œconomicam, q̄ est ars bene dispensandi.

1. pol. 5. q̄si p totū. & lec. 5. s. t. *Despotica non est scientia.* 23

Non enim sufficit ad hoc quod aliquis despoticus sit, φ habeat

ꝙ habeat ſcientiam recte gubernādi ſeruos: ſed oportet etiam ꝙ ita ſit diſpoſitus a natura vel a lege, vnde deſpotica eſt diſpoſitio ſecundum naturam, vel legem, qua aliquis eſt diſpoſitus ad dominandum ſeruis, nō eſt ergo ſcientia, ſed ſcientiam prǽſupponit.

24 *Poſſeſſiua eſt naturalis.* 1. poli. c.6. itē cap. 8.& lec. 6. & .8. s.t.

Poſſeſſiua.n.eſt ars acquiſitiua cibi; videmus autem ꝙ natura omnibus animalibus præparauit cibos, etiam in prima eorum generatione. Si ergo brutis animalibus in hoc prouidit, multo magis homini, vnde fructus terræ, & carnes quorūdam animalium terreſtriū, & aquaticorum præparauit natura ad cibum hominis. ſed magis naturalis cibus ſunt fructus terræ, qui ad animalia ordinantur, vnde ars poſſeſſiua eſt magis naturalis q̄ piſcatoria vel venatoria. hæ enim a naturali aliqualiter recedunt tanq̄ talis cibus ſit minus nobis a natura paratus ſed magis ab arte. Terra autem videtur nobis ſponte cibum afferre.

25 *Poſſeſſiua non eſt infinita.* vbi ſu.

Non enim vult in infinitum acquirere cum ſit acquiſitiua diuitiarum, quæ ſubueniunt neceſſitati naturǽ: ſed finita eſt quia neceſſaria naturæ ſunt finita, cum natura ſit paucis & minimis contenta: item cum ſit naturalis & natura non tendat ad infinitum, patet ꝙ non eſt infinita, vnde etiam nullius artis inſtrumēta ſunt infinita, nec ſecundūm multitudinem, nec ſecundum quātitatem cōtinuam.

Pecuniatiua non eſt naturalis.

26 Pecuniatiua enim eſt ars ad inueniendum multitudinem pecuniarum, pecunia aūt eſt inuenta propter commutationes. Nam cum homines prius commutarēt res pro rebus vt vinum pro grano & neceſſe eſſet aliquādo res aliquas neceſſarias a partibus longinquis deferri, eſſetq; nimis laborioſum res transferre, ad commuta- 1. poli. c. 6. le.7 itē. c.7. lec. 8. s.t.

tiones faciendas, cœperunt pro rebus metalla deferre, deinde a lege figurata sunt, & instituta vt essent tanti vel tanti valoris, videntes autem homines q ex translatione pecuniarum ad diuersas partes lucrabatur, eo q plus valebant in vna regione q̃; in altera, cœperunt ab auaritia ducti ex pecuniis velle lucrari: patet ergo q tale lucrum non est naturale, nec secundum legem, quæ inuenit pecuniam propter commutationes faciendas, & non propter lucra, vnde vsura maxime est præter naturam, & contra legem naturalem, quæ consistit in æqualitate. Lucrum ergo pecuniæ, siue ars ad cumulandum pecuniam necessariam in domo, non est a natura, quasi naturale lucrum vel fructum præbeant, sed a ratione & lege propter commoditatem hominum, & opportunas commutationes faciendas.

vbi su. *Pecuniatiua ordinatur ad possessiuam.* 27.

Possessiua enim vt dictum est, quærit cibum & diuitias naturales, & pecuniatiua diuitias artificiales. Sicut ergo diuitiæ artificiales sunt ordinatæ ad naturales, ita & pecuniatiua ad possessiuam: vnde sicut possessiua est finita, vt dictum est supra, ita & pecuniatiua finita esse debet.

1. poli. *Pecuniatiua inordinata est infinita.* 28

c. 7. lec. Inordinatam ipsam dico quando non ordinat pecuniarum acquisitionem ad diuitias naturales habendas,

8.s.t. tanquam ad proximum finem, infinitam vero, qa quærit pecunias absque vllo termino. si enim esset ordinata, tot quæreret pecunias, quot sufficerent ad diuitias naturales habendas, quarum acquisitio finem habet vt dictum est. Sed quando ponit finem in pecunia, propter se amat pecuniam: & quia finis & illud quod, propter se quæritur quanto semper est maius, tanto etiam semper plus amatur & plus quæritur vsque in infinitum, eo q amor finis modum nõ habet, hinc est q pecuniatiua inordinata quærit pecunias absque vllo termino, quia cre

ſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit. Vnde pecuniatiua ordinata eſt laudabilis, vt pote ad bonum finē ordinata, inordinata vero vituperabilis, vtpote ponens finem in pecunia.

29 *Pecuniatiua inordinata eſt maxime nociua cōitati.* 1. poli. vbi ſu.

Primo enim nocet domui, tum quia pecuniatiua inordinata ſolum vacat acquiſitioni pecuniæ tanq̄ fini, & nō curat de bona vita in ſe nec in ſibi ſubiectis, vnde contingit vt non bene viuant in domo, ſed ſecundum prauos appetitus, tum quia introducit ſpēs malas pecuniatiuarū in domo: vt vſuram, vel alias hmōi ſpecies, nā pecunia debet acquiri per cōmutationem rerum, ſicut ad hoc inuenta eſt, & in hoc ēt tāgitur bonum cōe ciuitatis, quod multo magis deſtruit, quia inducit abuſionem officiorū & artium in ciuitate propter amorem pecuniæ, itaq; patet ꝙ pecuniatiua inordinata, eſt valde nociua.

30 *Oeconomica debet eſſe ordinata.* ex locis vbi ſu.

Hęc.n.eſt ars diſpenſandi pecuniā & alias diuitias, nō oportet aūt æqualiter oībus diſpēſare, ſed proportiōaliter, vt dictū eſt ſupra de iuſtitia diſtributiua, vñ ordo domus oſtēdit ſapientiā gubernatoris: qa ſapientis eſt ordinare. quatuor igit̄ debet habere paterfamilias circa diuitias. ſ. illas q̄rere, q̄ſita tueri, illis ornari & frui, ac eas bene diſpēſare primū quidē, qa ſunt neceſſariæ ad ſuſtētationē vitæ, tā ſui q̄; ſuorū. ſcd̄m eadem rōne, qa nihil ꝓdeſt illas acquirere niſi cōſeruētur, tertiū qa huius rei gratia expedit illas habere & ad hoc ſunt vtiles & ordinatę, ornatur aūt illis & fruitur ſi ſumptus opportune cū decore faciat, ſi ea q̄ ꝑtinēt ad cōmoditatē ſuā inde ſumpſerit, illarūq; dn̄s non ſeruus exiſtēs in ſuū ſeruitium verterit. quartū aūt oportet habere ratione dicta, & hæc de œconomica breuiter dicta ſufficiant.

Explicit liber nonus de œconomica.

Postilla in librum nonum.

Post regimē sui ad quod hactenus dicta in libris superioribus spectant sequitur de gubernatione domus q̄ oeconomica dicitur de qua quatuor principaliter determinātur, primo declaratur fundamentū & radix vnde oritur societas domus in. 1. conclusiōe, orit̄. n. ex hoc ꝙ homo est animal sociale quod ibi declaratur: secūdo agitur de ipsa domo, & incipit auctor a partibus eius quę sunt tres combinationes ex quibus integratur domus, de quibus agit in secunda: tertia: & quarta: partes enim huiusmodi sunt priores toto, & quia poterat esse dubium de combinatiōe serui & domini an sit naturalis sicut sunt reliquæ due, id declarat in quinta: addēs in sexta: quomodo seruitus est etiam introducta a legibus & qualis sit talis seruitus: demum in septima: determinat de communitate domus quæ ex combinationibus dictis constituitur. tertio agitur de principatu domus de quo multa dicuntur. primo determinatur de principāte principali qui est vir, quomodo: scilicet in domo requiritur talis principantis vnitas in octaua: quomō diuersis diuersimode debet principari in nona: quales sunt hi principatus in decima: quo ordine debent procedere, in vndecima, & quia principatus non potest esse sine virtute & principantis & subditi id declaratur in duodecima: & tertiadecima. secundo determinatur de subdito: scilicet de seruo, de quo declaratur quid sit in quartadecima: qualis debet esse: in quintadecima: & quæ sunt illi necessaria in sextadecima: tertio determinatur de principante secundario, scilicet de muliere siue vxore, nā & ipsa aliquomodo principatur vnde declaratur primo differētia curę vtriusq; in domo in decimaseptima: secundo quomodo vir se debet habere ad illam & quo ad fidelitatem thori in decimaoctaua: & quo ad prouisionem necessariorum in decimanona: tertio quomodo se debet habere vxor ad virum in vige

sima: & demum quid potissimum debet eē inter illos vt pacifice viuant & digne gubernent domum in vigesima-prima. Vltimo agitur de requisitis ad domum iam constitutam, & primo enumerantur in cōclusione vigesima-secunda: secundo sigillatim determinantur, despotica in vigesimatertia: possessiua in vigesimaquarta: vigesima-quinta: pecuniatiua: in vigesimasexta: vigesimaseptima: vigesimaoctaua: vigesimanona, œconomica vero in trigesima.

INCIPIT LIBER DECIMVS ET VLTIMVS DE POLITIA ET REGNO.

1 *Iuitas est communitas ex pluribus vicis constituta.* 1. poli. c. 2. lec. 1. S. t.

Vicus enī ex pluribus domibus fit, nam ex multiplicatione prolis cū non possent domestici in vna domo pariter habitare, diuisi sunt p diuersas domos, & sic factus est vicus: sicut ergo domus ex pluribus combinatiōibus constituta est, & vicus ex pluribus domibus, ita & ex pluribus vicis est constituta ciuitas.

2 *Ciuitas est communitas naturalis.* vbi su.

Est enim finis communitatum naturalium: nam domus ex cōbinationibus naturalibus constituitur: & ideo est cōmunitas naturalis: & similiter vicus, qui ex domibus fit: quia quod ex omnibus partibus naturalibus cōponitur, naturaliter ad ipsum ordinatis, est naturale. Finis autem rerum naturalium est natura ipsarū, eo ꝙ natura est illud, quod conuenit rei, quando est generatio

perfecta, quod quidē est finis omniū q̄ sunt ante generationē ipsius: qa ergo oēs aliæ combinatiōes & cōitates ordinantur ad ciuitatem tanq̄ ad finem, & sunt naturales, ideo ciuitas est cōmunitas naturalis ex naturalibus communitatibus generata.

vbi su. *Ciuitas est communitas perfecta.* 3

Quia enim dictum est hominem esse aīal sociale propter necessitatē huius vitę, eo ꝙ vnus homo nō sufficit sibiipsi: ideo cōitas inuenta est propter necessitatē vitæ præsentis: domus aūt vna non sufficit sibi in omnibus: & similiter nec vicus vnus, q̄n ergo ex pluribus vicis fit cōitas. q̄ sibi in omnibus sufficit, illa cōitas est perfecta, talis autem cōitas est ciuitas: quia de rōne ciuitatis est ꝙ in ea inueniantur oēs artes, & omnia alia, quæ sunt necessaria ad vitā humanam, nam propter hoc ordinata est propter quod ciuitas est perfecta communitas.

vbi su. *Ciuitas inuenta est non solum vt homines viuant, sed* 4
3. poli. *etiam vt bene viuant.*
c.6.le.7. Omnis.n.homo sicut rōne agens, operatur gratia ali
itē. c. 5. cuius boni & finis. Cū ergo homo fecerit cōitatem ciuita
le.5. 5.t. tis certum est, ꝙ eam instituit gratia alicuius boni, hoc autem bonum est bonum hominis inquantū homo, viuere aūt competit omnibus animātibus: bene aūt & beate viuere homini soli inter animalia. Ciuitas ergo maxime instituta est, vt homines bene viuant.

1. poli. *Qui communitatem ciuitatis inuenit, maximum bonū* 5
c. 2. lec. *inuenit.*
1.5.t. Quia.n.ciuitas inuenta est, vt hoīes bene viuāt, ideo factæ sunt leges dirigentes ignorantes ad bonum rōnis & ad finem vltimum & coercētes prauos hoīes, ne innocentes opprimant, & mala multa cōmittant. hō.n. sine lege est pessimus inter oīa aīālia bruta, & cū habeat multa arma ad nocendū, nisi metu legis coerceretur, omnis hu

mana cōuerſatio deſtrueret. Qui ergo inuenit ciuitatē, in qua ſunt leges ordinantes hominem ad virtutem, maximum bonum inuenit.

6 *Bonum, ad quod ciuitas ordinatur, eſt principaliſſimū inter omnia bona.* vbi ſu.

Omnis.n.cōitas eſt ordinata ad aliqđ bonū, pncipalis ergo ad pncipale, & pncipaliſſima ad pncipaliſſimū bonū ordinatur, hæc autem principaliſſima eſt ciuitas, q̄ oēs alias communitates continet. igitur ipſa ad principaliſſimum bonum ordinatur.

7 *Ciuitas, quæ debet eē felix, habere debet oēs virtutes.* 1. poli. c.1.2.14 lec. 1.2. 10.s.t.

Felicitas.n. vt dictum eſt, in primo cōſiſtit proprie in cōtemplatiōe diuinæ eſſentiæ. In pſenti ergo vita cōtēplatio diuinorū pura, eſt aliqua felicitas, q̄ſi inchoatio futuræ felicitatis: qa ſi qua beatitudo, in hoc mūdo eē pōt, certe nulla alia poterit eſſe niſi hęc cōtēplatio, ſed hmōi contēplatio haberi non pōt ſine aliis virtutibus moralibus: & iō oportet ciuitatē oēs ciues ordinare ad virtutes vt felicitatē aſſequantur, ſi ergo oēs virtutes habuerit tā practicas q̄ ſpeculatiuas, cū bonum quāto eſt cōius, tāto ēt fit diuinius, nihil poterit in rebus humanis melius reperiri: & ſic ciuitas felicitatē pſentē, & futurā cōſequit.

8 *Ciuitas eſt multitudo ciuium ſufficiens per ſe ad vitā humanam.* 3. poli. c. 1. lec. 1.s.t.

Totum.n. ex ſuis partibus conſtituitur, ciues aūt ſunt partes ciuitatis, & ideo ciuitas nil aliud eſt q̄ multitudo ciuium, quæ per ſe eſt ſufficiens, quantum poſſibile eſt in humanis rebus, quia eſt communitas perfecta, vt dictum eſt ſupra. Ciuis autem proprie eſt homo, qui communicat in principatu ciuitatis conſiliatiuo & iudicatiuo ſecundum vnamquanque politiam. Nam cum vnūquodq; entiū aliqua determinet operatiōe, in quā pōt, ita q cū in eam non poteſt dicitur tale æquiuoce: vt oculus determinatur per operationem viſiuā, in quā ſi non

posset, non esset oculus nisi æquiuoce: & ciuis inquan-
tum ciuis non habeat operationem nisi in ordine ad ci-
uitatem: quæ quidem operatio conuenit sibi per formã
communitatis, cum pars operetur per totius formam:
operatio autem propria ciuitatis sit, quæ est ei principa-
lis, quæ quidem non est nisi principatus: vnde quod fit
a principante, vel principantibus dicitur a tota ciuitate
fieri, cum vnumquodq; dicatur esse illud, quod in eo est
principale: & illud dicitur maxime in aliquo operari, qđ
in eo est principale: vt anima in homine dicitur esse prin
cipale & principaliter operari: vnde aliquãdo dicitur ho
mo: ideo ciuis proprie determinari debet per ipsum par-
ticipare consilium & iudicium, & attingere ad principatũ
in ciuitate, & ideo pueri, serui & mulieres, & aliæ perso-
næ, quę non possunt ad principatum aliquo modo attin
gere, ciues proprie dici non possunt.

4. poli. *Ciuitas multas habet partes.* 9
c. 3. lec. 3 Cũ enim ciuitas sit ordinata ad hoc, vt homines pos
7. poli. sint sufficienter & bene viuere: oportet ꝙ in ea multæ
c. 8. 9. le. partes inueniantur: nam quia non omnes vigent intel-
6. 7. s. t. lectu, immo plures sunt, qui deficiunt: oportet in ciuita-
te esse consiliatores: quia autem alii sequuntur concupi-
scentiam & vitia, oportet esse principantes & rectores co
hibentes. At propter necessaria vitæ humanæ, oportet
aliquos esse diuites, aliquos vero artifices, alios musicos
ad delectandũ: propter cibũ vero oportet habere agrico
las. At vero propter securitatẽ cõtra hostes oportet ha-
bere milites, q ex eo ꝙ sunt valde necessarii, & exponunt
vitam propter bonum cõe, debent esse honorati & priui
7. poli. legiati, & ideo etiã ad hoc officium iuuenes ciuitatis sunt
c. 5. le. 4. exercẽdi. Sacerdotes etiam debent esse in ciuitate, qui di
itẽ. c. 7. uinum cultum obseruent.
lec. 5. *Ad constituendam ciuitatẽ est eligenda aeris tẽperies.* 10
s. t. Sic enim homines conseruantur sani, quia sanitas in

quadam humorum temperie cōſiſtit:& ſimile ſimili conſeruatur, ſimiliter etiam diutius viuunt, quia in locis nimis calidis, humidum radicale cito per calidum exſiccatur: & in locis nimis frigidis humidum per frigus facile cōgelatur, & ſic calidum deficit: oportet ergo aerem eſſe temperatum, vt diutius viuant ciues: quia ſic erunt prudentiores. Item etiam per hoc ciuitas redditur magis a bellis ſecura, quia regiones calidæ propter ſiccitatem & modicum ſanguinem timent vulnera: vnde facile ſubiiciuntur iugo alieno. Regiones autem nimis frigidæ deficiunt intellectu, quamuis non deficiant animoſitate, propter abundantiam ſanguinis, & ideo etiam iſtæ facile reducuntur ad ſubiectionem, ſed mediæ vigent intellectu & vigent ſanguine, vnde animoſitate dotantur, & ideo ſunt magis ſecurę a bellis, eligenda ergo eſt aeris temperies.

11 *Melius eſt ciuitati habere neceſſaria vitę ex agris proprii ꝗ̃ ex negociatione.* s.t. de regi. li. 2. c. 3.

Tum quia melius eſt ex proprio viuere ꝗ̃ ex alieno, tum quia negociatio poteſt ab aliis impediri, non autem ita ager proprius, tum quia frequenter euntes corrumpuntur a legibus & moribus aliarum nationum: tū quia cupiditas per negociationem augetur, ex qua ſequitur poſtea, vt omnia in ciuitate ſint venalia: & locus fraudibus aperitur: & bonum publicum cōtemnitur: & litibus via aperitur, tum etiam quia aufert vnam partem ciuitatis, quæ: ſcilicet eſt ex militibus. vſus enim negociationis eſt contrarius exercitio militari, vnde prohibetur militibus in iure ciuili ne ſint negociatores, nam ciuitates negotiationibus debitæ, militibus carent niſi extraneos conducant, qui non militant amore patriæ, ſed propter ſtipendium, ſicut eſt ciuitas Florentina, & ciuitas Venetiarum, nec tamē negociatores omnino a ciuitate oportet excludi, quia non de facili poteſt inueniri locus, qui

sic omnibus vitæ necessariis abundet, quod non indigeat aliquibus aliunde allatis, eorumque, quæ in eodem loco superabundant, eodem modo reddetur multis dãnosa copia, si per mercatorum officium ad alia loca transferri non possent, vnde oportet quod perfecta ciuitas moderate mercatoribus vtatur.

s.t.de regi.lib.2.c.4.] *Ciuitas debet ædificari in loco, qui amænitate habitatores delectet.* 12

Sic.n.ciuitas nõ facile deseretur, & ad eã faciliter multitudo hominum confluet. Ad hanc autem amœnitatem pertinet, quod sit locus camporum planicie distentus, arborum ferax, montium propinquitate conspicuus, nemoribus gratus, & aquis irriguus, & tamen prouidendum est, ne immoderate ciues delectationibus vtantur, tum quia delectatiões hebetant iudiciũ, & virtutes destruũt, tum quia semper appetitus earum magis crescit, quanto magis vtitur eis: & vehemẽter ducunt ad illecebras cogitationes, omnem prudentiam destruentes, tum etiã, quia reddunt hominem inhabilem ad tollerandos labores, & animum virilem deprimunt.

3. poli. c. 2. lec. 2.s.t. *Vbi semper est eadẽ politia, ibi est semper eadẽ ciuitas.* 13

Quamuis.n.quotidie aliqui moriantur, & in loco eorum alii succedant, quando tamen remanet eadem politia.i.idem ordo principantium, vel principantis ad subiectas, remanet eadem ciuitas, sicut ẽt dato quod in corpore animato varietur materia propter fluxum & deperditionem, vel appositionẽ humidi, tamen quia remanet eadẽ forma, quæ dat esse substantiale, remanet etiam idẽ aïatum forma aũt ciuitatis est politia. Ex ordine ẽt pncipantium & subiectorum cõstituitur ciuitas, vnde politice viuere est aliquo modo viuere adinuicẽ ciues. Non.n.cõicatio loci est ciuitas, sed cõicatio bene viuẽdi composita ex diuersis generibus hominum gratia vitæ perfectæ & per se sufficientis.

14 *Politia, quę multos habet medios ciues optima est.* 4. poli.
Medios ciues voco eos, qui nec sunt nimis opulenti, nec nimis egeni. Isti.n.sunt optimi ciues qa nimis diuites non multum rōne regunť & tanq̃ delicati non possunt subiici. Egeni aūt non de facili obediunt rōni, qa vt plurimū sunt viles & inuidēt diuitibus, & reputāt se semper opprimi a p̃ncipibus. Medii aūt meliores sunt, & magis secundum rōnē viuūt, & ēt sunt valentiores: quia si diuites insurgunt contra principē, adhærēt pauperibus. Si aūt pauperes insurgunt, adhęrent diuitibus, vnde per istos medios, principatus est melior & fortior, & ista politia est possibilis pluribus ciuitatibus. c.11.le. 10.s.t.

15 *Necesse est in ciuitate aliquem, vel aliquos dirigentes constituere.* 4. poli. c.4.le.3. de regi. li.1.c.1.
In omnibus.n. quæ ad aliquē finem ordinantur, in quibus contingit sic & aliter ad illum finem procedere, opus est aliquo dirigente, per quod directe ad debitum finem perueniatur, hoīes aūt ad finem intētum diuersimode procedunt, ergo in multitudine hominū conueniētiū necesse est dirigentes cōstituere, aliter vnusquisq; q̃reret quæ sua sunt, & sic cōicatio dissolueretur. Quia ergo cōtingit recte & nō recte ad finem procedere, prouidendum est diligenter, vt cōstituanť supra multitudinē directores, nō dissipatores, vt si constituiť vnus, q̄ꝺ sit rex nō tyrānus, q bonū proprium q̃rit. si aūt cōstituitur potētatus, hoc est diuites valde potētes, ꝙ sit potētatus optimorū nō opprimentium plebem. Si aūt multitudo plebis dirigit ꝙ nō sit multitudo opprimens diuites, sed sit inter eos optimus ordo dominandi, & vera politia. 3. poli.

16 *Excellentes virtute debent principari.* c. 7. per
Naturaliter.n. tales sunt aliorū dn̄i & hi soli possunt multitudinem recte dirigere, si ergo inueniať vnus, qui alios excedat in virtute, istum oportet principari, qa hoc est magis simile principatui naturali, & p̃ncipatui totius, totum. itē.c.vi. & lec.vi. s.t.

vniuersi,in quo deus principatur,nec ppter hoc alii re-manent inhonorati,quia vnusquisq; in politia ordinata diligit gradum suum & honorem secundum gradum, vnde in politia regali non debet dominari ciuis,sed ali-quis secũdum virtutem supra ciues,si autẽ virtus vnius non excedit virtutem alterius,expedit multitudinẽ do-minari, vel sapientiores, si in ea plures sapientes inue-niantur. Sic enim maiorem habebunt potentiam,& me-liorem directionem.

s.t.de re gi. li. 2. c. 9. itẽ li.4. c.8.

Diuersæ prouinciæ diuersos habent hominum prin-cipatus. 17

Prouinciæ.n.seruilis naturæ.f.quæ vel deficiunt san-guine,vt in parte orientali,vel deficiũt,intellectu & abũ-dant sanguine, vt in aquilone,debent regi principatu di-sposito & regali quia subiici facile possunt: & indigent di rectiõe,vel violentia,vt ad bonum commune conuer-tantur,vis autem coactiua est in rege,prouinciæ vero q̃ & sanguine & intellectu abundant confidentes & in cor-dis audacia,& in mentis intelligentia debent regi princi patu politico,vel potentatu optimorũ,qui summitti nõ possunt, & hoc obseruatur in Italia, in qua vidimus ꝙ illi, qui volunt eos trahere ad principatum despoticum vel regalem, necesse est ꝙ tyrannizent, vnde principes partium insularium eiusdem, quæ semper fuerunt sub principibus semper fuerunt tyranni, vt patet in Sicilia, Sardinia & Corsica. In Lombardia quoq; nullus potest habere principatum perpetuum,nisi per viam tyranni-cam, Duce Venetiarum excepto,qui tamen temperatum habet regimen. vnde regimen ad tempus,melius sustine-tur in regionibus prædictis.

1. poli. c.3.le.3. s.t.de re gi.lib.3. c.9.

Dominium hominis super hominem est naturale. 18

Naturaliter.n.homo dominatur brutis animalibus, & cæteris creaturis corporalibus: quia imperfectiora ad perfectiora ordinantur, & deus inferiora per superiora

gubernat, homo igitur, cum habeat veram ratione͂ prudentiæ: & sit quoddam perfectum, & superior ad cætera animalia, quæ aliquid prudentiæ imperfectæ participat, patet ꝙ naturaliter homo animalibus brutis dominaẜ. Quia ergo homines quidam sunt magis prudentes & quidam minus cæteris hominibus, oportet dicere ꝙ dominium hominis super hominem est naturale, secundum quod importat officium consulendi, & dirigendi, sed secu͂dum quod importat coactione͂ seruitutis, vt est principatus despoticus, sic est magis s̃m legem, q̃ secu͂dum naturam, vt dictum est in præcedenti libro.

19 *Principatus vnius est optimus.* 4. poli.

Bonum.n.multitudinis est pax, & vnitas: quæ multo melius potest per vnum fieri q̃ per plures. vnum.n.inquantum vnum facit vnum, vnde etiam videmus ꝙ in pluribus regentibus reperitur vnio, si volunt vnitatem facere, & omnis multitudo deriuatur ab vno, & hoc regime͂ est magis naturale, vt pote magis simile regimini totius vniuersi & partium eius, & hoc etiam experie͂tia docet, qa videmus quod in regimine plurium freque͂ter dissensiones oriu͂tur, post hunc ergo erit potentatus optimorum, post quem erit regime͂ politicu͂, in quo.ſ.principatur multitudo, & est co͂e diuitibus & pauperibus. c. 1. 2. lec. 1. s.t. de regi. li. 1. c. 2. ite͂ 8. eth. c. 7. lec. 10 s.t.

20 *Regimen malum vnius pessimum est inter omnia regimina.* 4. poli. vbi su. ite͂ de regi. vbi su. c. 3. item. 8. eth. c. 7. lec. 10. s.t.

Tum quia opponitur optimo, tum qa fortius est propter maiorem vnitatem. virtus.n. vnita fortior est seipsa dispersa, tum quia magis recedit a bono communi, quia talis quærit priuatum bonum, & bonum commune sibi appropriat: & sic commune erit tantum vnius: tum quia nihil est securum sub tyranno, sed omnia incerta, vnde tyranni seminant lites inter subditos, vt no͂ sint fortes, & nolunt videre viros probos & excellentes. In aliis autem regiminibus no͂ est sic: sed si a iustitia declina͂t pro-

pter discordiam, quam habent inter se, cum mali rectores non possint vel vix possint habere inter se pace3, propter hoc quia quilibet quærit, quæ sua sunt, debilitant in viribus, vnde non possunt tantũ nocere sicut tyrannus. igitur regimen iniustum maxime nocet. iniustus et principatus potentũ magis nocet, quam principatus malus multitudinis ciuium, eadem ratione, qua dictum est de malo regimine vnius.

De regi. vbi sup. c. 5. *Magis optandum est regimen vnius quam multorum vbi imminet periculum tyrannidis.* 21

Facilius. n. regimen pluriũ in tyrãnidem vertitur, qa facilius est quod ex pluribus vnus deuiet a iustitia qua3 vnus tantũ. vnde facilius regimen pluriũ parit dissensionem in populo, quia si vnus deuiat facile corrũpit vnã partem populi, & sic frangitur bonum pacis. sed vnus non ita cito frangit vnionem vel pacem nec audet cito opprimere populũ. in qua quidem oppressione dictũ est regimen eius esse pessimũ. præterea cum facile sit vnum ex pluribus corrumpi, si contingat ipsum cæteros superare vsurpando sibi dominiũ efficietur pessimus tyrannus. & huius exemplũ habemus in Repu. Romanoru3, in qua illi, qui alios ciues superauerunt effecti sunt pessimi tyranni omnia cęde vastantes: vbi ergo iminet periculũ magis optandũ est regimẽ vnius q̃ multorũ.

Vbi su. c. 6. *Prouidere debet multitudo de Rege taliter, quod nõ possit in tyrannum conuerti.* 22

Hoc. n. expedit bono communi omnium. primo eni debet virum eligere, de quo non sit suspicio mali. secũdo debet principatum eius ita temperare, vt non possit faciliter tyranni3are. Tertio debet curare, vt si in tyrannum conuertitur. possit eius tyrannidi resistere.

Vbi su. *Contra tyrannũ est procedendũ publica authoritate.* 23

Sicut. n. ad nullam personã priuatam pertinet occide

re hominem & sibiipsi iustitiam facere, ita etiam ad priuatum non pertinet tyrannum occidere, vel ipsum deponere, qa ordinationi Dei non est resistendum. sed cõtra eum debet procedere qui tenet locum Dei.i. publica potestas.& hæc est vel potestas populi si ad eam pertinet instituere regem, cum non seruet pactum cũ eis, vel alicuius superioris domini, si ad eũ pertinet ipsum instituere. Et si hoc modo deponi non põt ad Deu3 recurrendũ est, vel aliter prouidendũ, hoc autem intellige qñ iuste acquisiuit dominium, sed qñ vi nolentibus subditis vel etiã ad consensum, coactis illud vsurpat, potest quilibet de populo illum occidere tanquã hostem publicũ, quia populus habet iustũ bellum cõtra eũ, in bello autẽ iusto potest quilibet occidere hostem. vnde laudatur q illũ occiderit ad patriæ liberationem, si recursus ad superiorem haberi non põt & si absq; periculo multitudinis põt occidi, vtilius est.n.aliqñ tollerare tyrannũ, maxime si nõ sit nimis grauis, quã contra eum insurgere, quia agẽdo contra eum populus multoties implicatur multis periculis, & dissensionibus, & si non præualuerit multa & magna detrimenta incurret. S.t. 2.sẽ. di.44.q. 2.ar. 2. v.

24 *Tyrannus grauissime est puniendus.*

Tum quia non solum rapit & damnificat & expoliat vnũ, sed ẽt totã multitudinẽ, tũ qa vix vel nunquã põt satisfacere læsis, cũ tamẽ teneatᷣ ẽt illis, quos vtcũq; læsit. tum quia cũ oĩa æstimet sibi licere, statuit multa iniusta, quæ deinde posteri sequuntᷣ. tũ ex multa omissiõe. vñ est puniẽdus tanq̃; malus minister, sicut etiã ipsæ punivit suos ministros, qui cõtra eius voluntatẽ egerunt.

25 *Regnum veri Regis fortius est in o.bus quã tyrãni.* S.t. de regi.li. 1 c.10.11.

Rex.n.est qui vnus multitudinẽ ciuitatis vel prouinciæ propter bonum cõmune regit. falsus ergo rex erit, si pp bonũ ꝓpriũ regit. Rex ergo fortissimũ h3 regnũ. vnde h3 cũ subditis amicitia3, q̃ vehemẽter vnit & forti-

ſicut regnum, vnde nõ indiget habere multos ſatellites, & expendere in eis propriam pecuniam. Ex quo ſeqtur primo ꝙ magnam conſequitur voluptatem: quia nihil eſt dulcius amicitia: & ſecuritatem: cum ſit inter amicos & defendentes eum: & abundantiam diuitiarum: cũ parum expendat: & ita quæ ſunt amicorum ciuium ſunt et ſua: quia amicorum ſunt omnia communia: & diuturnitatem: quia nullus agit contra eum, & ſi agit nõ perficit, cum ſit ſtipatus multitudine amicorum: & honorem & famam: propter iuſtitiam & bonitatem. Regimen autem tyranni, nõ habet amorem ſed timorem, vnde oĩa ſe habent ad ipſum per oppoſitionem ad prædicta.

vbi ſu. c.9. *Rex digne miniſtrans ſublimem. conſequitur beatitudinem.* 26

Tum quia maiori virtuti maius præmium debetur; regere autem multitudinem maxime virtutis eſt, tũ qa maiori operi maius prǽmium datur. Regere autem multitudinem eſt maximum opus: cum ſit communiſſimũ, tum quia eſt magis deo ſimilis; & per cõſequens ei magis acceptus, tum quia plus laborat, & maioribus periculis ſe exponit propter deum & bonum commune, & ideo maiorem beatitudinem conſequitur, ſi perſeuerauerit vſq; in finem.

vbi ſu. *Rex in regno debet eſſe ſicut rex in mundo.* 27

c.12.13 Ars.n. imitatur naturam, & effectus ſuam cãm, & cauſæ ſecundæ primam. ſicut ergo anima dat corpori eſſe & potentias diuerſas & regit ipſum. Et ſicut deus dedit eſſe vniuerſo & diſtinxit partes eius vnicuiq; quod ſuum eſt

7. poli. tribuẽs, & omnia gubernãs: ita debet eẽ rex in regno, vt

c. 5. lec. ſi inſtituit regnum vel ciuitatem, debet eligere locũ con-

4. s.t. gruum, temperatum, vberem, amœnum, ſecurum, emi

s.t.õ re nentem, ita quod reſpiciat ad orientem, vt mane habeat

gi. li.2. temperatum calidum, & in meridie non habeat intem-

c.12. peratum, quod habeat abundantiam optimarum aquarum: &

rum,& debet distinguere regnum in partes secūdū eius exigentiam,& subditorum:& eos cōgregare & vnicuiq; officia proportionabiliter tribuere, & ad cōmune bonū omnia trahere quantum potest.

18 *Rex gubernandi regulam sumere debet a fine.*

Finis.n.est rō & regula eorum,quæ sunt ad finem,qa ergo beatitudo est vltimus finis, ideo debet studere in/ducere multitudinem ad beatitudinē,propter quod de/bet ea depellere,quæ ab ipsa remouet homines,& eá in/stituere,quæ ad ipsam inducunt eos,vnde debet stude/re,vt subditi sint bonæ vitę:primo multitudinem redu/cendo ad pacem,secūdo pacificos ad bonum virtutis di/rigendo.Tertio prouidendo eis necessaria ad vitā.Quarto de successione hominū debet prouidere. Quinto suis legibus & pœnis a malo coercere. Sexto tutos eos ab hostibus reddere.Septimo in omnibus cum videt defectū statim occurrere.si.n.minima contemnatur,finaliter fa/ciunt vnum magnum sicut paucæ expensæ cum multi/plicantur,minuunt substantiā,quia multa parua faciunt vnum magnum.Cauendus est ergo paralogismus,quo sic arguitur,hoc est paruum & illud,& paruum pro nihilo reputatur,& ideo paruæ præuaricatiōes non sunt puniendæ,quia nō faciunt aliquod magnum.Nam etsi nō faciunt magnum,diuersæ tamen collectæ faciunt illud: ergo debet inuestigare ex quibus causis oriuntur in po/pulis dissensiones,& seditiones vt eas remoueat & con/traria instituat ad conseruationem regni, seditiones.n. oriuntur propter lucrum & honorem,& inhonoratiōes & iniurias & timores,& cętera huiusmodi,iō prouidendum erit,vt proportionabiliter omnes lucrari possint,& habeant omnes honores secundum gradus proprios,& vt iniuriantes puniantur,& sic oportet ipsum causas re/mouere seditionū per cōtraria ad ipsas,& debet diligenter prouidere de bona dispositione puerorum.& primo

7.poli. c.vltle. vlt. de regi. lib.1 c. 15.

5. poli. c.8.&le. 9.10.11 s.t.

quantum ad corpus, vt bene generetur nõ ex pueris nec ex senibus ex quibus oriuntur imperfecti partus, & nullius valoris, sed viri accipiant vxores in.35.vel.36.ætatis suæ anno, fœminæ vero viros in.18.vel.20.& nuptiæ fiant in hyeme.tunc.n.clausis poris clauditur calor intus & est fortior generatio, & infantes nati nutriantur ex lacte matris, quia est magis cõforme partui, nõ bibāt
7. poli. multum vinum propter ægritudines, q̃ ex eo accidunt,
lec. 11. & debent assuefieri ad frigus & motus & labores mode-
s.t. ratos, deinde prouidendũ est, vt sensualitas bene ordinetur. Quia.n.fugiunt libenter tristitiam, oportet in delectationibus honestis ipsos assuefacere & in ludis p̃sentibus senioribus, & eos prohibere a ploratu nimio & cõuersatiõe seruorũ, a turpiloquiis, & a visiõe rerũ inhonestarũ, & auditu, vñ fereda est lex ne aliq̃d inhonestũ publice pingať, postea aũt prouidendum est, vt intellectus bñ disponatur circa mores, & ẽt speculabilia, vnde p̃mo instruendi sunt per exempla p̃cedentiũ, & parabolas de lege dei, & erudiẽdi in musicis, quia nõ p̃nt a delectatio-
8. poli. ne vacare, ideo debẽt instrui, vt cantẽt laudes dei, & vir-
per to. tutes magnorum virorũ, & ea, q̃ ad bonos mores pertinent, & ita rex sumendo regulam a fine cætera particularia poterit ad ipsum ordinare, quæ non possumus sub breuitate comprehendere.

s.t.de re *Oportet regem abundare diuitiis.* 29
gi. li. 2. Primo.n.debet abundare diuitiis naturalibus, quia
c.5. hæc magis delectant quasi proprio sudore acquisitæ, & solicitudinem magis faciunt ad conseruandum.si.n.has non haberet, oporteret quod ab aliis emeret, & sic sequerentur inconuenientia, quæ diximus supra in vndecima cõclusione, & etiam erit ei periculum ne deprauẽtur vel
vbi su. inficiantur veneno. Secundo debet abundare artificia-
c.7. libus auro & argento propter commutationes faciẽdas & magnificos sumptus, & necessitatem subditorũ, præ-

fidiaq; resarcienda,& propter hostes & alia huiusmodi, aliter oportet ipsum mutuo accipere, quod est turpe regi & frequenter inimicitiam generat. Tertio oportet ipsum abundare animalibus propter victũ & magnificentiã,& solatium in venatione,& propter honorem regis oportet habere equos multos,& propter exercitium habere canes & propter hostes similiter habere equos & cætera animalia onerifera,quæ ad magnificentiam regis pertinent. vbi su. c.6.

30 *Oportet regẽ ministris esse munitum.* vbi su. c.10.

Oportet.n.ipsum nõ solũ vti principatu regali,& politico,sed ẽt despotico in improbos,quos oportet violẽter a malo refrenare,vnde debet habere milites. Itẽ cum ipse solus ad regimẽ non sufficiat, necesse est qͦ habeat adiutores,q debent in hoc gratis ministrare, aliter non erunt condomini,sed mercenarii.i.pro mercede cõducti sicut sunt in Italia. Itẽ ad dignitatẽ regiã ptinet feudatarios habere,hoc est ppetuo sibi obligatos, & barones & familiares,ppter fulcimẽtũ,& delectationẽ & mediocres & infimos propter diuersa officia,& negocia eius, & sic patet,ꝙ oportet regem ministris esse munitum.

31 *Rex debet habere munitiones fortissimas.* 7. poli. lec.8. s.t.de regi.lib. 2. c.11.

Tum propter securitatẽ sui & suorũ,vt secure & audacter possit implere iustitiã,tum propter maiorẽ honestatẽ, vt nõ faciliter videatur:& vt sit totus pudicus.sic.n. facilius ducitur in admirationẽ populi, & facilius inclinantur ad obedientiã ex admiratione tantarum rerum, tum etiam propter diuitias cõseruandas,tũ magis propter hostes,vt sit tutus ab incursu eorum.

32 *Debet rex facere stratas securas.* de regi. vbi su. c.12.

Sic.n.poterũt multi cõfluere ad regnũ,& maxiẽ mercatores & deferre necessaria ad vitam & ad rempu.& sic poterit etiam diuinus cultus augmentari,& hoc cedet in honorem regis,aliter esset illi magna ignominia. ppter

hoc.n.soluuntur pedagia iuste a transeuntibus.

vbi su. c.13.14 *Debet etiam habere numisma proprium.* 33

Sic.n.magis erit in honore, si eius imago & memoria currat per manus hominum, & etiam facilius valor eius cognoscitur q̃ valor aliorum numismatũ, q̃ ab omnibus non cognoscuntur, & non potest etiam faciliter mutari, vnde etiã oportet ꝙ instituat iusta pondera & mensuras, vt seruetur iustitia & fidelitas in soluẽdis tributis: & tollantur altercationes in multitudine.

vbi su. c.5. *Debet quoq; prouidere pauperibus de ærario publico.* 34

Debet.n.imitari naturam, quæ non deficit in necessariis, & de superabundanti sibi aliis tribuit, vt patet in generatione animatorum, quæ generãtur ex superfluo alimenti, & maxime quia est pater omnium, & hoc etiã debet ipsum excitare: quia sic placabit deum, & erit ei in oĩbus propitius.

de regi. li.3.4.5 6. *Debet etiam amare patriam, zelare iustitiam, & esse beneuolus, ac pius erga subditos.* 35

Amor.n.patriæ & zelus iustitiæ & pietas ac beneuolẽtia erga subditos sunt media, per quæ deus cõseruat regnum, & huius exemplum habemus in Romanis, quorum regnum auxit & conseruauit Deus. Ipsi autem pro amore patriæ, qui est radix charitatis, fecerunt mirabilia & similiter pro zelo iustitiæ, & sibi subiectos, socios, & fratres vocabant, & erant pii erga eos, atq; sanctissimas leges habuerunt. Creditur ergo ꝙ hæ fuerunt causæ secundę per quas Deus auxit & conseruauit regnum eorũ licet melius credatur, ꝙ principalis causa fuerit volũtas Dei, quæ voluit punire per eos peccata populorum totius vniuersi, hoc tamen non fecit nisi concurrentibus causis prædictis.

de regi. li.1.c.16. 7. poli. c.91.le. 6.7.s.1. Regem oportet maxime ad diuinum cultũ intendere. 36

Omne.n.dominium est a deo, sicut omne ens ab ente.

primo, & sicut oē quod mouetur, mouetur a primo motore, quia prima causa plus influit in effectum q̄ secūda, & ideo debet rex intendere ad cultum diuinum, & semper gratias agat, & ꝙ sit homo, & ꝙ sit dominus constitutus hominum, ab eo petens auxilium & sapientiā ad gubernandum, & ipsum imitando in regimine, vt ipse in omnibus honoretur, qui est solus beatus, & potens rex regum, & dominus dominantium. Cui est honor & imperium sempiternum. Amen.

Explicit liber decimus & vltimus de politica & regno, & sic est finis totius philosophiæ moralis Reue. Patris Fratris Hieronymi de Ferraria.

Postilla in librum decimum & vltimum.

Post regimen domus sequitur regimen ciuitatis qḋ politia siue regnū dicit̄, de quo in hoc vltimo libro agit̄ hoc ordine, qa prīo determinat̄ de ciuitate de q̄ est politia, a 1. cōclusiōe vsq; ad. 14. īclusiue. scḋo de ꝑncipatib⁹ in ciuitate, vsq; ad. 18. tertio de regno siue rege vsq; ad finē libri. Quo ad primū sic ꝓcedit auctor, qa prīo declarat naturā siue substātiā ciuitatis p diffinitionē eius materialē ī cōclusiōe. 1. & qa hr̄ ex illa ꝙ est q̄dā cōitas declarat cōsequēter qualitatē huius cōitatis quo ad naturalitatē in 2. & quo ad pfectionē in. 3. quia vero oīs cōitas est gr̄a alicuius boni qḋ est finis eius iō scḋo declarat cuius boni gr̄a ciuitas est inuēta in. 4. q̄tū est illud bonū in. 5. q̄ excellēs in. 6. & qa per illud bonū efficīt felix, in. 7. declarat q̄ requirunt̄ ad eius felicitatē. tertio iterū declarat naturā eius per diffinitionē eius formalē in. 8. & ex quibus partibus cōstet in. 9. quarto declarat quasdā ꝓprietates siue cōditiōes ciuitatis, duas qdē materiales, & duas formales. Materiales sunt locus in quo debet edificari: de

quo agit in.10.&.11.& necessaria vitę de qbus in.12.formales vero sunt vnitas eius de q̃ in.13.& pfectio de q̃ in 14.Quo ad scd̃m prio declarat necessitaté ṗncipatuũ in ciuitate in.15.scd̃o q̃litaté eoꝝ declarádo q debeát ṗncipari in.16.& qa nó idé ṗncipatus cóuenit oibus gétibus declarat.tertio diuersitaté illius ƒm diuersitaté gentiũ in 17.q̃rto naturalitaté eiusdé in.18.Quo ad tertiũ agit de tribus ordinate.s.de ṗncipatu regali qui est principatus vnius,de ipso rege,& de req̃sitis ad regé.De principatu declarat prio eius perfectioné per cóparationé ad alios principatus,& per cóparationé qdé ad bonos ṗncipatus in cóclusióe.19.per cóparationé aũt ad oppositũ in.20.ná opposita iuxta se posita magis elucescunt.scd̃o docet qd agédũ ꝓ vitádo opposito ṗncipatu.s.tyránico,& añq̃ factũ & post factũ.Ante fcm̃ docet qũo vitádus est,& quo ad q̃litaté regiminis in.21.& quo ad q̃litaté regétis in.22.post fcm̃ vero docet qũo remouendus est tyránus in.23.& qũo puniédus in.24.tertio declarat fortitudiné huius principatus p cóparationé ad oppositũ.s.tyránicũ in.25.Quo ad ipsum regé docet prio q̃tũ ṗmiũ afficiet si digne ṗncipet in.26.vt ex hoc moueat ad bñ regédũ.scd̃o qũo debet instituere suũ regnũ per cóparationé ad regnũ dei q est rex regũ & dñs dñantiũ in.27.tertio declarat regulá & modũ regédi ipsius,qué.s.seruare debet,& vñ sumere regulá regiminis,in.28.q̃rto docet q̃ requirant ad regé,quo ad diuitias qdé in.29.quo ad ministros in.30.quo ad munitióes in.31.& quo ad numisma,in.32.quinto docet qũo se debet gerere & habere,quo ad exteros vt secure venire possint ad regnũ suũ,in.33.quo ad pauperes in.34.quo ad patriá & subditos,& demũ quo ad eũ in.35.vt ab eo regatur & conseruetur qui est benedictus in secula.Amen.

Conclusiones totius operis secundum ordinem librorum, & primo primi libri philosophię naturalis, qui est de ente in cōmuni.

Conclusiões secũdi libri, qui est de principiis entis mobilis.

Conclusiones tertii libri, q est de motu.

Concluſiones quarti libri qui eſt de ptibus mot⁹.

Cõclõnes.5.lib.q ẽ de prĩo motore & prĩo mobili.

F

Conclusiones septimi libri qui est de generatione & corruptione.

Conclusiones octaui libri qui est de iis q̃ generantur in alto.

Conclusiones noni libri q est de lapidibus & metal lis.

Concluſiones libri vndeci mi qui eſt de anima ſen/ ſitiua.

Conclusiones libri duodecimi qui est de appetitu sensitiuo.

Conclusiones, lib. xiij, qui est de principio motiuo animalium.

Cōclusiões libri q̄rtideci/ mi q̄ ē de aīa ītellectiua.

Conclusiones primi libri philosophiæ moralis q est de vltimo fine.

Conclusiones quinti libri q est de prudentia.

Conclusiões sexti libri qui est de iustitia.

Conclusiones septimi libri qui est de fortitudine.

Conclusiones octaui libri qui est de temperātia.

Conclusiones noni libri q est de œconomica.

Conclusiones decimi libri

FINIS.

Castigationes.

Car. 23.li.14.lege autem,pro etiam.
Car.24.li.9.circa quæ,pro,quæ est circa.
Car.31.li.25.lege ergo nunc.
A tergo.li.17.lege omnia.n.
Car.35.a ter.li.1.lege in substantia.
Car.36.li.3.lege quantitate,pro qualitate.
Car.38.a ter.li.23.lege,e,pro,&.
Car.47.a ter.li.13.lege inducendo pro indicendo.
Car.57.li.13.lege consequenter,pro consequitur.
lib.31.lege,oportet,pro oporteret.
Car.59.a ter.li.17.lege sphæræ,pro stellę.

C.63.li.30.lege vero,pro non.
C.64.a ter.li.18.lege.4.pro.5.
C.65.li.4.lege ferri,pro fieri.
C.66.a ter.li. 24.lege impaſſibile,pro impoſſibile.
C.77.a ter.li.12.lege incenduntur,pro includuntur.
C.82.li.9.lege,folia,pro faba.
C.116.li.20.lege ſaluandam,pro ſoluendum.
C.119.a ter.li. 28.lege moto,pro modo.
C.128.a ter.li. 24.lege inſidentes,pro inſidiantes.
C.132.a ter.li.30.lege intelligeret,pro intelligent.
C.133.a ter.li. 29.lege abſtrahere,pro abſtinere.
C.136.a ter.li.1.lege intellectum,pro intellectus.
C.165.li.17.lege deſpoticum,pro diſpoſitum.
C.173.a ter.li.8.ſuperfluit verum.
Car.189.poſt ſicut lege politica pro œconomica.
C.193.li.15.deeſt ad poſt ſenſibilia.
C.205.a ter.li.12.lege triſlititias,pro triſlitiæ.
C.210.li.13.lege rectam pro certam.

OPVS PERVTILE DE DI-
uisione ordine ac vtilitate omnium
ſcientiarum Reuerendi.p.Fra-
tris Hieronymi de Ferraria
ordinis prędicatorum
in poeticen apo-
logeticus.



¶ Vgolino Verino Florentino Hieronymus Sauonaro la Ferrariẽsis ordinis prædicatorum. S.

OPuscula tua aĩo lætãte suscæpi & legi: lectaq; commẽdaui. Non. n. a sñia eruditissimoꝝ hoĩum ac religiosoꝝ discrepãt, nec ego aliq̃ artẽ poeticã dãnandam putaui, sed quorũdã abusum: quãuis nonnulli me in ecclesiis declamãtẽ verbo ac scripto calũniari conentur, q̃a aũt sciebã scriptũ eẽ: nõ rñdeas stulto iuxta stultitiã suã & Apostoli sñiam consyderabã dicentis, seruum dei non oporteret litigare sed mansuetũ esse ad oẽs, statui in corde meo silẽtio potius q̃ verbo linguas cõpescere detrahentiũ. Verũ tu dormiẽtẽ excitasti: & tuis scriptis melliflluis, & sermone & sciẽtia imperitũ ad scribendũ impulisti. Mea igit̃ intentio est quid de arte poetica sentiam in hoc libello describere, & aduersus quosdã sciolos stilum dirigere q in modico atq; vano, ne dicã iuuenili verboꝝ amore falluntˀ. Ne q̃ras aũt vllũ a me nitorẽ hic sermonis, qm̃ ista humanitatis studia a nobis grauioribus disciplinis occupatis viginti duos integros annos vniuersa simul penitus fuerunt p̃termissa. Tu nihilminus Vgoline eloquẽtissime a paupere amico tuo munus exiguũ benigno suscipe vultu, q si aurũ & argentum in gazofilatio dñi offerre nõ põt, conatˀ tamẽ cũ paupercula viduæ vel duo minuta largiri. Quoꝝ primum in latere vno artis poeticæ reliquarumq; scientiarum sedem atq; distinctionẽ ostẽdit, in altero vero eiusdẽ earundemq; dignitatem. Secundum autẽ in facie prima omnium sciẽtiarum ad nostram religionem exiguã prorsus vtilitatem demonstrat. In secunda vero facie specialiter ipsius poeticæ artis rationem, qualitatem, fructum atq; dãna manifestat. Quod si cui primorum librorum lõgitudo vel subtilitas tedium generat, vltimum librum cuius præcipue gratia prouinciam hanc suscæpimus, precor oĩno diligentissime perlegat. Vale.

APOLOGETICVS DE RATIONE POETICÆ ARTIS.

Incipit liber primus. De omnium ſcientiarũ diuiſione.



Niuerſam philoſophiã in partes duas ſecari in rationalem & realem, & aucto ritas excellẽtiſſimorum virorum & ratio probat. Cum enim non entium nõ ſit ſcientia: ſed eorũ duntaxat q̃ ſunt: vt philoſophi teſtantur: & ſecẽtur ſciẽtiæ quemadmodum & res iuxta ſententiam philoſophi in libro de anima, diuidatur autem ens principaliter in ens reale & ens rationis, neceſſe eſt philoſophiã in duas partes diuidere: quarũ vna ens reale reſpiciat, altera vero circa ens rõnis verſetur, quas partes qui ignorat philoſophus & ſapiens appellari non debet. Sapiens.n.teſte Ariſtotile: debet omnia ſcire vt decet. Philoſophia quoque realis in duas partes diſtinguitur. In practicã & ſpeculatiuam. Practicam ſcientiam dicimus habitũ intellectus immediate ordinatum ad operationes earũ potentiarum quæ ſunt infra intellectum regendas. Vnde finis practicæ eſt opus vt in ſecũdo metaphyſicorũ ſuoꝝ teſtatur philoſophus. Quod quidem opus praxim græco nomine vocamus & diffinimus eſſe opus alterius potentię ab intellectu naturaliter poſterius eo & aptum natum ab eo regi. Quia autem quædam animæ operatiões alienæ ab intellectu tranſeunt ad exteriorem materiam, quædã vero minime, practicam ſcientiã duplicẽ exiſtimamus. Quædam enim practica operationes animæ exteriorem materiam pertingentes regit. Quedã autem dirigit operationes ipſam animam perficiẽtes: quæ proprię ad bo-

nos mores pertinent. Primam ergo ad mechanicas artes pertinere dicimus, quæ cum nec ex obiecto nec ex modo suo habeant dignitatem, & si quandoq; philosopho expediat aliquid de eis nosse, ignorantia tamen illarum nomen sapientis non euacuat. Secundam autem in tres partes distinguimus. Nam ad bene beateq; viuēdū opus est hominem in bonis actibus & ad seipsum & ad alterū dirigi. Ad habitum ergo animæ & ad rationis ordinē, quo homo bene regitur ad seipsum ordinats est scientia q̄ habet̄ in libro ethicorum Ari. Sed quia ad alterum potest homo dupliciter ordinari, videlicet spāliter ad familiam, & vniuersaliter ad regimen ciuitatis & regni, hanc partem in duas diuidimus. In œconomicam & politicā. Sub politica autem scientia legum clauditur. ¶ At speculatiua scientia realis in tres partes scinditur. Cū enim intellectus noster sit a materia separatus, necesse est in tantum vnumquodq; esse intelligibile, inquātum est aliquo modo a materia separatum. Quædam igitur in particulari nec a materia sensibili nec a materia intelligibili separari possunt. & hæc sunt omnia naturalia. Verum q̄a intellectus (vt diximus) est immaterialis, id quod est materiale potest imaterialiter intelligere: & particulare vniuersaliter apprehēdere. ¶ Vnde cū vsq; ad singularia iubeat Plato quiescere, & scientia sit solum vniuersalium, de his quæ nullo modo possunt a materia sensibili & intelligibili particulariter separari, est philosophia naturalis: quæ quāuis non abstrahat a materia sensibili abstrahit tamen a materia particulari. Quædā autem & si a materia sensibili realiter nequaq; sunt separata, possunt tamen per intellectum ab ea separari: licet a materia intelligibili abstrahi nequeāt. Et hæc sunt oīa mathematica. ¶ De quibus est scientia speculatiua alia a naturali, quæ est & geometria & arithmetica. Quædam vero tam a materia sensibili q̄ ab intelligibili sunt separata: circa quæ alia scientia versatur, quæ metaphysica nūcupat̄. ¶ Pria

ergo harum hoc est phia naturalis cum sit de rebus nālibus: q̄ iō nāles dicuntur quia habēt naturam q̄ est principium motus & quietis, necesse est vt tractet de motu & mobilibus, quæ ab Arist. in multas partes diuiditur. In prima enim consyderat de motu simpliciter quæ de philosophico auditu inscribitur. In secūda de motu per cōparationem ad corpora nobilissima, videlicet in libro de coelo. In tertia de motu ipso per comparationem ad corpora simplicia generabilia & corruptibilia, quæ sunt elementa, in libro. 5. de generatiōe & corruptiōe. In quarta item de motu per comparationem ad ea quæ in media aeris regione generantur, in libro meteororū. In quinta per comparationem ad ea quæ generantur in terra, in libro de mineralibus quem tamen ab Ari. nō habemus, sed Albertus magnus hunc librum composuit. In sexta per comparationem ad ea quæ habent vitam, quæ quoniam inter mixta sunt nobiliora oportuit etiam ea diligentius pertractare. Et quia a cōmunioribus est inchoandum, necesse fuit primo determinare de his quæ pertinent ad omnia animata, de quibus tractatur in libro de anima. Quia autem (vt dicit philosophus) quatuor sunt genera viuētium, quorum vnum habet solum animam vegetatiuam. Aliud vero cum vegetatiua habet etiā sensitiuam, sed sine motu. Alterum autem cum his habet ēt motum localem. Et quartum genus est hominū, qui supra sensum & motum habent intellectū, ideo post scientiam qua scimus quid est anima: & per quā cognoscimus quas habet partes & potentias in generali, necesse est specialiter ad hæc viuentiū genera descendere, vt perfectius natura eorum cognoscatur. Verū quia intellectus est immaterialis, non pertinet ad physicum sed methaphysicū de intellectu separato disputare. Vnde non oportuit aliquem specialem librum edere in philosophia naturali, q de intellectu separato tractaret. ¶ De aīa enim intellectiua physicus tractat inquantum est corpori vnita. Nō

autem inquantum est separata, quia ipsa est terminus & orizon philosophiæ naturalis. De sensu autem exteriori debet philosophus naturalis habere cognitionem quam tradit Aristo. in libro, de sensu & sensato. Et quia sensus interior ab exteriori accipit species suas, cũ phantasia sit motus factus a sensu. Consequens est de sensu interiori philosophum naturalem oportere notitiã tradere: quam Aristote. tradidit nobis partim in libro de anima; partim vero in libro de memoria & reminiscentia. Et quia per somnum & vigiliam sensus ligãtur, hoc quoque scire ad physicum pertinet. Vnde de eo agitur in libro de somno & vigilia. De his autem quę pertinent ad tertium genus viuentium, quæ, scilicet habent sensum cum motu: tractat philosophus in libro de causa motus animalium; & in libro de processu animalium, vbi ostendit quæ sint optime partes ad hunc motum pertinentes. De his vero quæ pertinent ad id genus viuentium quod tantummodo habet vitam; tractat in libro de vita & morte. Et qa vita animalium per expirationem & respirationem conseruatur, ideo huic libello adiungit librum quem de expiratione & respiratione animalium inscripsit. Et quia hæc inueniuntur in diuersis statibus viuentium: ideo præcedentibus copulauit librum de iuuentute & senectute. Et quia iuuentus si præcisa fuerit breuis est vita, senectus autem longa, ideo consequenter tractat de longitudine & breuitate vite. Et quia vita vsque ad senectutem maxime conseruatur per sanitatem; & per infirmitatem præciditur; præcedentibus annectit librum de sanitate & ægritudine, & quia per conueniens nutrimentum sanitas conseruatur, & per contrarium destruitur & ægritudo superuenit, ideo post eos libros qui dicti sunt, de nutrimento & nutribili librum edidit. Postremo autem tractandum erat de omnibus animatis, & primo de plantis de quibus & Aristoteles. & copiosius Theophrastus

In libris de plantis tractauerunt. Deinde de animalibus omnibus secundum species suas, quod & Aristote. & Albertus.M.copiose fecerunt & in hoc terminatur tota philosophia naturalis. Mathematica aūt sciētia q̄ abstrahit a materia sensibili & non ab intelligibili in duas partes secatur. Nam huiuscemodi abstracta aut considerantur sine aliqua sui positione, & sic vnitatem & numeros habemus de quibus Arithmetica considerat. Aut cogitantur secundum ꝙ habent positionem, & sic habemus magnitudines, circa quas se exercet geometria. Inter mathematicas autem & naturales scientias quædam sunt scientiæ mediæ vt Astrologia quæ circa astrorum motus versatur, & perspectiua quæ de linea & magnitudine visuali tractat. & Musica de numeris sonoris & eorum proportionibus considerat. Nam hæc quantum ad modum sunt mathematicæ eo ꝙ mathematicorum principiis & maximis ac demonstrationibus vtuntur, quantum vero ad obiectum sunt naturales, eo ꝙ circa res naturales versantur. Et quia obiectum est magis de essentia scientiæ q̄; modus iudicio meo potius naturales scientiæ quàm mathematicæ appellari debent. Metaphysica autem quæ est de abstractis a materia sensibili & intelligibili in duas partes secari potest. Nā huiuscemodi abstracta duplicia sunt. Quædam enim eo dicuntur ab vtraque materia abstracta, quia in sua generalitate comprehendunt ea quæ nullo modo a materia dependent. Vnde secundum se non sunt in materia & hæc vocamus transcendentia, vt ens, res, bonum, & cætera id genus, de quibus metaphysicus pertractat. Vnde subiectum eius vt dicit philosophus, est ens inquantum ens. Quædam vero sunt abstracta, quia nullo modo materiæ coniunguntur quæ sunt intelligentiæ separatæ de quibus principaliter metaphysicus considerat. ℭ Rationalis autem scientia est illa quæ circa ens rationis versatur. Ens autem ratio/

nis dicimus id quod ita a ratione inuentum est & fabricatum quod extra ipsam inueniri non potest vt sunt vniuersalia & propositiones & syllogismi & cætera hmõi, q̃ nullus recte sentiens extra intellectum inueniri posse putabit: nisi forte sicut in signo. Cũ.n. philosophi cœpissent rerum scientiam acquirere & frequenter, vt testatur Boetius in suis disputatiõibus & studiis per diuersos discursus rationis contradictionem incurrerent ignorãtes naturas argumentationum ac sillogismorum nimis ĩpediebant processus eorum. Vnde visum est eis prius artẽ disputandi inueniendam & discendam esse, q̃ de rebus naturalibus & motibus cecutiendo tractandũ. Nã sicut cæteræ potẽtiæ animę in suis actibus errare possunt, ita & intellectus in suis, & sicut ratio de operibus aliarũ potẽtiarũ ratiocinatur & ordinat eas vt per debita media ad suos fines perueniãt, ita & potest de suo proprio actu ratiocinari & seipsam ordinare vt p debita media ad suos fines sine errore perueniat, sicut ergo ipsa ratio inuenit diuersas artes ad dirigendum hominem ad diuersos fines ad quos peruenit per exercitium corporis, ita congruum fuit vt aliquã artẽ inueniret, qua seipsam in suis operibus dirigeret. Nihil.n. aliud videtur eẽ ars q̃ quędam rationis ordinatio per quã homo per debita media ad finem intentum perducitur. Ille ergo artes quæ exercentur per corpus quod animæ deseruit dicuntur seruiles. Ille vero quæ per solum intellectum exercentur qui liber est, dicuntur liberales. Quãuis autem omnes scientiæ sint ẞm rationem, non tamẽ oẽs dicuntur rationales: sed solum hæc de qua loquimur, quia ipsa non solũ est ẞm rõnẽ, sed etiam dirigit omnia rationis opa. Operationes vero ratiõis tres sunt, videlicet simpliciũ apprehensio: compositio & diuisio: & discursus seu argumentatio. Circa quas tota rõnalis sciẽtia versatur. Primę.n. operationi intellectus deseruit liber prædicamentorum Arist. secundę autẽ liber piermenias.i. de interpretatiõe.


Tertiæ vero reliq libri logices, qui sunt de syllogismis. Sed quia in syllogismo duo sunt forma & materia, hæc pars tertia in duas principaliter diuiditur. Vna.n.tractat de syllogismo simpliciter & eius forma: & ad hanc ordinauit philosophus librum priorum analyticorum, altera vero de syllogismi materia consyderat quæ est id ex quo conficitur. Hæ autem sunt propositióes, ex quibus discurrendo ad conclusionẽ peruenimus, & quia ars imitatur naturã, sicut natura ex causis procedit ad effectus ita & rationalis scientia ex propositionibus procedit ad conclusiones. Nam propositióes dicũtur a logicis causa conclusionis. Natura autẽ aliquando per causas necessarias operatur, aliquãdo per eas quæ vt in pluribus & nõ ex necessitate producunt suos effectus: quarum quanto virtus fuerit fortior: tanto etiam frequẽtius ad effectus intentos perueniunt. Rõ igitur quãdoq; ex propositionibus necessariis & euidentibus ita suas colligit conclusiones vt nunquã in tali processu fallatur, & huic processui deseruit liber posteriorũ analyticorũ qui de demonstratiuo syllogismo consyderat, quandoq; vero ex ꝓpositionibus probabilibus procedit, per quas & si sciẽtiam non generat o:pinionem tamen faciens inclinat intellectum ad vnam partem cõtradictionis determinatæ licet cum aliquali formidine alterius, & huic processui deseruit liber topicorum. Aliquando autem ex signis ꝓcedit per syllogismum qui dicitur enthimema, qui quãuis opinionem non generet: tamen aliquã facit existimationẽ de re quã intẽdit probare: cui processui deseruit ars rhetorices. Aliquando ex similitudinibus & exemplis ꝓcedit per syllogismũ, quem philosophus vocat exemplũ, cui ꝓcessui deseruit ars poetica. Et quia in omnibus his processibus contingit errare propter defectum alicuius principii quod ad syllogismum pertinet, cõgruum fuit vt huiuscemodi deceptiõis cognitio nobis traderet, cui deseruit liber elẽchorum, & in hoc terminatur vniuersa

philosophia rationalis. Grammatice aūt proprie nec est scientia realis, nec rōnalis, qa de vocum significatiōe & orationum constructione & literarum inscriptione pertractat, quæ significant, ordinantur, atque scribuntur secundum placitum hominum. Possent enim homines vna conuenire & vniuersum modum loquendi & scribendi quem nunc seruant immutare, sicut etiam nunc multa antiqua immutata fuerunt. Sed hoc in aliis scientiis fieri non potest, vt viro sapienti manifestū est. Scientia enim est de immutabilibus & sempiternis. vt Aristote. manifeste probat. Vnde grammatica inter sciētias nō connumeratur, nisi nomen scientiæ accipere voluerimus latissime. Hac igitur de diuisione ni fallor omnes scientias quæ vi humani ingenii inueniri possunt complexi sumus, & si forte aliæ inueniantur, vel non sunt veræ scientiæ, vt multæ superstitiosæ quæ diuinatoriæ appellantur, vel ad istas quas enumerauimus reducuntur. Quas omnes philosophiæ partes qui non possidet simpliciter philosophus & sapiens appellari non potest, sed ex parte solum, si partem aliquam solum possideat, quia vt dictum est sapiēs simpliciter dicitur qui omnia scit vt decet. Hoc autem dico philosophice, non christiane loquēdo. Sacra vero theologia nostra inter istas connumerari non poterit, quia nec virtute humani ingenii nec alicuius intellectus creati quamlibet excellentissimi inueniri aliquomodo potest, versatur enim circa illud ens quod a nullo intellectu naturaliter potest intelligi, & tamen complectitur omnia quæ aliæ scientiæ considerant sub vna ratione formali vt sit vna sciētia & non plures. Si enim loquamur de ratione formali ex parte obiecti inquantum est quædam res dicimus ipsam tractare de deo sub ratiōe deitatis. Et hoc est eius obiectum principale quia si de aliis tractat hoc agit secundum ꝙ ad deum diuersimode ordinantur, vel sicut ad causam efficientem, vel sicut ad finem. Si autem lo-

quamur de ratione formali ex parte cognoscentis, sic obiectum eius commune est ens diuinitus reuelabile. Tractat enim de omnibus rebus tam diuinis & supernaturalibus ac naturalibus q̃ moralibus, non quidem per rationes naturales vel per creaturas procedẽdo, sed per lumen supernaturale. Vnde in creaturis non considerat proprietates rerum & essentias causasq; proximas, ac proxima earum principia, eo modo quo philosophi faciunt, sed altius eleuatur, considerans in eis principaliter diuinam potentiam, sapientiam ac bonitatem, & per eas inuestigat proprietates diuinarum rerum non manuducta a lumine naturali, sed a lumine diuino subuecta quod splendore suo adiuuat intellectum, & mentem ab omni labe purgatam confortat vt in creaturis tanquam in speculis diuinam cõtempletur bonitatem, paulatimq; ipsum sustollit super altitudines terræ, ac mirabili quodam modo in sinum sanctissimæ & indiuiduæ trinitatis perducit vbi pascitur & quiescit ac decantat. In pace in id ipsum dormiam & requiescã. Omnibus ergo scientiis hoc pacto dispositis ac diuisis, reliquum est vt comparemus eas adinuicem considerantes earum dignitates: & conuenienter, vnam alteri præponentes, vt cognoscamus quam transeunter inspicere: & in qua paulisper immorari & quam tanquam omnium nostrarum operationum finem amplecti debeamus, vt simus aliqua ex parte etiam in hac vita beati.

Explicit liber primus.

Incipit liber secundus. De singularum scientiarum ordine ac dignitate.



Scientiarum aliæ sunt honorabiles, aliæ vero laudabiles. Honorabiles sunt speculatiuæ, laudabiles practicæ. Honoramus enim fines. Laudamus autem ea quæ sunt ad finẽ. Quia ergo speculatiuæ sunt propter se, practicę vero propter aliud, cũ finis illarũ sit contẽplatio

veritatis, istarum vero finis sit opus, manifestum est speculatiuas scientias practicis esse digniores ac honorabiliores. Practicas.n.scientias nõ honoramus proprie, sed laudamus. Nam scire ea quæ ad bonos mores pertinent sine opere (vt philosophus testatur) nihil est: & multo magis minimum putatur scire artes mechanicas. non.n. habet hæc scientia dignitatem ex obiecto nec etiam ex modo. Vnde siquis moralia sciat, & nõ operetur, nec honoratur nec laudatur, imo potius vituperatur, quia tota vis eius in opere est, quia ergo practicę scientiæ non sunt propter se sed propter aliud comparantes eas adinuicem, dicimus illas præstare quæ ad nobiliorem finem ordinantur, & ideo morales præponuntur mechanicis, quia illæ ad perficiendam animã, iste vero ad bona corporis ordinant̃. Inter morales aũt politica œconomicæ & œconomica ethicę p̃fertur: q̃a bonum quãto cõius est tanto est diuinius. Politica autem ad bonum commune ciuitatis & regni immediate: & œconomica ad bonum familiæ: Ethica vero ad bonum vnius hominis tantũ ordinantur. Scientiarum vero speculatiuarum, altera alterã excedit: vel quia certior est, vel quia de nobilioribus & excellentioribus tractat, propositis ergo duabus scientiis si vna superat alteram in certitudine & obiecto, proculdubio dignior est ea, si autem in altero solum præcedit, illam dicimus esse simpliciter præponendam q̃ nobilius habet obiectum quãuis minorem habeat certitudinem. Obiectum enim est magis essentiale scientię q̃mo dus. Vnde potentiæ & habitus non a modo sed ab obiecto speciem accipiũt. Quãuis ergo illa quæ certior est sit dignior quantum ad hoc: est tamen minus digna simpliciter cum de rebus ignobilioribus tractet. igitur sciẽtias reales simpliciter dicimus esse nobiliores scia rõnali: eo ꝙ nobilius habeat obiectũ: q̃a ens reale nobilius est ente rõnis, inter reales vero mathematice q̃uis certiores sint naturalibus: q̃a tñ circa q̃titates & q̃litates versant̃ sim-

pliciter sunt ignobiliores eis q̃ substãtias naturales con/
syderãt, sicut accidẽs est ignobilius substãtia. Pure ãt ma
thematice vt est arithmetica & geometria quãtũ ad aliqđ
p̃ferunt̃ scientiis q̃ mediꝫ sunt.i.quãtũ ad modũ. Vnde a
philosophis arithmetica & geometria dicunt̃ principales
& subalternãtes. Mediæ aũt subalternatæ: p̃ncipalis aũt
semper dignior est subalternata: qa hæc oẽm firmitatẽ &
certitudinẽ habet ab illa. Verũ inquantũ hæ mediæ sunt
naturales (vt superius diximus) p̃ferunt̃ illis: qa res na/
turales circa q̃s mediæ versant̃ p̃feruntur numeris & fi/
guris, q̃ a puris mathematicis consyderant̃. Arithmetica
vero merito p̃fert̃ geometriæ, tũ quia habet obiectũ no
bilius, vtpote magis abstractũ, tum qa est magis certa.
Nã geometria se habet per appositionẽ ad arithmeticam
vt philosophus dicit. Punctus.n.positionẽ includit quã
vnitas nõ respicit, & sine numeris & vnitatibus geome/
tria suas demõstratiões non facit. Astrologia autem di/
gnior est perspectiua & musica, tum qa est de nobiliori
obiecto, tũ qa ₰m se est magis certa. Versatur.n.circa coe/
lum & astra q̃ habent ordinẽ inuariabilẽ & certissimum.
At perspectiua simpliciter videtur esse dignior musica, &
qa obiectũ visus est nobilius obiecto auditus, & qa sta/
bilius est. Vnde & ₰m se maiorẽ videtur habere certitudi
nem. In scientia aũt naturali q̃uis liber de physico audi
tu rõne ordinis doctrinæ aliis libris p̃ferat̃: non tñ rõ/
ne dignitatis, nisi forte qs opinetur eũ cæteris libris p̃sta
re, rõne dignitatis p̃mi motoris de quo tractat in.8.lib.
Pars aũt illa quæ de aĩa & de aĩalibus tractat (vt philoso
phus dicit in primo de aĩa) oĩbus aliis partibus est p̃fe/
renda propter obiecti sui nobilitatẽ maiorẽ, & si qs dicat
librũ de coelo cæteris esse p̃ferendũ qm̃ tractat de corpo
ribus nobilissimis: p̃sertim cũ ₰m Aristotelẽ & Platonẽ
coelũ sit aĩatũ, dicendũ est ₰m Boetiũ ꝙ philosophus nõ
arbitrat̃ corpora coelestia esse animata eo mõ quo Pla/
tonici crediderunt.i.aĩa informãte & dante esse quã vo/

cauerũt aĩam mũdi:sed intellexit ea eẽ aĩata ĩpropriẽ p̃ vnionẽ intelligẽtię ad talia corpa queadmodum motor vnit̃ mobili. Vñ Arist.nõ agit in lib.de cœlo de corporibus istis p relationẽ ad intelligẽtiã mouẽtẽ:nec de eius nã aliqd dicit:& recte. Excessisset enim metas phi nãlis: cũ sit officiũ metaphysici de subijs separatis tractare. Tractat ergo de huiuscemodi corpibus p cõparationem ad motũ & ad formã naturalẽ dantem esse q nõ est anima. Cum itaq; animata inquantũ huius nobiliora sint inanimatis:necesse est ptem philosophiæ naturalis quæ circa animata versat̃ p̃ferre illi quæ versat̃ circa motum cœli & naturam eius:exclusa cõtemplatiõe de nã intelligẽtię mouentis. Quãuis eni forma cœli inquãtũ forma sit nobilior aĩa ĩquãtũ aĩa est forma:eõ q̃ illa dat esse incorruptibile:h aũt corruptibile:tñ aĩa iq̃tũ h & talis forma nobilior est forma cœli:qa aĩa dat esse aiatũ nõ autẽ forma cœli. Et simplr̃ & absolute loquẽdo aĩa est nobilior forma q̃ forma cœli.nõ enĩ simplr̃ forma cœli prę ferẽda est animę:qa dat esse ĩcorruptibile & sempiternũ. Alioquin formę lapidũ & quarũdã rerũ ignobiliũ prę ferent̃ aĩæ: eo q̃ dant esse vel sempiternũ vel durabilius q̃ anima. Libri itaq; de aĩa oĩbus libris philosophiæ naturalis p̃ferunt̃. Liber vero de cœlo scd̃s erit dignitate. Siquis tamẽ cũ sancto Thoma in sum.cõtra gen.sustinere voluerit Aristotelem opinatum corpora cœlestia esse animata anima informãte & dante esse:non tamẽ ei licebit p̃ferre librũ de cœlo libro de aĩa. quia philosophus non tractat ibi de cœlo inquãtũ animatũ est: sed solum de his cõsiderat que ad motũ celorũ & elementorũ pertinent:nulla habita ratione de anima ipsorum. Sed quia ad alia festinamus:de ordine dignitatis cęterorũ librorũ taceo. Que3 facile cognoscere poterit q ea quæ supra diximus diligenter inspexerit. Metaphysica autem eo q̃ maxime est de deo & eã maxime deus habet:vt dicit Aristo.merito oĩbus anteponenda est:Hæc eni3 est finis ad

quē philosophus & sapiens intendit peruenire & in quo quiescere tentat. At rationalis philosophia quæ iter speculatiuas scientias tenet infimū locū: quia & ipsa multas habet partes: cōsiderandum est qualiter ordinari debet. Quidā enim adeo eā ignobilem putant vt non dignentur ipsam speculatiuam appellare: eo ꝙ videatur quidā sciendi modus & ad aliud ordinari quemadmodū & practicę scientiæ. Sed siquis recte consideret: inter practicas scientias eam nō cōnumerabit: cū practicę scientiæ ordinentᷣ ad opus alterius potētiæ q̃ intellectus: ad qđ ista nequaquā ordinatur: sed opus intellectus tantū respicit: & ipsa secundū se non est modus sciendi: sed scientia in plerisq; multo certior q̃ philosophia naturalis. Nam philosophus in libro priorū analythicorū ita certas demonstrationes facit vt nullum possit esse dubium quin vere & proprie de syllogismorum formis scientiam habeamus. In cæteris quoq; libris ita efficaciter suas probat conclusiones vt non videam qua ratione logica nō possit: & scientia: & speculatiua scientia nuncupari: quāuis etiam dum suas regulas ad obiecta aliarum scientiarum applicat possit dici modus sciendi: sed siue sit scię tia speculatiua siue non: manifestum est tamen illam partem quæ est de demonstratione cæteris esse digniorem: eo ꝙ demonstratio est nobilissimus syllogismus. Nam primæ duę partes quarum vna est de simplici intellectus appræhensione: altera vero de compositione & diuisione ordinantur ad syllogismum tanquam ad finem. Vnde postponuntur tertiæ parti quæ est de syllogismo quemadmodum ea quæ sunt ad finem postponuntur ipsi fini. Ideo etiam prima pars postponitur secundæ: cum ordinetur ad eam. Secundum ergo ordinem doctrinæ liber prædicamentorum: librum periermenias præcedit: & hic librum priorum analyticorum: secundum vero ordinem dignitatis se habent ad inuicem ordinę retrogrado. Liber autem priorum ana-

lyticoꝝ etsi oẽs alios libros philosophiæ rõnalis præce dat ſm ordinẽ doctrinæ nõ tñ ꝑponitur omnibus ordi/ne dignitatis. In libro.n. prędicto tractať de syllogismo simpliciter q est genus ad oẽs syllogismoꝝ spẽs. Spẽs vero genere digniores & perfectiores sunt. Quarum vna tãto dignior est altera quanto efficacius suã conclusionẽ probat & quãto excellentiorẽ habitũ generat. Quia ergo scientia dignior est opinione & opinio existimatiõe. Existimatio aũt suspitione. Syllogismus demõstratiuus di/gnior est dialectico: & dialecticus rhetorico, rhetoricus autẽ poetico, & ideo liber posterioꝝ analyticoꝝ dignita/te ꝑcedit librũ topicoꝝ. Hic aũt librum rhetoricoꝝ, qui li bro poeticæ merito anteponiť. Postremo vero loco col locabiť liber elẽchoꝝ q de sillogismo sophistico tractat. Sacra aũt theologia est & practica & speculatiua. Nã sub rõne formali obiecti ipsius oĩa entia tam diuina q̃ȝ natu ralia & moralia (vt dictum est) includuntur. Principali/ter tñ est speculatiua, quia quãuis finis ꝑcæpti sit charitas de corde puro, tñ charitas vlterius ordinatur ad cõtem/plationẽ primæ veritatis tam in patria q̃ȝ ẽt in via tanq̃ȝ ad finẽ, iuxta illud dñi Iesu. Qui diligit me diligeť a pa/tre meo & ego diligam eum & manifestabo ei meipsum. Theologia ergo quantũ ad vtrãq; partẽ dignior est oĩ/bus scientiis humanitus inuentis. Inquantũ.n. est practi ca, ad nobilissimũ finẽ vtpote ad vltimum ordinať. Cũ ergo vna scientia practica alteri ꝑponatur propter nobi liorẽ finẽ, nulla in genere practicarũ poterit huic nostræ scientiæ cõparari. Inquantũ vero speculatiua, palã est ꝙ simpliciter oĩbus est dignior, eo ꝙ obiectũ eius sit deus supernaturaliter cognitus. Quãtũ ẽt ad modũ oẽs alias ꝑcedit. Nã scientiæ humanitus inuẽtæ certitudinẽ habẽt a lumine naturali qđ multipliciter deficit. Theologia aũt a lumine diuino, qđ nullo mõ deficere põt. Vñ merito hæc sola digna est noĩe sapientiæ, cuius studiũ homines perfectos reddit ac ꝓpemodũ beatos, & præponenda est

regnis:

regnis,& sedibus,atq; in cōparatione illius omnia sunt vt stercora existimāda. Tm̄.n.distat hæc ab aliis sciētiis quantū deus distat a creaturis,dicēte scriptura,infinitus thesaurus est hominibus, quo q vsi sunt participes facti sunt amicitiæ dei. Scientiis itaq; oībus hoc mō ordinatis,manifestum esse pōt quas transeunter legere,& in quibus paululum immorari,& quā tāq; finem amplecti debeamus. Rationales.n.& mathematicę cū ex obiecto nō habeant magnā dignitatē transeunter & quantū sufficit ad aliarum sciētiarum vtilitatē inspiciendæ sunt. In philosophia aūt naturali & morali aliquantisper immorandum est,tum propter obiectorū dignitatē,tum ēt pprer vtilitatē,qa naturalia eleuāt animū ad diuina. Metaphysica vero in sciētiis humanis est finis omniū, cui tn̄ ppo nimus semp sacrā theologiam, in q̄ vir sapiēs perpetuo quiescere debet. Quia ergo de numero & ordine ac dignitate sciētiaꝝ diximus,reliquum est vt de eaꝝ vtilitate aliquid loquamur.

Incipit tertius liber de secularium scientiarum vtilitate christianæ religioni.



Finem humanę vitæ esse contemplationē primæ veritatis non solū fides catholica, sed ēt excellentissimi oīum philosophorū Plato & Ari.eorūq; sectatores testantur & rōne manifestissima pbāt. Nā finis vniuscuiusq; rei est propria operatio, quā philosophus vocat secundam rei perfectionē. Prima.n.est forma. Operatio aūt hominis propria est intelligere veritatē. Quāto aūt veritas est nobilior & prior tanto operatio hoīs propria hanc veritatē inspiciēs est nobilior & magis proxima vt sit vltimus finis. Vnde phs initio ethi.dicit vltimū finem hoīs esse operationē nobilissimæ potentię per comparationē ad nobilissimū obiectū. Nobilissima aūt potētia in hoīe est intellectus & nobilissimū obiectū ē pria veritas

q̃ est deus. Ergo operatio intellectus quę est contẽplatio dei est vltima hoís perfectio. Verum in hac vita qualiter homo possit fieri beatus est difficile intelligere, imo est impossibile diffinire, q̃a impossibile est quẽq̃; in hac misera vita mortali vere posse esse beatum. Et propter hoc Arist. angebatur, vt patet in ethicis suis. Cum. n. de alia vita per rõnes naturales nihil posset affirmare, & in hac qualiter aliquis vere posset esse beatus minime discerneret nullam certam potuit de beatitudine proferre sententiam. Nos autem facile probamus nullũ omnino in hac vita mortali vere posse fieri beatum. Ad quod probandum etsi multæ nobis rationes & pene demonstrationes occurrunt, quia tamen iam res in promptu est & experientia probatissima, quia per multa millia annorũ iam nobis hoc apertissime demonstrauit, cum adhuc de nullo mortali vere dictum sit vel dici possit q̃ in hac vita fuerit vere beatus. Vnam tantum rationem ne omnino videamur hanc partem præterire adducemus in mediũ. Intendentes enim ostendere quantum religiõi christianæ prosint aut profuerint scientiæ sęculares, necessarium putamus prius declarare quis sit finis humanæ vitæ non solum secundum fidem, sed etiam vi rationis naturalis & similiter quod & quale sit mediũ per q̃d ipsum finem attingimus. Hoc enim patefacto facilius ad propositum perueniemus. Vt autem ratio sit potentior & nullus possit eius virtutem subterfugere, statuemus in medio aliquem qui omnia bona creata possideat, hoc dempto duntaxat, q̃ diuinam essentiam non videat, volentes tamen vt cognoscat naturam omnium rerum creatarum, & sit dominus angelorum ac totius vniuersi, hunc ergo quisquis ille fuerit siue homo siue angelus, probo non esse vere beatum si beatitudo est quies desiderii. Nam cum non quiescit naturale desiderium, certum est ipsum ad finem nondum peruenisse. Quod autem huius naturæ creaturæ in tanta sublimitate con-

ſtitute naturale deſiderium non quieſcat, ſic probamus. Omnes homines natura ſcire deſiderant (vt philoſophus ait.) Quodquidem non ſolum verum eſt de hominibus ſed etiam de omni creatura intellectuali, quia vnumquodq; inclinatur naturaliter ad ſuam perfectionem. Perfectio autem intellectus eſt ſcientia & veritatis contemplatio. Cum igitur ſcire ſit rei cauſam cognoſcere, & quoniam illius eſt cauſa, & quod impoſſibile eſt aliter ſe habere, vt dicit philoſophus in primo poſteriorum analyticorum. naturale deſiderium eſt vnicuique intellectui viſo effectu deſiderare cognoſcere cauſas. Vnde propter admirari (inquit Ariſtote.) cœperunt homines philoſophari, propter naturale enim deſiderium ſciendi philoſophi videntes effectus inclinauerunt animum ad inueſtigandas cauſas. Quicunque ergo ſuper angelos fuerit conſtitutus, cum habeat intellectum non poterit ab hoc naturali deſiderio liberari, eo quod naturalia auferri non poſſunt. Ergo viſis angelis & aliis nobiliſſimis effectibus aut eos cognoſcet perfecte aut imperfecte, ſi imperfecte ſtatim ex naturali deſiderio ad acquirendam perfectam eorum cognitionem inclinabitur, quia omne imperfectum naturaliter deſiderat ſuam perfectionem. Vnde & materia naturaliter appetit formam ſicut fœmina appetit eſſe virum, & turpe pulchrum vt dicitur in primo phyſicorum. Ergo naturale deſiderium eius nondum quieſcit. Adhuc ergo mouetur & ita ſequitur ꝙ non eſt in fine vltimo, nec vere beatus. Si autem perfecte huiuſcemodi effectum cognoſcit, ergo intelligit eos dependere ab aliqua ſuperiori cauſa quam ſtatim ex naturali deſiderio cognoſcere optabit, quia (vt dictum eſt) omnes naturaliter ſcire deſiderant, & ſcire eſt rei cauſam cognoſcere. Non ergo quieſcet adhuc eius naturale deſiderium immo videtur minus quieſcere q̄ naturale deſiderium aliorũ intellectuũ inferiorum, quia id quod naturaliter mouetur quanto

propinquius est termino tanto velocius mouetur. Cum igitur intellectus præfatus sit termino ꝓpinquissimus, iuxta casum positum, sequitur ꝙ ad ipsum vehementius moueat̃ q̃ alius intellectus remotior, & ita non videns deum quiescere non poterit. Nõ ergo erit vere beatus. Si igitur tali casu facto probatũ est excellentissimam creaturam sine visione dei nullo modo vere posse esse beatã quis poterit asserere hominẽ mortalẽ & in hac miserabili carne & in tam crassa ignorantia ac cecitate posse beatificari? Beatitudo ergo nostra est visio primæ veritatis.i. patris & filii & spiritus sancti, iuxta illud domini Saluatoris. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solũ verum deum & quẽ misisti Iesum christum. Nec curandum est nunc vtrũ beatitudo cõsistat in actu intellectus vel in actu volũtatis. Nos.n. dicimus quod essentialiter cõsistit in actu intellectus, perfectissime vero in actu voluntatis. Sufficit tamen nobis in præsentia ꝙ beatitudo est operatio partis intellectiuę.i. superioris partis animę rationalis quantum pertinet ad homines per comparationem ad deum non in ęnigmate sed aperte visum & cognitum. At quia nõ solum ſm fidẽ sed etiã iuxta sententiam achademicorum & paripateticorum contemplatio primæ veritatis requirit puritatẽ animi, ſm illud philosophi. Anima sedendo & quiescẽdo fit prudẽs, qui etiam in libro ethicorum ostendit neminem fieri posse beatum nisi virtutes morales possideat, qbus ab omni labe concupiscentiarum & passionum mundetur animus, Ideo medium perueniẽndi ad beatitudinẽ dicimus cordis puritatem dicente domino Beati mũdo corde qm̃ ipsi deũ videbũt. Cum ergo post creationem vniuersi labẽtibus hominibus multæ religiones, si tamen veræ religiones possint appellari, fuerint inuentæ, illã debemus confiteri veram & solam esse religionẽ & a deo institutã, quæ vel melius vel sola homines perfecte perducit ad animi puritatem prędictam. Nullã autem inuenies aliam nisi chri

stianorum religioné. Hæc.n. sola docet perfectam animi puritatem, cum homines instruat, omnibus creatis etiá semetipsis relictis, soli deo per amorem inhærere, deum plusq; seipsum diligere, nihil propriũ quærere, tá puro amore deo seruire, vt mercedé nullam deũ amantes cō/siderent, sed solum eius honorem & gloriá. Nó est opus aũt nũc per diuersas aliorũ superstitiões discurrere, spurcitias idolatrarũ pandere, philosophoꝝ discordias, ambiguitates, ac ignorantias explicare. Mahometti sectá confusam, fatuam ac inhonestá prædicare, iudęorũ quoq; q solum literę corticé in scripturis attendunt ineptias de/monstrare. Nulla.n. religio est nec esse potest quæ ma/gis ad cordis puritaté ducat vel ducere possit q̃; nostra. Eo maxime quia nó solũ per exercitium docet homines purgare animos vt philosophi quidá docuerunt sed etiá prædicat gratiam & dona supernaturalia, per quæ mens altius eleuata & perfectius purificata in carne mortali fit particeps beatitudinis desideratę. Vnde si aliqua alia religio inueniretur quæ hęc eadem doceret, ná meliora docere nulla potest, non esset iam alia sed eadé cum nostra nulla tamen adhuc inuẽta est, nec inuenietur in æternũ. Sed de his satis. Cũ itaq; quæritur an scientiæ quas gentiles inuenerunt sint christianæ religioni necessariæ. Re/spondédũ, puto, eas simpliciter minimæ esse necessarias, cum sine his christianus & esse & viuere possit. Placuit.n. domino nostro Iesũ christo homines ad pauca sacramẽta cōstringere, eosq; saluos facere breuissimo charitatis ac puritatis verbo, vt Isaiæ vaticinium impleretur, qui ait. Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. Consummationé.n. & abbreuiationem dominus deus exercituum faciet in medio omnis terræ. Verum quia in populo christiano quidá constituti sunt aliorũ doctores, posset aliquibus videri his necessarias esse disciplinas natu/raliter inuentas. Sed diligenter considerans sacram scri/pturam, quæ ecclesię magistris data est ad suam, & alioꝝ

salutem potius puritatem cordis, operibus bonis, & contemplatione ac spiritus sancti illustratione q̃ vi ingenii & exercitio studii humani addisci. Non video quomodo tales scientiæ sint adeo necessariæ ꝙ sine illis respu. christiana viuere non possit. Profecto si sic esset. Dominus noster Iesus christus qui tantam pro nostra salute sustinuit passionem nullo modo prætermisisset quin vel per seipsum vel per apostolos & prophetas disciplinas has aut docuisset: aut ad discendas in libris philosophorum ecclesiæ prælatis præcepisset. Siquis tamen omnino putat eas prædicatoribus: ecclesięq; doctoribus esse necessarias: legat rogo sacras scripturas: non in sensus sui vanitate: sed in conscientia pura & fide non ficta: & experientia discet earũ sensum non de subtilitate humani ingenij: sed de spiritus sancti illustratione venire. Et quanq̃ multa sint in nouo & veteri testamẽto quæ ad physicas pertinent disciplinas: hoc tamen nõ me mouet ad credẽdum sacras literas christianũ doctorem nequaq̃ posse tenere: sine harum disciplinarũ scientia. posset enim fieri liber (vt dicit Aug. in lib. de doctrina christiana.) in quo de quibusdã rebus naturalibus & de numeris & alijs multis quæ ad scientias humanitus inuentas pertinent: quantũ opus esset ad sacrę scripturæ intelligentiam tractaretur. Quę omnia paruo volumine perstringi possent: ita vt nõ indigeremus tot philosophorũ libros quotidie reuoluere: sicut etiam sanctus Hieronymus libellum edidit de interpretatione ac significatione hebraicorum nominum adeo copiose vt linguã hebraicam amplius nõ desideremus: quãquã perutile putamus: presertim si qui velint cum iudęis disputare literarum hebraicarum habere peritiam. Siquis autem vlterius instat & dicit hereticos homines eorumq; peruersa dogmata nequaquã posse sine philosophia confutari. Respondemus ei in concilio niceno fuisse quẽdã philosophum in arte dialectica peritissimum qui a nul-

lo vnquã episcoporũ illorum & sacerdotum secularium disciplinarum doctissimorũ potuit virtute philosophię superari: & tamen a quodam simplicissimo viro literarum prorsus ignaro sed fide atq; charitate dei munito: paucissimis (non fucatis sed virtute dei suffultis) verbis superatus est & ad fidem christi conuersus. Vnde circũstãtibus dixisse fertur se hactenus pro verbis verba dedisse. Virtuti autem dei se resistere non potuisse. Mihi credite. Spiritus qui scripturas sacras tradidit nobis non eget armis philosophorum vt se defendat. Sapientia enĩ nostra fortior est cordis puritate roborata q̃ armis fulta gentilium. Dauid enim arma proiecit: & lapides limpidissimos in peram posuit vnoq; solo validissime iacto interfecit potentissimum gigantem qui gloriabatur in virtute sua: quæ non erat virtus. Sed ne oĩo videar multorum opinionibus & magnorũ virorum auctoritatibus contradicere: aliter rñdebo: Dupliciter inquit philosophus dicitur necessarium. Est enim necessariũ absolute dictum: vt est hominẽ animal esse: & hoc mõ philosophiam dicimus nulli christiano esse necessariam. Est etiã necessarium ex suppositione quod in duas secatur partes. Nam aliquid interdum est adeo necessarium ad aliquem finem consequendum: vt fine eo finis haberi non possit. Et hoc etiam modo philosophiam putamus non esse christiano necessariam: nec ad salutem consequendam: nec ad sacram scripturam perdiscendam. & hoc dico loquendo de philosophia quæ per studium & magnam ingeniorum attritionem acquiritur. Nam sine cognitione aliquarum rerum ad philosophiaʒ naturalem pertinentium quæ sine magno labore acquiritur (vt iam dictum est) haberi non potest. Si autem necessarium illud appellaueris sine quo finis quidem haberi potest: sed non ita bene & perfecte: non negabo philosophiam christiano fore necessariam idest vtileʒ: quia si quis sacram theologiam cum philosophia


teneat & in conscientia pura custodiat, perfectior theolo
gus & potentior christi miles dicendus erit cæteris pa/
ribus, q̃ ille qui solam theologiam possidet, hoc tamen
scientes ꝙ theologia absq; philosophia in pectore mun
do præponenda est theologiæ cum philosophia in pe/
ctore superbo. Illa enim fortius inimicorum iniuriam
propulsaret q̃ ista, qa spiritus est qui viuificat. Caro aũt
non prodest quicq̃. Et sciendum est ꝙ quãuis sciẽtia na
turalis multum christianæ religioni profuerit ad erro/
res cõfutandos & superbiam huius seculi ac sapientum
eius retundendam, non minus tamen eidẽ nocuit. Scien
tia.n. per se bona est & vtilis, per accidens autem mala &
noxia. Bona igitur & vtilis est ecclesiæ philosophia per
se, & ad fidem confirmandam ac omnem altitudinẽ ex/
tollentem se aduersus scientiam dei destruẽdam, admo
dum est necessaria, quoniã christianus doctor dũ osten/
dit veram philosophiam, sacræ scripturæ non modo nõ
repugnare sed magis ei deseruire, superbos huius secu/
li ac inflatos vacuosq; intellectus, in quos eorum pro/
pria tela retorquet, pedibus (vt ita dixerim) calcat, &
eorum imprudentiam obmutescere facit, garrulitatẽq;
restringit, atque oues christi agnosq; ac paruulos & vbe
ra suggentes ab eorum rabie potentissime defendit. Ve
rum multi hodiernis temporibus qui volunt videri le/
gis doctores ac defensores cõuersi sunt in vaniloquiũ,
obscuratum est insipiens cor eorũ. Dicentes enim se esse
sapientes stulti facti sunt, quia relicta sacrarum literarũ
simplicitate, ad gentilitatem se penitus conuerterunt, &
adulterantes verbum dei impleuerunt chartas superbis
simis obscuritatibus vanissimisq; verborum ornatibus
ac stulta apud deum sapientia pompaq; rhetoricorũ ver
borum deo odiosa, necnon infinitis quæstionibus inex
plicabilibus ac inutilibus, quæ mergunt homines in in/
teritum, audientesq; subuertunt, & in vestimentis ouiũ
volentes videri fidei defensores, facti sunt populo dei

lupi rapaces. Dicunt enim se philosophiæ operam dare vt melius sacras scripturas quas nunquã legere volunt, intelligant, meliusq; veritatem dei fidemq; defendant. Sed re vera quærunt quæ sua sunt non quæ Iesu christi, semper addiscentes (vt dicit Apostolus.) & nunquã ad veritatis scientiam peruenientes. Qui dixerunt, ait propheta. Linguam nostram magnificabimus. Labia nostra a nobis sunt. Quis noster dominus est. & tãtum hic morbus increuit vt ecclesiæ prælatos, presbyteros, clericos, religiosos ac seculares, totumq; populum christianum tabefecerit. Adeo autem inueteratus est, vt non solũ glorientur christiani & tumenti animo de gentilium literis extollant semetipsos, sed quod peius est, paganorũ sciẽtias, qui in vanitate sensus sui ambulantes nihil putabãt verum nisi esset inflata verborum compositione ornatum, non verentur præponere sciẽtiæ dei, a quo est omnium sapientia, & qui linguas mutorum aperit facitq; disertas. Et multi hodie in tantam insaniam blasphemiãq; proruperunt vt sacras scripturas rugato naso subsanantes, ita despiciant & irrideant vt earum sectatores putẽt pro nihilo habendos. Adeo enim princeps huius seculi excecauit eos, vt tanquã mentecapti cum nihil sciant, se omnium rerum sapientiam apprehendisse arbitrentur. Taceo de multis qui cultum dei fidemq; eius abnegarũt, eo ꝙ nulla alia ratione se ingeniosos doctosq; videri posse arbitrantur nisi deum viuum a quo & esse & viuere & moueri ingrati accæperunt blasphemando vituperent. Contra quos profecto aliquid dicerem, nisi scirem quibus viribus opus sit vt persuadeatur superbis quanta sit virtus humilitatis. Quis igitur posset aduersus horum vanissimam loquacitatem & superbissimam stoliditatem admirandissimamq; cęcitatem stomachum cõtinere? Scientia itaq; cum per se bona sit, per accidens facta est mala. Bona quippe est bonis, & mala malis, quia (vt dicit Apostolus.) Omnia munda mundis, immun-

dis autem etiam ipsa mundissima sunt immunda. Ideo religioni christianę non expedit scie̅tias seculares, ita passim admittere. Experientia enim docuit q̄ nisi caute recipiantur filios blasphemos in ecclesia generabunt. Oia (inquit apostolus) mihi licent, sed no̅ omnia expediu̅t. Quamuis ergo philosophiæ secundum se studium impendere non sit illicitum, non expedit tamen omnibus in ea ingenium perdere. Felicissimam profecto putarem rempu. christianam, si retenta pristina scripturarum simplicitate quosdam duntaxat probos ac ingeniosos viros eligeret, qui propter hæreticorum versutias cum theologia disciplinas has perdiscerent, cæteri vero post gra̅maticę scientiam cum bonis moribus sacras literas docerentur. Sed & si hoc fieret non deessent diabolo alia machinamenta contra eam quam semper persequitur sanctissimam ecclesiā. Necesse est enim (ait dominus) vt veniant scandala. & necesse est, (inquit Apostolus) hereses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant. Vnusquisq; ergo videat quomodo caute ambulet, quoniam dies mali sunt. Heretici enim ad hoc studium ecclesiam coegerunt atq; ad philosophiam impulerunt, quam cum fuisset amplexata, tanquā meretrix ancilla multos eius filios ad sui carnalem concupiscentiam traxit. Nam & mulieres no̅nunq̄; venenum farinæ commisce̅t, & incaute ad necandos mures aliquo in loco recondunt, ad quem paruuli eorum accedentes, & venenum ignoranter cum farina comedentes cum muribus pariter moriuntur. De his autem satis dictum puto. Verum quia me in ecclesia declamante, nonnulli poetæ verba ferre non potuerunt, eo q̄ contra eam, quam super omnes scientias extollu̅t eorum disciplinam nimis ardenter videbar inuehi, ne hāc partem pro qua principaliter suscępi hoc onus scribendi prætermittere videar, singulariter ad eā philosophiæ speciem quam poeticen dicunt transire tentabo. Et quia tum publice, tum priuate verbo ac scripto dicunt, me

ex ignorantia disciplinę illius contra eam tam grauiter insultare, ostendamus postremo quæ & qualis cuiusque necessitatis aut vtilitatis, presertim in ecclesia dei sit hæc eorum ars quam tantopere laudant, vt intelligant, me non ex ignorantia sed ex zelo dei & decoris domus eius quam dilexi poetas acriter fortiterque mordere. Certe & nos scholas poetarum, ac metrorum infructuosas siluas vidimus, & manū ferulæ subduximus. Sed amor dei aperuit oculos nostros, vt relictis filuis dulces pomariorum ecclesiæ fructus degustemus.

Quartus liber de poeticæ artis ratiōe vtilitate & damno christianorum animabus.



Ria in arte poetica mihi consideranda videntur. videlicet. Obiectū, vsus & modus. Quæ si subtiliter examinētur multos fortasse qui se magis poetas esse inanissimo facto gloriantur inueniemus necdum cognouisse quid artis poeticę nomen significet. Cum enim hæc disciplina sit pars philosophiæ rationalis oportet obiectum eius esse partem entis rationis. Nam cum totius philosophiæ rationalis obiectum sit ens rōnis non poterit hoc sic absolute consideratum esse alicuius partis eiusmodi philosophię obiectum, quia obiectum non potest potentiam aut habitū superare. Ex his autem quę in superioribus diximus manifestum est syllogismum illum qui a philosopho vocatur, Exemplum, obiectum esse artis poeticæ quemadmodum enthimema est obiectum rhetoricæ, & inductio ac syllogismus probabilis topicę, & demonstratio libri posteriorum analyticorum. & syllogismus simpliciter libri priorum analyticorum, & syllogismus sophisticus libri elenchorum & enūciatio libri periermenias, & prædicamentum libri prædicamentorum. Hæ enim partes philosophię rationalis quodammodo scindunt ens ra-

tionis:& Vna qq; eam parté sibi vendicat quæ est sibi ꝓportionata. Exemplū auté vt philosophus testat̄ in prioribus analyticis, syllogismus in quo medium extremo inesse ostendit̄ per id q̄ð est simile tertio. Op3 enim tertio medium:& primū syllogismi: euidentius inesse: vt si volumus ostendere quoniam thebanos contra phocenses pugnare malū est: sumēdum est: quoniā confines pugnare cōtra cōfines malū est. Cuius veritatis fides ex similibus erit facienda: qua facta syllogismus hoc mō cōponetur. Cōfines cōtra cōfines pugnare malum est: sed thebanos cōtra phocenses pugnare: est confines pugnare cōtra cōfines. ergò thebanos cōtra phocenses pugnare malū est. Poetæ igitur est docere ex qbus & qualibus exēplū constituat̄: & qbus modis: & similitudinibus ad diuersa genera. & ad diuersos status hominū3 conditionesq; negociorū: si syllogismo vti debeamus. Nā & cęteræ partes philosophię rationalis hoc idē faciunt circa ꝓpriū obiectū. Demonstratiua enim docet ex quibus & q̄libus fit demonstratio: & topica ex qbus & qualibus fit syllogismus probabilis. Rhetorica quoq; ex quibus & q̄libus fit enthimema: & sic de alijs. Cum eni3 omnes iste partes versentur circa ens rationis: q̄ð est obiectu3 in tota philosophia rationali: non possunt se vltra ens rationis extendere. Non enim philosophia rationalis tractat de rebus naturalibus: aut moralibus vel diuinis (vt quidam ignoranter dicunt) sed solum de syllogismis & de ente rationis. Cuius limites excedere non potest vt facile cognoscunt in logica etiā mediocriter instructi. Verū huiuscemodi philosophia per omnes sciētias currit. Est enim sicut aliarum scientiarū instrumentu3 & supellex. Vnde sicut malleo eodem quis operari potest in omnibus metallis: ita & philosophia rationali vti possumus in omnibus scientijs. Finis autem poetæ est īducere homines ad aliquid virtuosum per aliquā decentem repręsentationem: ad modum quo fit homini abhominatio ali-

cuius cibi: si repræsentetur ei sub similitudine alicui⁹ abominabilis. At quoniam poetæ propriũ est ex particularibus procedere: nõ quemadmodum dialecticus qui ex omnibus particularibus per inductionẽ ostendit propositum suũ: sed solum ex aliquibus: eo ꝙ vt in analyticis prioribus dicit philosophus. Exemplum nõ est sicut pars ad totum: nec sicut totum ad partem: sed sicut pars ad partem. Et quoniã singularia sunt incerta: necesse est propter debilitatem rationum suarũ ipsum inducere aliquas decẽtes similitudines: & diuersis modis verborumq; ornatibus ac lenocinijs animos hominum ad se trahere ac delectare. Et quia anima nostra in canticis & armonijs vehementer delectatur: vnde & quidam eã armoniam esse crediderunt: inuenerunt antiqui poetæ modum metrorum: pedum: ac numerorum: vt vel sic animos hominum ad virtutem & bonos mores inclinarent. Hic ergo modus metricus & armoniacus vtendi arte poetica non est ei essentialis. Potest enim poeta vti argumento suo & p decentes silitudines discurrere sine versu. Huiuscemodi enim pedum ac numerorum vsus se habet ad artem poeticam sicut pulchritudo ad iuuentutem. Vnde qui per metrorum pedes facile ludere nouit: si de arte poetica nihil aliud didicit: ita poeta dici potest sicut anus pulchra potest iuuenis appellari. Impossibile est enim quemquam qui logicam ignorat vere posse esse poetam. Poeta enim est qui artem habet poeticam: Hæc autem est cognitio syllogismi qui dicitur exemplum: quod necesse est ignorari ignorato syllogismo: quia impossibile est scire speciem ignorato genere. Syllogismi autem nam nequaquã potest sciri sine logica: ergo sine logica neminẽ posse poetam appellari manifestum est. Si quis autẽ dixerit sufficere logicam naturalẽ: qua quilibet homo inclinatur ad arguẽdũ & respõdendũ: poterit etiã dicere poeticam artẽ esse naturalẽ & sic nõ oportebit libros de arte poetica edere. Sed q̃a hoc

dementis est dicere cum ars poetica sit pars philosophiæ rationalis & inter artes liberales connumeretur, quę etsi initium habeant a natura perfectionem tamen ab huma na inuentione accæperunt. Quicunq; ergo de logica & arte poetica hoc solum habet quod natura dat, certe ne/ que logicus neq; poeta dici poterit nisi forte omnes ho/ mines mundi tam vrbanos q̃; rusticos & ipsas etiam mu lieres poetas, oratrices, & logicas appellare voluerimus. Itaque si quis credit artem poeticam solum docere da/ ctilos & spondeos syllabas longas & breues, ornatumq; verborum, magno profecto errore tenetur. Sequeretur enim ipsam non esse scientiam. Nam cum non sit scien/ tia realis, nec rationalis dici poterit eo q̧ hæc cognitio non rationem sed voces & scripta dirigit cum ordinem vocum & scripturæ modum doceat. Cæterum scientia est de incorruptibilibus & sempiternis. Huiuscemodi au tem verborum ac versuum pedumq; ordines secūdum placitum hominum constituti sunt. Possent enim homi/ nes hodie hunc ordinem mutare & ab hac consuetudine seipsos alienare, quia nihil aliud est integritas locutionis nisi alienæ consuetudinis conseruatio veterum auctori/ tate firmata. Cur enim non eodem accentu aquas voce/ mus maria, quo mulier vocatur Maria? cum eisdem lite/ ris nomen vtrumq; scribatur, quis potest aliam assigna/ re rationem nisi quia sic antiqui voluerunt. Vnde de hu/ iusmodi nō potest esse scientia, si proprie scientiæ noīe vtamur. Nam & nos homines sumus sicut & ipsi, & pote statem imponēdi nomina rebus eis ęqualem a deo accæ pimus. Possumus ergo addere & minuere sicut & illi po/ tuerunt, nam & multa iam mutata sunt. Quis enim ho/ die dicit nostras, & vestras, & intellegere & alia multa q̃ apud antiquos erant vsitata? Quidā enim adeo perstrin/ xerunt se, & carceri antiquorum intellectum proprium adeo manciparunt, vt nedum contra eorum consuetudi nem aliquid proferre nolint, sed ne velint quidem dice

re quod illi non dixerunt. Quia enim antiqui hoc nomine virtuosus vsi non sunt, nostri quoque pro magno crimine habent si quis eo nomine vtatur quasi nos nequeamus imponere nomina rebus, nec noua inuenire vocabula ac nouos loquēdi modos. Quæ enim ratio est ista, quæ ve virtus argumenti? Antiqui non ita locuti sunt, ergo nec nos ita loquamur. Aliud est enim dicere. Antiqui hoc modo locuti sunt, ergo & nos eodem modo loquamur, aliud autem negatiue arguere. Si enim antiqui non aliquod bonum fecerunt, nunquid nos illud facere non debemus? Nec hoc dico quasi velim reprehendere eos qui morem antiquorum in hac parte sequuntur. Loquendum est enim inquit philosophus in topicis vt plures loquuntur & sapiendū vt pauciores. Sed quosdam sciolos tango, qui vt dicit Aug. eo magis offenduntur quo sapientiores videri volunt, non rerum scientia qua ædificamur, sed verborum, qua non inflari difficile est. Cum igitur de his non proprie fit scientia, hi qui poetæ dicuntur solum ista scientes ignorantes autem essentialia artis poeticę profecto falso nomine gloriantur. Et fere omnes nostri temporis poetæ tales sunt. Quibus ideo accidit ignorantia quædam crassa, vt æstiment poeticam artem omnium scientiarum esse dignissimam, quibusdam ineptissimis & puerilibus argumentis suffulti. Aiunt enim poetas de rebus diuinis & naturalibus & moralibus pertractare, quia de his carmina crudunt, & in suę opinionis robur prophetas in medium adducūt, quia diuina versibus cantauerunt. Confirmantes etiam hoc idem potissimum ex eo quod scriptura metaphoris & similitudinibus vtitur, quemadmodum & ars poetica: quo inquiunt euidenter apparet ipsam nihil aliud esse q̄ theologiam. Sed certe si hæc vera sunt omnes scientias oportebit in vnum confundere & chaos Anaxagoræ reuocare. Hoc etenim mō ars oratoria erit scientia diuina, quia de diuinis oratores sæpissime tractant,

& maxime logica erit theologia, quia per totum sacræ scripturæ contextum subintrando progreditur. Grammatica quoque erit omnis scientia, quia omnia scientiarum genera complectitur. Cum ergo hoc sit confundere scientias & admodum omnia perturbare. Sciant poetę ꝙ scientia rationalis potest dupliciter cõsiderari. Vno modo vt docens est, idest vt est scientia de ente rationis & de syllogismis tractans. Alio modo vt instrumentum seu aliarum scientiarum ornamentum, inquãtum videlicet aliæ scientiæ ad suam vtilitatem eam conuertunt. Primo ergo modo est scientia ab aliis distincta. Scientiæ enim distinguuntur per obiecta & habẽt partes suas formaliter distinctas, vt superius diximus. Cum igitur artis poetice obiectum formale sit syllogismus quod vocatur exemplũ, per ipsum distinguitur ab omnibus aliis scientiis tam diuinis q̃; humanis & tam rationalibus q̃; realibus. Vnde nec est diuina scientia nec realis, sed rationalis tantum & infima inter omnes scientias speculatiuas, vt patet ex his quæ superius diximus de omnium scientiarum dignitate tractantes. Secundo vero modo considerata scientia rationalis non est scientia, sed scientiarum instrumentum & quidam sciendi modus, & hoc modo comparatur ad alias scientias sicut malleus vel lima aurificis ad aurum & argentum, & sicut seruus ad dominum suum, vel etiam sicut serta & coronę ad templum. Nunquid ergo quia lima vel malleus tangit & ornat ac illustrat aurum & argentum dicemus limam esse aurum, aut malleum argentum? Nunquid seruus dominus dici debet, quia in eadem domo cum domino comedit & bibit seruiens ei? Nũquid serta & coronæ sunt templum dei, quia templum dei ornant? Scientia enim diuina est illa cuius obiectum est deus, non illa cuius obiectum est exemplum. Scientia diuina non tractat de syllogismis, nec de his quæ a ratione humana fabricantur, sed de deo ꝙ cũcta creauit. Sciẽtia deniq; diuina non est

de ente

de ente ratiōis, sed de ente reali immo de causa entis rea lis, si tamen & causa dici potest. Non enim facile possu/ mus nomen inuenire quo tanta maiestas queat nomi/ nari. Prophetæ igitur diuina versibus descripserunt, nō propter hoc vtentes arte poetica, quia (vt iam dictū est) cognitio quæ de carminum compositione nobis tradi/ ta est, non est ars poetica, nec ad eam pertinet nisi per ac/ cidens. Et si in tali versuum descriptione vsi sunt arte poetica, hoc fecerunt ad alliciendum animos hominum infirmos tanquam instrumento, aut ancilla sua ea vten/ tes, iuxta illud quod scriptum est de sapientia. Misit an/ cillas suas vocare ad arcem & ad mœnia ciuitatis. Nec tamen prophetæ vsi sunt versibus virgilianis aut oui/ dianis, sed his quos non vana hominum superstitio & diabolica instigatio ad colenda idola inuenit, sed spiri/ tussanctus qui vult hominem de seipso humilia non al/ ta sentire, Inter versus enim poetarum gētilium & pro/ phetarum nostrorum infinita distantia est. In illis enim magnus diaboli laqueus absconditus est. Sicut enim dia bolus ad sui cultum & superstitionem hominū nutrien/ dam ea carmina docuit, ita & in eis superbissimam vani/ tatem inanisq; gloriæ intolerabilem fœtorem reliquit. Vnde dominus non est passus laudes suas his versibus ab aliquo prophetarum suorū decantari. Et quāuis qui/ dam catholici zelo dei ducti ad contundendam quorun dam vanissimorum poetarum arrogantiam, qui christia nos de ignorantia eloquentiæ arguebant. Euangelia & quasdam alias scripturas veteris instrumenti versibus scripserint, deus tamen noluit eas multum in ecclesia sua extollere. Vnde nec legūtur nisi rarissime nec apud chri/ stianos in magno precio habentur, quia eloquentia hu/ ius seculi sicut a paganis ortum habuit ita est plena pa/ ganorum vanitate. Nihil enim habet humilitatis, quæ est omnium virtutum fundamētum. Cuius signum ma nifestissimum est, quia poeta cum necdum carmina sua

Hic paganus est poeta, sed tamen ... (handwritten marginal note, partly illegible)

ad finem perduxerit, in publicum ea producit, omnibus quibus potest ostendit, ore proprio laudat, ab aliis laudes expectat, animo tumet, in laudibus delectatur ac pascitur, omnibus doctiorem se esse audire gestit, & si quis ad eum casu aduenerit statim cogitat in sermonem incidere quo possit ei sua carmina prodere, & nonnunq; impudenter ea oculis amicorum ingerit, tanta est in eo inanis glorię cupido. At prophetarum carmina sicut a spiritu sancto inuenta sunt, ita & sapientiam & amorem diuinum, sanctamq; redolent humilitatem. Non enim magnum studium verbis componendis sed veritati dicendæ adhibuerũt. Et catholici doctores scripturarumq; studiosi qui a spiritu sancto intus illustrantur, non verborum compositionem, sed absconditam æternam veritatem mirandaq; mysteria inuestigare conantur. Quanq; enim sacra scriptura, vt in libro de doctrina christiana probat Augustinus, sit eloquentissima vtpote a deo scripta q sua mysteria enarrauit eo mõ, quo nullus melior potest inueniri, tamen non detinet animos spiritu plenos in cortice literæ, sed statim ad medullam eos trahit, & pascit ac nutrit mirabilissimo quodam modo mentes a terrena vanitate purgatas. Si enim eloquentia inuenta est ad inclinandum hominum animos firmandosq; in bonis moribus, illa merito facundia pręstat & omnibus anteponenda est tanq; omnium potentissima, quæ statim animos inclinat ad bene beateq; viuendũ, statimq; oculos aperit vt intueantur amentq; eterna, nec vnq; relinquit in cortice litere, sed ad finem intentum fortiter perducit. Hæc est autem sanctarum scripturarũ eloquentia, iuxta illud domini in Isaia. Verbum meum non reuertetur ad me vacuũ, sed faciet quæcunq; volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Eloquentia enim secularis pascit aures, & raro vel nunq; ad finem intentum perducit. Vnde & ipsi patres eloquentiæ, qui contra vitia luculenter scripserũt, & virtutes summo studio ac facun

dia suauissima laudauerunt; efficacissimeq; perorantes verborũ lenociniis aures populi demulserunt, nec alios nec seipsos vnquẽ ita persuasos reliquerunt, vt vitiis carere potuerint. Quia enim verba plena erant ambitiosissima vanitate & non poterant præstare quod ipsa nõ habebant, nostri autem oratores scripturarum facundia pleni breuissimo tempore, non cum magna difficultate, totum orbem eis repugnantem & contradicentem; eorumq; inopiam ac doctrinam detestantem, irridentem, crudeliterq; persequentem, ac immanissime discipulos eorum innumerabiles occidentẽ; christo domino eiusq; doctrinæ subegerunt. Quid ergo prodest illa eloquentia, quæ nunquam ad finem intentum potest peruenire? Quid prodest nauis picta & sertis ornata, si semper fluctibus maris iactatur, & nunquã ad portum hominem perducit? Quid autem proderit si a portu semper magis elongat? Ita profecto secularis eloquẽtiæ fastus magis christianos a felicitate remouet q̃; ppinquos faciat. Sed durum multis est hoc verbum nec possunt audire, quia non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Scio autem multos mihi opponere Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, aliosq; excellentissimos viros fidei christianæ defensores, qui in scripturis sacris exponendis magna vsi sunt eloquentia & grandi genere dicendi. Ad quos primũ respondeo me non damnare scientiam rhetorices aut poeticę artis quam laudaui superius, & inter partes philosophiæ rationalis connumeraui, nec etiam ornatum linguæ cultumq; eloquentiæ, sed vanissimam in his poetarum elationem qui se omnia scire arbitrantur cum nihil sciant, & cum non habeant nisi dactili & spondei numerorumq; cognitionẽ, quam probauimus non esse scientiam, & gloriantur se omnes habere scientias, cum nec ipsam quam putant se habere poeticam scientiam teneant. Respondebo etiam

viros illos sanctissimos priusq; scripturarum mel suauissimum degustassent seculares literas didicisse,nec tamē eas ad seruitium christi conuertisse cum ea pompa verborum & seculi vanitate qua eas didicerunt. Manifestum est enim eos stilum temperasse postea q̄; a spiritu sancto edocti fuerunt,quo tempore eis maiori cure fuit veritas rerum q̄; integritas verborum. Respondebo iterum ipsos quos pro vestra defensione in medium duxistis.oportere acrius duriusq; contra vestram vanitatem pugnare q̄; ego.legite Hieronymum, vt de reliquis taceam,qui prisca præ cæteris redolet eloquentia,& inuenietis in plerisq; libris eius q̄; acriter mordeat vanam superbamq; sæculi & eloquentiam & sapientiam. legant amatores fabularum quid scripserit ad Damasum papam.Nonne per siliquas porcorum, quibus ille prodigus luxuriosusq; filius non poterat ventrem suum saturare interpretatus est carmina poetarum rhetoricorumq; pompam verborum & cæteras vanas huius seculi artes,de quibus luxuriosi vanissimiq; homines quantumcunq; comederint, saturari non possunt? Quin inter alia dicit.Nōne vobis videtur in vanitate sensus obscuritate mentis ingredi qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur,qui physicus perscrutator oculos trās cœlum leuat,& vltra profundum terrarum abyssi, in quodam inane demergitur, qui iambum struet,& tantam metrorum syluam in suo studiosus corde distinguit & congerit? Et ad Pammachium.Ecclesiastica interpretatio etiam si habeat eloquentiæ venustatem,dissimulare eam debet & fugere, vt non ociosis philosophorū scholis,paucisq; discipulis,sed vniuerso loquatur hominum generi.Respondebo & quarto me non damnaturum huius seculi eloquentes & sapiētes,si Hieronymum & Augūstinum,cæterosq; quos pro sua defensione nobis opponunt,in omnibus imitentur. Viuite poetæ & oratores ac philosophi sicut ipsi vixerunt, & vestram sapientiam

linguæq; nitorem christo domino consecrate, & digito superponam ori meo. Abraham plures habuit vxores. Iacob quoque duas matrimonio sibi coniunxit sorores & earum ancillas, hoc multis placet hoc volunt imitari, hoc in excusationem sui peccati proferũt. Sed Abrahe fidem & castitatem ac opera non attendunt, Iacob simplicitatem & sanctimoniam non respiciunt, Opus eorum quod magis delectat imitari gestiunt, reliqua vero opera perhorrescunt, & tamen opus illud quod carnale videbatur, castitatem non fugabat. Tu autẽ non tale opus diligis, sed operis voluptatem, & cum luxuriam sequaris opus castum in operimentum tuum sumis. Nonnulli etiam in excusationem sui erroris Apostolum Paulũ adducunt, quia versus poetarum nonnunquã scribendo ac prædicando non abhorruit. Quibus respondemus. Apostolum Paulum ita raro & ita breuiter hoc fecisse, vt nullus debeat hoc testimonium in suam defensionem adducere. Non enim vitium esse putamus si quis apostolicæ vitæ imitator etiam in publico diuinoq; sermone, vel medium, vel vnum versum duntaxat pro aliqua vtilitate, non pro sui ostentatione in medium protulerit. Hoc propterea dico ꝙ quosdam mihi prædicatores obiiciunt qui in publica concione versus tam vulgares q; latinos dimissis euangeliis populo prædicant, quos profecto defendere nec debeo nec possum. Nõ enim hos verbi dei præcones, sed poetas vel gentilium oratores appellauerim. Vnde & tales etiã fructus faciunt, qualia verba proferunt. O magnus fructus animarum aures populi delectare, laudes christi ad se trahere, philosophos ore rotundo allegare, poetarum carmina vana modulatiõe cantare, christi euangelia vel dimittere vel interrupte ꝓferre, & paganorum superbam stultamq; sapientiã, quæ suos damnauit auctores, populum docere. ab Apostolo igitur (vt video) nihil aliud discere potuerunt nisi quod ipse de poetis breuissime ac rarissime, velocissimo'que

transitu protulit. Quē si adeo imitari cupiunt, vt dicūt, mores Apostoli & christi amorem, ac in prædicatiōe feruorem sequantur, & si post hoc transeunter & raro versum vnum interrupte allegauerint equidem non reprehendam. Poetæ item probare contendentes artem poeticam sacræ scripturæ esse æquiperandam adhuc nobis opponunt, ꝙ illa quemadmodum & hæc sensus habeat allegoricos non intelligentes quæ loquuntur, neq; sensuum differentias considerantes. Cum enim quotidie in significationibus vocum perdiscēdis laboriosissime versentur, nondum didicerunt quid sensus literalis quidue spiritualis seu allegoricus significet. Intelligant igit̃ poetæ qui suam artem sacræ scripturæ ęquiparare, ne dicam præponere præsumunt nullam scientiam præter diuinam sensum habere allegoricum & spiritualem. Litteralem quippe sensum dicimus nōn illum quem sonant voces & literæ vt ipsi poetæ grammaticiq; credunt, sed illum quem auctor per illas voces & literas principaliter intendit. Vnde in parabolis euāgelicis sensus literalis nō est ille quem voces grammaticæ sonāt, sed quem dominus Iesus per illas voces intendit exprimere. Nam per voces significatur aliquid proprie & aliquid figuratiue nec est sensus literalis ipsa figura, sed id quod per ipsam est figuratum. Non enim cum scriptura nominat brachium dei, videlicet cum dicit. Fecit potentiam in brachio suo, literalis sensus est in deo esse membrum hmōi corporale. Alioquin sensus literalis, qui est cæterorum sensuum fundamentum mendacium contineret. Sed literalis sensus est id quod per hoc membrum significatur idest virtus dei operatiua, vt intelligatur fecisse potentiam in virtute sua, quæ christus est ſm Apostolum dicentem christum esse dei virtutem & dei sapientiam, & similiter dicimus de cęteris parabolis. Spiritualis autem sensus accipitur ex hoc ꝙ res cursum suum peragentes signant aliquid aliud quod per sensum spiritualem ac-

cipitur. Vnde tria ad sensum spūalem exigunt. Primum est historia, vt videlicet per verba prolata aliquam historiam non fabulam seu fictionem enarret scriptum. Quā quidem historiam dicimus ad sensum literalem pertinere, quem sensus spiritualis tanq̄ fundamentum præsupponit. Secundum est per illam historiam significatio alterius rei quæ facta vel præsens vel futura est. Tertiū est ꝙ illa historia ad hoc significandum fuerit & prouisa & ordinata & facta ne si aliter dixerimus, cum Theodoro damnemur qui allegorias de christo & ecclesia negauit ex cursu rerum gestarum veteris & noui testamenti esse significatas. Sed apostolos & alios catholicos doctores asseruit eas post christi & ecclesiæ gesta inuenisse. Nō autem historias id significasse. In cuius quidem damnationem incurrunt e nostris nōnulli qui historias romanorum aliorumq; gentilium allegorizare conantur putantes eo modo eas allegorias habere quemadmodum habent sanctę scripturę, non intelligentes historias illas ad hoc significandum minime fuisse ordinatas. Sic enim ordinare res in cursu suo vt ex eis talis sensus capi possit solius dei est, qui sua prouidentia res disponit eo modo & tempore & nominibus atq; per homines illos quibus scit suæ significationi posse congruere. Non enim potest aliqua creatura mūdi infallibili cursu ordinare vitas hominum & loca nominaq; eorum & bella & regna & cætera gesta ad aliqua præterita & futura vel etiam præsentia significanda, cum solus deus futura cognoscat & sola sua prouidentia scit quam nulla res subterfugere potest. Homines vero nec futura contingentia cognoscunt nec eorum prouidentię hominum gesta ita subduntur, quin multipliciter eorū consilia conatusq; impediri atq; frustrari possint. Idcirco rerum ab ipsis dispositarū euētus fere semper vel inuentum defluerent vel in contrarium verterentur. Nulla ergo scientia præter sacram scripturam proprie & vere sensum habet spiritualem. Quia

ſenſus metaphorarum poeticarum eſt literalis tãtum ſi‑
cut & ſenſus parabolarum euãgeliorum noſtrorum. Ex
quibus tamen metaphoris iidẽ poetæ adhuc contra nos
inſurgunt. Sacras ſcripturas dicentes ex omni parte me‑
taphoris & ſimilitudinibus poeticis eſſe refertas, & p hoc
probare conantur poeticam artem nihil aliud eẽ q̃ theo
logiam. Verum q̃ magnus error ſit infimam ſcientiarũ,
ſupremam facere & lutum aurum opinari, qui põt diiu‑
dicet. Aliud eſt enim metaphoris vti propter neceſſitatẽ
& rerum magnitudinem. Aliud vero ꝓpter delectatio‑
nem & veritatis debilitatem. Theologus enim cũ de his
loquatur quæ omnium intellectuum capacitatem exce‑
dunt, cogitur ſub ſimilitudinibus rerum domeſticarum
ea tradere quia nullus poſſet ea ipſa nuda in ſuo ſplẽdo‑
re comprehendere. Non enim (vt inquit Dionyſius) poſ
ſibile eſt aliter nobis lucere diuinum radium niſi varie‑
tate ſacrorum velaminum, quibus infirmus noſter ani‑
mus ſurſum manuducatur, circũuelatum. Poeta vero ſi‑
militudinibus vtitur propter ſuarum rerum debilitatẽ.
Niſi. n. metaphoris ſua argumenta velaret, tanta eſt eo‑
rum debilitas, ꝙ ipſorum conatus oĩno fruſtraretur. Nã
cum a ſingularibus procedat, quę infinitis modis varia‑
ri poſſunt, vel nullam vel modicam æſtimationẽ de re
quã intẽdit probare generaret, ſi nuda argumẽta propo
neret. Præterea cum intellectus noſter maxime veritate
paſcatur, & poetica ars ad eam demonſtrandam debiliſſi
me ſe habeat, ſi ſimilitudines & verborum ornatus ei ẽt
deeſſent, nullus quippe poetas audiret, quia nec veritate
animos paſcerent, nec aliquibus lenociniis delectarẽtur.
Non ergo eadẽ ratione theologus qua poeta metapho‑
ris vtitur. Quibus tamen etiam ſi eadem ratione vtere‑
tur, non hac de cauſa poetarum ars eſſet theologia, quia
metaphoræ non pertinent ad eſſentiam ſcientię, ſed po
tius ad ornatum. Nam Plato fere in omnibus libris ſuis
metaphoris vtitur. Non tamen philoſophia Platonis eſt

ars poetica. Ornamenta.n.templorum & serta atq; coronæ possunt & principum & ciuium domos exornare sicut & templa, Cęterum scriptura noui & veteris testamēti similitudinibus vtitꝰ longe diuersis a metaphoris poetarum. Aut enim historias plenam veritatē continentes, aut parabolas decentissimas plenas honestate verborum proponit. Poetæ vero iuxta prouerbium, mēdaces sunt, & in omnibus fere mēdacia fingunt, fabulasq; tā de diis q̄; de hominibus narrant, quæ libidinibus & stultissimis ac nephandissimis deorum hominumq; commixtionibus plenę sunt. In quibus quidē mēdaciis & puerilibus ludis ac scelestissimis libidinosissimiq; diis animos adolescentulorum teneros nutriunt, implentq; intellectus eorum puros ac nudos primum falsitatibus, deinde idolatrarum spurcitia nephādaq; superstitione, carnē quoq; eorum quæ semper ad malum prona est vehemētius ad libidines incendunt, ignē igni addentes, & totum hominē.i.animam & corpus seruituti diaboli subiungantes. Ideo (vt dicit Isidorus) prohibetꝰ xp̄anis legere figmenta poetarum, quia per oblectamēta fabularum nimium mentē excitant ad incentiua libidinum. Non.n.thura solum offerēdo dæmonibus immolatur, sed etiam eorum dicta libentius capiēdo. Religioni itaq; christianæ quantum profit ac profuerit ars poetica iam quilibet ex his q̄ diximus cognoscere facile potest. Scientiam.n.ipsam penitus nullius esse vtilitatis: ego quidem non dico, quia omnis scientia bona est & aliquid perfectionis confert intellectui. Verum quantum ad intelligētiam scripturarum sacrarum pertinet, non multum vtilis est. Potest.n. christianus earū cognitionē sibi perfecte vendicare sine huius artis cognitione, prout in libris poetarum aut philosophorum traditur, eo ꝙ scripturæ exemplis & similitudinibus plenæ sufficienter docēt ea quæ ad modum arguendi poetarum pertinent. Siquis tamen ipsam artem poeticam haberet, idest ea quæ ad artis scientiam

pertinent, non nihil sibi prodesse. Modus autem artis quem nunc nostri poetæ seruant & gentiles seruauerũt, hoc est metrorum ac fabularum laudum'que deorum vsus, adolescentibus pestis est perniciosissima. Et certe ad hoc probandum laborarem, nisi sole clarius appareret. Experientia enim ipsa rerum magistra ita nostris oculis mala quæ ex peruerso vsu poeticæ artis eueniunt manifestat, vt non oporteat in probatione sudare. Contra hoc poetarum genus Plato legem ferendam censuit, quam nostri Christiani hodie nec intelligere nec seruare volunt, vt in die iudicii surgat Plato & infidelis homo christianorum capita condemnet. Ait enim ferendam esse seruandamq; legem vt poetæ de ciuitatibus pellantur, quia omnia & exemplo & auctoritate falsorum nephandissimorumq; deorum ac turpissimorum versuum pruritu titillationeq; deuastantes libidinibus ignominiosissimis repleuerunt. Quid igitur faciũt principes nostri? Cur hæc mala dissimulant? Cur legem non ferunt? vt non solum tales poetæ ciuitatibus expellantur, sed etiam libri eorum aliorumq; veterum qui de arte amandi, de meretriculis, de idolis ac de demonum spurcissima nequissimaq; superstitione editi fuerũt igne vsque ad puluerem consumantur. Multum enim prodesset ciuitatibus, si libris paganorum qui deorum falsorum laudes, improbos mores, ac ignominiosa flagitia continent, igni traditis, cæteris vero qui veritates speculatiuæ practiceq; philosophiæ docent ab adolescentulorum oculis subtractis catholicorum virorum pueri lac primum sugerent, & doctrina christi eorum ingenia tenella ante omnia imprimerentur. Quia vt dicit philosophus. non est parum in principio adolescentes sic vel sic assuescere, immo multum, immo totum. Principium enim est plus q̃ dimidium totius, hoc firmius attestante scriptura quæ ait. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea. Nam post veritatis co-

gnitionem,philosophorum falsitates facilius apprehendere ac impugnare possent dicente philosopho. Cognitio veritatis est solutio dubitatorum. Non enim religio nostra caret doctissimis & eloquentissimis viris, vt indigeamus paganorum disciplina. Et si quis dicat eos nō tanta pollere eloquentia quanta .M. Cicero & Demosthenes & Æschines & alii multi, ego melius puto christianos moribus ornatos minori fulgere eloquentia, q̄ȝ propter eloquentiam Christi nomen perdere. Et tamen post disciplinam in libris nostrorum acquisitam possent sine periculo animæ ad librum, philosophorum gentiliumq; transire. Modus itaque artis poeticæ qui nunc fere ab omnibus seruatur christiano est fugiendus, & maxime ab adolescentulorum animis tenellis est remouendus. Verum quidam non amatoria, non laudes idolorum, non turpia, sed virorum fortium gesta atque moralia versibus descripserunt, et bene vsi sunt arte poetica & modo eius. Hos igitur dammare nec possum nec debeo. Vtrum tamen ipsorum libri sint vtiles religioni nostræ discutiendum est. Et quidem posset aliquibus videri eos non solum vtiles esse, sed maxime necessarios adolescẽtulorum animos aliorumq; virorum ad bonos mores excitandos. Sed siquis hoc recte consideret & secundum regulam fidei ac spiritussancti doctrinam subtiliter ab omni passione alienus examinare voluerit, inueniet quorundam huius generis poemata religioni nostrę magno esse dedecori, quorundam vero prorsus exiguæ vtilitatis. Nam aliqui poetarum qui nondum de diuinis loqui didicererunt, siquando Christum eiusq; virginem matrem in suis carminibus laudare velint, ore turpissimo atque fetulentissimo blasphemant. Nescientes enim scripturas deiq; virtutem, sub nomine spurcissimi libidinosissimiq; iouis & aliorum falsorum deorum, impudicarumq; dearũ atq; nympharum, omnipotentem deũ & ineffabilẽ creatorẽ nr̃m,

quem nominare minime licet nisi sicut in scripturis ipse suis nos docere dignatus est:& castissimam genitricē eius spiritusq; beatos & electorum animas laudare simulantes:ineptissimis atq; nephandissimis nominibus vituperant.Et quāuis recte verba eorum interpretari possint:sciant tamē deo & sanctis eius huiuscemodi prçconia sub tam indignis nominibus nullomodo placere. Scriptum est enim in Osea propheta. Non vocabit me vltra Baalim:qđ interpretatur Superior.Vbi dicit glosa. Quāuis de deo recte baalim dici possit:propter similitudinem tamen nominis idoli caueri debet. Deus enim qui est super omne nomen: laudari non debet nisi per nomina quæ in scripturis sanctis & doctrina ecclesiæ sunt vsitata.Nam & Augustinus in.10.lib.de ciuita. dei sic inquit. Liberis verbis loquuntur philosophi nec in rebus ad intelligendum difficillimis offensionē religiosarum aurium pertimescunt.Nobis autem ad certam regulam loqui phas est:ne verborum licentia etiam de rebus quæ ipsis significantur impiam gignat opinionem. Horum igitur poetarum opera non diuina non moralia:sꝫ animalia:quin potius diabolica appellauerim. Aliorum vero qui recte deum & sanctos nominantes laudes nostræ religionis descripserunt:vel nullius vel exiguę vtilitatis in ecclesia esse facile demōstrare possumus. Quia enim litera occidit. Spiritus auteꝫ viuificat:Christianus debet omni studio relicta carnali sensibiliq; delectatione:quantum potest ad spiritum trahere seipsum.Hçc autem carmina ad sensum & ad aurium pruritum trahunt hominem:a spiritu reuocantes.Cuius rei signum est: qa & ipsi auctores si veritatem negare noluerint quā etiam si ore negabunt multis tamen manifestissimis indicijs ostendent:magis laudari de ornatu & carminum cursu ac vocabulorum integritate gestiunt q̄ de disciplina morum descripta.Nam & maiori eis cure est integritas locutionis q̄ doctrinæ:nec possunt inanis glorię vitare pec-

catum:immo nec abſcondere. Videbis enim eos cum eorum carmina vel leguntur vel laudantur applaudere: nec poſſe ſe continere:quin & ipſi os proprium ad ſuas laudes extendant: & ſcribentes nonnunquã contra inanis gloriæ cupidinem:ita de genere dicendi & ornatu proprio inflantur:vt ſui penitus immemores: & quaſi phrenetici videantur::dum ſeipſos pariter & laudant & vituperant. Si ergo auctores de ſua propria doctrina fructus non capiunt: quid diſcipuli excerpere poterunt? Hic credite mihi modus ſcribendi ſolum paſcit aures: & mentes vacuas relinquit. Et quãquam hæc ſtudia ſequentes videantur exterius moribus ornati: intus tamen a ſuperbia lacerantur. Sciant tales ꝙ ſuperbię rabies tanto magis depaſcit hominis interiora: quanto exteriora ſunt magis ornata. Fomentum enim principale & maximum illius generis ſuperbię quæ vix vnquam eliminari poteſt exterior eſt cultus ac virtutum ornatus. Vbi intus non eſt chriſti perfectus amor. Nam tales ſanari vix poſſunt: quia nec ſeipſos infirmos putant: nec ab alijs exiſtimantur infirmi. Vnde ſæpe viros perfectiſſimos ac ſanctiſſimos magniſq; operibus ornatos hoc genus ſuperbiæ magno impetu aggreditur. Qui niſi intus ſpiritu ſancto reuocati eius conatus fortiter expellerent: ab ea tanto diriore morſu depaſcerentur quanto exterius operibus perfectioribus ornarentur. Quia igitur ſcientia inflat, charitas autem edificat, Deus qui linguas fecit diſertas: noluit ſcripturas ſuas ornari facundia paganorum. Vnde & ſanctus Hieronymus: qui nobis eas latinas fecit: ſeculari eloquentia facundiſſimus: a ſpiritu ſancto permiſſus non fuit vt diuinas hiſtorias ſententiaſq; verbis tullianis & virgilianis decoraret. Sciebat enim ꝙ ſic animos detinuiſſent in verbis ꝙ mens non paſceretur in medulla: & ꝙ ex eis potius homines inflarentur q̃ diſcerent. Vnde etiam Euſebius Pamphilius in.8.libro ſuo de euangeli

ca præparatione narrat quosdam a deo fuisse percussos quia sacras scripturas oratorio ac poetico fuco ornare voluerunt. Ait enim ꝙ cum Ptolæmeus auditis de lege mosaica multis quæ in græcam linguam fuerant translata: miraretur: dixit Demetrio. Quomodo nemo poetarum neq; historicorum de tot tantisq; rebus gestis vllam mentionem fecit. Cui Demetrius. Diuina hæc lex est: & a deo data vt vides. Ac ideo si qui tetigerunt a deo percussi resilierunt. affirmauitq; audisse se a Theopompo quia cœperat nonnulla a iudaica scriptura translata græca oratione ornare. & ilico turbatione quadam mentis & animi perculsus magno studio se deum orasse cuius rei gratia id sibi accidisset: audiuissetq; per somnu3: quia res diuinas orationis lenocinio inquinatis hominibus ederet. Ego quoque ipse inquit a Theodecto tragediarum poeta accæpi: ꝙ cum is nonnulla a iudaica scriptura ad fabulam quandam transferre vellet luminibus captus fuerit. qui quoniam credidit hac de causa id sibi euenisse magno tempore pœnitentiam egit: & tandem sibi visus fuit sic restitutus. Tunc rex magna cũ diligentia sancte scripturam iudaicam reseruari iussit. Hæc ille. Voluit ergo deus talem loquendi modum inuenire: quo nullus vnquam vsus. nec aliquis postea vti posset qui humilitate animos stabiliret & charitate inflammaret. In hoc enim maxime sacra scriptura ab alijs scientijs distat: quia hæc dum legitur humiliat animu3 & calefacit: scientia autem paganorum inflat & ad terrena deijcit. Libri itaq; quoque nostri poetæ de religione: de moribus & de virtutibus ediderunt veritatem fidei lenociniis paganorum fucoq; tegentes: etiam si videantur prima facie valde vtiles ac necessarij: tamen sapientibus quæ dei sunt & species intima cernentibus: spiritualibusq; viris: qui secundum Apostolum omnia iudicant & ipsi a nemine iudicantur: ad bonos mores nutriendos: ad verę fidei soliditatem ad charitatemq;

de corde puro & conscientia bona ac fide non ficta: parum vtiles videbuntur. Quod hinc manifestissime probatur: quia prædictos sanctos viros spiritu dei plenos tales libros legere & in eis immorari nunquam inuenies. Siquis tamen nostram in hac parte sententiam approbare noluerit: eo q nimis videatur durum bonarum artium codices reijciendos & nihilifaciendos putare: mollius animalibus hominibus loquamur. Animalis enim homo (vt dicit Apostolus) non percipit ea quæ sunt dei. Stultitia enim est illi: & non potest intelligere quia spiritualiter examinatur. Arbitramur ergo horum libros hanc maximam afferre vtilitatem: q adolescentes lubrici carnisq; illecebris inuoluti: dum talium carmina poetarum legunt: occupantur interim & turpia ac amatoria deserere suadentur, non tamen vsq; adeo prosunt: vt ad veram cordis compunctionem puritatemq; ac christianam sanctimoniam eos reuocare valeant. prurítus enim & modulatio versuum non sinit legetem ad interiora redire. Quod si hoc quoq; non placet: adhuc eorum voluntati alludentes mollius aliquid dicemus. Concedamus nonnunquam eorum carmina ad compunctionem animos reducere: & a mortuis peccatores reuocare. tamen hoc adeo per rarum est vt nullus forte etatis nostrę miraculum tale viderit. Ego certe in cordis mei simplicitate fateor tale quid me nunquam audisse nec legisse nec vidisse. Quāq; ergo talis scribendi modus secundū se dānari non possit eo q in se non est malus: quia tamen valde modicam religioni nostrę vtilitatem confert non est magnifaciendus. Et siquis totam vitam suam huic studio mancipauerit: profecto non erit laude dignus: tum propter eius artis inopiam: tum propter eius infimum gradum. Cum enim ars poetica sit infima scientiarum. quam laudem meretur inter sapientes & doctores qui semper in infimis iacet. Hortor

igitur vos o poetę ad superiora conscendere, & ne velitis semper inter pueros commorari. Vanissimam idolorum superstitionem fugite, & ad christi crucem, ac simplicitatem humilitatemq; conuolate, & gloriam ab eo percipietis æternā. Qui cum patre & spiritu sancto est deus benedictus in secula seculorum. Amen.

FINIS.

B2 25 3

COMPENDIVM LOGICES

Fratris Hieronymi Sauonaro-
læ de Ferraria ordinis præ-
dicatorum, nuper re-
cognitum.



Præfatio fratris Hieronymi Sauonarolę ordinis prędicatorum in compendium Logicæ.

QVoniam logica est rõnalis scientia ad oĩum methodorum principia viam habens, sine qua cæteræ scientiæ perfecte acquiri non possunt, nonnulli sacrarum literarum amatores eius cognitionem habere desiderant. Verum multi tum propter eius difficultatem, tum propter librorum Aristotelis obscuritatem, tum propter magnas sophystarum ac varias verborum inuolutiones, tum etiam propter infinitas quodammodo diuersorum authorum discrepantes opiniones, ob hoc tám necessario studio retrahuntur. Ego igitur eis compatiens, cum cõfidentia diuini auxilii statui breuiter, distinctæ & faciliter totam dialecticam ex dictis excelletissimorum virorum more mathematico ita in vnũ colligere, vt omnes qui eam perdiscere cupiunt prætermissis obscuritatibus facilẽ ad eam viam habeãt & planam. Quia igitur logica principaliter intendit tradere notitiam syllogismorum seu argumentationum, & syllogismi ex propositiõibus cõstant, propositiones autem ex simplicibus vocibus cõponuntur, primo tractandum est de simplicibus vocibus. A diffinitione ergo vocis incipiamus.

COMPENDIVM LOGICÆ FRATRIS HIERONYMI DE FERRARIA ORDINIS PRÆDICATORVM.

De principiis syllogismorum Liber primus.

Prima conclusio siue prima regula.

1 *Ox est sonus animalis causatus ab anima ex percussione respirati aeris ad arteriam vocalem cum quadam imaginatione.* 2.de aīa t.c.90.

Nam soni inanimatorum corporū & illi q fiunt absq; imaginatione vt est tussis, & qui nō fiunt in arteria vocali ex percussione respirati aeris vt sunt quidam soni, quos quædam animalia aquatica cum branchiis faciunt, non sunt proprie voces, sicut nec illi qui fiunt in fistulis ab hominibus, vt dicit Aristoteles in secundo de anima.

2 *Vox significatiua est quæ præter sonum auditum aliquid intellectui repręsentat.* Boe. 1. pier. c. d̄ noie.

Vt hæc vox homo quæ præter sonum suū repræsentat intellectui rem ipsam quæ est homo.

3 *Vox non significatiua est quæ nihil aliud repręsentat intellectui pręter ipsum sonum.*

4 Vt hæc vox buba vel coax. Nihil.n. repræsentat intellectui ex prolatione harum vocum præter sonum. 1. pih. lec. 2.

Vox significatiua naturaliter est quę omnibus homini-

bus præter sonum suum repręsentat idem.

Vt latratus canum, qui significat præter illum sonum iram canum apud omnes. Et similiter gemitus infirmorum, significat tristitiam apud omnes.

Vox significatiua ad placitum quę non idem per illum sonum repręsentat apud omnes. 5

Hæc.n.est vox quæ imposita est ad significandum ab hominibus ſm beneplacitum voluntatis eorum. Nā posset & aliud quid & alio modo significare, vt hæ voces, lapis, lignum, aurum, & si quæ sunt hmōi, quæ apud græcos vel hebræos, vel nihil significant, vel nō idem quod significant apud latinos. Quāuis ergo res & mentis conceptus sint idem apud omnes, non tamen voces, & literę, quæ easdē res significant, vel eosdē mentis cōcęptus. Nam voces sunt inuentę ab hominibus ad exprimendū sibi inuicē conceptus mentis. Literę vero ad conseruandum voces quæ per se conseruari non possunt.

Sā. tho. opusc. 42 1. de na. ge. circa me.

Vox primę intentionis est quę significat concæptum qui est immediate accęptus a re, & est similitudo eius, & in ea immediate fundatur. 6

Vt hæc vox homo, quæ inuenta est a latinis ad exprimendum concæptum qui habetur de natura humana, q quidē accipitur ab ipsa natura humana & est similitudo siue imago eius, & in ea immediate fundatur, quia natura humana est eius obiectum immediatum.

Vox secundę intentionis est, quę significat concæptum mentis, accæptum immediate, non a re intellecta, sed a modo intelligendi ipsam rem. Et immediate fundatur in ipsius rei primo concęptu. 7

Nam postq̄ intellectus concæpit naturam humanam ſm primam intentionem postea incipit eam comparare singulis hominibus, & cum videt q̄ oībus singularibus

hominibus conuenit, format alium concæptum de natura humana, quia primo eam ſm ſe conſiderabat nūc aūt cōſiderat eam ſm ꝙ eſt in multis, vel in omnibus hominibus. Et iſte concæptus dicitur ſecunda intentio, q acceptus eſt non a re immediate, q̄ eſt natura humana, ſed ab illo mō intelligendi quo eam intellexit omnibus hominibus conuenire. Et ſic vocat eam vniuerſalē vel ſpēm, vel cōem. Vnde iſtę voces genus, ſpēs, differentia, proprium, accidēs, indiuiduum, vniuerſale, prædicabile, & ſi quæ ſunt hmōi, ſunt voces ſecundæ intentionis.

8 *Genus eſt quod prædicatur de pluribus differentibu ſpecie in eo ꝙ quid.* por.c. de genere.

Prædicari alterum de altero, eſt enunciare hoc eſſe illud. Vt cū dico, homo eſt animal, animal dicitur prædicatum, quia de homine enūciatur, homo aūt quod ſuſcipit nomen & prædicationem animalis dicitur ſubiectū. Illa aūt dicuntur differre ſpē, quæ ſunt diuerſarum naturarum, quæ quidē diuerſitas cognoſcitur ex diuerſitate figuræ, & propriarum operationum, vt homo, & leo, & equus, qui differūt ſpecie, vt patet ex figura & proprie operatione vniuſcuiuſq;. Illa autem differunt numero ſolum q̄ habent eandem naturam ſpecificam, ſed tamen ſunt diuerſæ res, vt ſinguli homines. Dicuntur aūt differre numero, quia in numerando differunt, dum ſemper alius & alius accipitur. Illud autem dicitur prædicari in quid quod reſponderi poteſt ad interrogationem factā per quid, vt cum dico, quid eſt homo, non recte reſpondetur albus vel rōnalis, ſed animal. Igitur animal prædicatur in quid de homine. Quicquid igitur prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo ꝙ quid eſt genus, vt animal & corpus.

9 *Species eſt quod ſubeſt generi, & prędicatur de pluribus differentibus numero in eo ꝙ quid.* por.c. de ſpecie.

Quia.n. ſpēs & genus ad inuicem referūtur & ſpecies

est alicuius generis species, & genus alicuius speciei, vel aliquarum specierum genus est, idcirco necesse est speciẽ in descriptione generis poni, & genus in descriptiõe speciei, vnum enim non potest esse nec intelligi sine reliquo. Quanuis autem animal & corpus quæ sunt genera prædicentur de pluribus differentibus numero in eo ꝙ quid, non tamen hoc faciunt inquantum genera, sed inquantum species. Tunc enim assumunt sibi rationem speciei. Quicquid enim subest generi, & prædicatur de pluribus differentibus numero in eo ꝙ quid, est spẽs.

vbi su. *Genus generalissimum est illud quod ita est genus ꝙ nunq̃ est species.* 10

Supra ipsum enim non potest aliud genus venire. Et sunt decem genera generalissima. Videlicet. Substantia. Quantitas. Ad aliquid. Qualitas. Agere. Pati. Esse in loco. Esse in tempore. Situm esse. & habere. licet enim quędam sint communissima vt sunt res, ens, verum, vnum, bonũ & aliquid. & si qua alia sint huiusmodi non tamen sunt genera, quia non prædicatur de illis decem ſm eandem rationem vel æqualiter & vniuoce hoc autẽ magis patebit inferius.

vbi su. *Species specialissima est quę ita est species: ꝙ non est genus.* 11

Infra ipsam enim nulla species inuenit, vt est homo, capra, leo, quę non diuiduntur in diuersas species sed in indiuidua.

vbi su. *Subalterna genera sunt, quę & genera sunt & species ad aliud quidem & ad aliud relata.* 12

Vt sunt corpus & animal, quæ sunt inter generalissimum puod est substantia, & inter specialissimum, quod est homo. Si enim referantur ad substantiam, sunt species. Si autem ad hominem, sunt genera. Vnde habent duas habitudines ex quibus diuersa vocabula sortiun-

tur. Genus autem generalissimum habet solum vnam habitudinem, scilicet ad inferiora, ex qua sortitur nomē generis. Si autem ad superiora referatur, non sortitur nomen speciei sed inferioris. Similiter species ex vna tantum habitudine, scilicet ad superiora sortitur nomē speciei. Ex habitudine autem ad inferiora, nullum aliud nomen sortitur præter nomen speciei.

13 *Differentia est quod prędicatur de pluribus specie differentibus in eo quod quale.* por.c. δ dria.

Quædam enim res differunt aliquando per aliquod accidēs sicut Sortes differt a Platone, quia ille albus est, iste vero niger, vel cignus a coruo. Ista ergo accidentia quibus hæ res differunt, siue a re possint separari, siue non, non possunt proprie dici differentiæ rerum simpliciter sed differentiæ accidentales. Illam igitur appellamus proprie hoc in loco differentiam quæ facit differre alterum ab altero ƒm substantiam vt est rationale & sensibile. Vnde glosandum est cum dicitur in eo ꝙ quale. ſ. substantialiter non accidentaliter. Prædicari aūt in quale illud dicitur quod respondetur per interrogationē factā per quale. Vnde cum dico qualis est homo, recte respondetur rōnalis. Igitur rōnale p̄dicatur in quale. Nota aūt ꝙ & si sint quædā differentiæ specierū specialissimarum q̄ conuertuntur cum spē, & de sola illa specie p̄dicentur, tamen data est diffinitio hoc modo ꝙ. ſ. differentia p̄dicatur de pluribus differentibus spē, quia illę tales differentiæ a nobis ignorantur. Vnde descripta est differētia ꝑ iis q̄ sunt nobis notæ. Hæ aūt sunt quæ prædicantur de pluribus differentibus specie in eo ꝙ quale. Ad complectendum aūt omnes differentias posset sic differētia diffiniri, quod. ſ. est quod p̄dicatur de spē, vel de pluribus differentibus specie in quale substantialiter.

14 *Proprium autem est inseparabile accidēs quod soli alicui subiecto inest, & omni contento sub eo, si est species* por.c. δ ꝓprio.

vel aliud vniuersale. Et semper.

Accidens.n.dicitur non eo modo quo statim diffinietur, sed eo mõ quo qcquid non est de substantia rei esse accidens rei dicitur cum inest ei. Est.n. proprietas quæ sequitur substantiam rei quæ a re separari non potest vt risibile in hoie. Solet etiã dici proprium quod omni inest, sed non soli, vt homini esse bipedẽ. Sed hoc nõ est proprie dictũ. Et similiter quod soli sed nõ omni, vt hoiem esse medicũ. Et quod omni & soli sed nõ semper, vt canescere homini tm in senectute accidit. Et hæc duo magis proprie dicuntur. Sed maxime proprium est illud quod dictum est. Vnde dicitur proprium quarto modo.

por.c. de ac. *Accidens est quod adest & abest. vel põt intelligi adesse vel abesse prẹter subiecti corruptionem.* 15

Est enim natura quæ alteri inest semper, qa per se esse non potest. Et tamẽ subiectum in quo existit potest esse sine ea & cum ea ẽm rem vel secundum intellectũ præter sui corruptionem, vt albedo in homine. Nam homo potest esse sine albedine, & si ei adueniat nõ corrumpetur. Et similiter nigredo in coruo. Potest.n. intellectus concipere ꝙ coruus sit & non sit niger, sed albus vel alio colore coloratus.

Sã. tho. opus. de nã. ge. *Vniuersale ẽ qđ est in multis, & prẹdicatur de multis.* 16

Vt sunt ea q̃ dicta sunt. s. genus, spẽs, differentia &c.

Prẹdicabile dicitur quicquid est aptum natum prædicari de pluribus. 17

1. pih. c.5. Vt est homo, animal, & huiusmodi cõmunia. Nam indiuiduum non proprie prædicabile dicitur quia de vno solo prædicatur, scilicet de seipso.

vbi su. 5.t. pria 29.4. *Indiuiduũ est illud quod in seipsum est indiuisum & diuisum a quolibet alio a se.* 18

Ea.n. quæ sunt cõia dicuntur in se ipsa diuisa. ꝑ eo ꝙ multis cõicari possunt. Indiuiduum aũt nulli potest cõ-

municari vt est Sortes & Plato, qui cũ sint distincti a cæteris rebus de aliis prædicari non possunt..

19 *Vox vniuoca est quæ pluribus conuenit secundum eandem rationem ab ipsa voce sumptam.* pdica/ mẽtorũ c.1.

Quia enim vox mediantibus conceptibus significat, vel etiam ipsos conceptus, qui cõcæptus sunt quasi rationes rerũ, quia vt dicit Aristoteles rõ quam significat nomen est diffinitio, & vna vox potest plures res significare, idcirco accidit aliquãdo ꝙ vna vox pluribus rebus conuenit, quæ sub vno concæptu comprehenduntur siue sub vna ratione illi voci correspõdente vel acceptа ab illa voce. Et tunc illa vox dicit vniuoca seu vniuocatio, & res sub illa voce cõprehensæ appellãtur vniuoca. Sicut hæc vox homo q̃ omnibus hominibus conuenit, qui omnes sub vna ratione & vno concæptu comprehenduntur. i. sub ratione naturæ humanæ q̃ omnibus equaliter conuenit, qui quidem concæptus illi voci homo correspondet, quia nihil aliud significat q̃ ipsam naturam humanam, vel eius concæptũ. Hæc igitur vox homo dicitur vox vniuoca, & oẽs homines in hac voce vniuocantur. Vnde vniuoca dicuntur quorum nomen commune est & ratio substantię ab illo nomine sumpta est eadem. Sã. tho. opus. 31. c. 3.

20 *Vox ęquiuoca est quæ pluribus conuenit secundum diuersas rationes ab illa voce sumptas.* vbi su.

Aliquando enim vna vox pluribus conuenit rebus q̃ non comprehenduntur sub vno concæptu illi voci correspondente, quia illi voci plures rões correspondent. Vt hæc vox canis quæ conuenit pisci marino, sideri cœlesti, & cani latrabili, sed sub diuersis ratõnibus illi voci respõdentibus. Nam intellectus aliam rationem naturæ caninæ accipit in vno, & aliam in altero, quia alia & alia rõne dicitur canis sydus cœleste, & piscis marinus, & latrabilis canis. Hæ igitur res dicuntur æquiuoca, quia no

men eis solum commune est,& ratio substantiæ ab illo nomine sumpta est diuersa. Et vox illa quoq; dicit̃ æquiuoca, vel melius æquiuocatio.

s.t.pria 13.5.19 opus.31 c.3. *Analoga vox est quæ pluribus conuenit rebus secundũ rationes partim diuersas & partim easdem ab illa voce sumptas.* 21

Nam aliquando vna vox pluribus conuenit rebus quæ habent rationes partim easdem & partim diuersas ab illo nomine sumptas, quia in aliquo conueniunt & in aliquo differunt. Et tunc illa vox analoga vocatur, vt hæc vox sanum quæ conuenit animali inquantum est subiectum sanitatis,& vrinæ inquantum est signum eiusdem sanitatis,& medicinæ inquantum est effectiua eiusdem. Hæ igitur rationes differunt in hoc ꝙ in vna ponitur subiectum, in altera signum, in tertia vero effectiuum. Conueniunt autem omnes in sanitate, & ibi terminantur sicut diuersæ lineæ ad eundem punctum. Res ergo istæ dicuntur conuenire in hac voce sanum ẜm analogiam.

prædi. vbi su. *Vox denominatiua siue denominans est quæ ab aliqua re sumitur, cuius nomen ab ea differt in fine pronunciationis & conuenit in principio.* 22

Vt hæc vox iustus quæ sumitur a iustitia quæ est in iusto,& differt a nomine iustitiæ in fine pronunciationis,& cõuenit in principio vt per se patet. Studiosus ergo & si a virtute dicatur, non tamen denominatur. Et similiter mulier musica a musica disciplina denominatiue non dicitur.

pdi.c.2. *Quædam voces significant ea quæ nõ sunt in subiecto sicut accidens & prædicantur de subiecto.* 23

Vt homo, animal,& corpus. In subiecto enim illud dicitur esse tanquam accidens, quod cum sit in altero, non tamen est pars eius, nec potest esse sine eo, vt albe-

do quæ in margarita est non est pars margaritæ, & sine margarita esse non potest, manus autem & pes & si in altero sint, non tamen sicut accidens, quia partes sunt corporis, homo vero & corpus & similia in altero non dicuntur esse nec tanquam partes, nec tanquam accidentia, prædicantur tamen de subiecto, idest de inferiore. Aliter enim capitur subiectum cum dicitur quędam esse in subiecto, & aliter cum dicitur quædam prædicari de subiecto, per subiectum enim primo loco nominatum intelligitur substratum hoc est id quod accidenti substernitur, per subiectum autem secundo loco dictum intelligimus id quod inferius est secundum prædicationem. Omnes vero secunde substãtiæ. i. substantiæ cões non sunt in subiecto & predicantur de subiecto, q̃ sint autẽ secũde substantiæ statim dicetur.

24 *Quędã significant ea quę nec sunt in subiecto, nec prędicantur de subiecto.* vbi su.

Vt Sortes & Plato, & cætera indiuidua substãtiæ. ex eo. n. ꝙ sunt substantiæ non sunt in subiecto, qa substãtia est in subiecto, ex eo vero ꝙ sunt indiuidua, non dicuntur de subiecto. i. de inferiore.

25 *Quædam significant ea quę sunt in subiecto & prædicantur de subiecto.*

Vt color albedo & linea, & cætera accidentia communia. ex eo enim ꝙ sunt accidentia sunt in subiecto, quia omne accidẽs est in subiecto, quia vero sunt communia dicuntur de subiecto. i. de inferiore.

26 *Quędam significant ea quæ sunt in subiecto sed non dicuntur de subiecto.* vbi su.

Vt hæc albedo, hæc dulcedo, & quælibet indiuidua accidentium. quia enim sunt accidentia sunt in subiecto, ratione dicta, qa vero indiuidua, non dicuntur de subiecto quia carent inferiore.

pdi.c.4. *Voces quæ pertinent ad vnum genus generalissimū: ad aliud proprie ptinere nō possunt nisi ęquiuocę sint.* 27

Voces enim & res sibi inuicē correspondent. Et diuersorū generū & nō subalternatim positorū.i. quorū vnū non est sub altero: diuersę sunt species & differētiæ. Sūt verę species eorū & verę differentiæ.

pdi.c.de sba. *Quędam voces significant substantiam.* 28

Substantia aūt est res per se existens: & nulli inhęrēs sicut accidens. Vt homo animal & sortes & alia huiusmodi. Diuiditur autem in primam & secundam. Substantia autem prima est substantia indiuidua: quæ proprie est subiectum omnium accidentiu: vt sortes & plato: & hic lapis & hoc lignum. Substantiæ autem secundæ sunt genera & species: quę de substantia prima prædicantur: sine qua in rerum natura esse non possunt. Vnde corruptis primis substantijs: nihil remanet in natura quia sine ipsis nec sunt secundę substantię nec accidentia. Oīs ergo vox huiusmodi res significans est vox substātiæ.

pdi.c.de qti. *Quædam voces significant quantitatem.* 29

Est autem quantitas mensura substantię qua omnia mensuramus. Et quædam est continua vt linea: superficies: corpus, idest trina dimensio: quæ nihil aliud est nisi longitudo: latitudo: & profunditas corporum. Et similiter locus qui est superficies locantis: & tempus. Quædam autem est discreta vt numerus. Et sm hanc quantitatem vnum quodq; dicitur ęquale vel inęquale. Quęlibet ergo vox huiusmodi res significans est vox de prædicamento quantitatis.

pdi.c.re la. *Quędam voces significant ad aliquid siue relationes.* 30

Ad aliquid autē est id cuius esse est ad alterum vt dominus & pater. Dominus enim est serui dominus: & seruus domini seruus & pater filij pater: & filius patris filius. Et similiter simile simili simile & magnum ad par-

uum & paruum ad magnum: refertur. Relatio autem est id quod inter hæc extrema intelligitur esse: vt paternitas vel filiatio quæ intelligitur esse inter patrem & filium: & sic de alijs. Et sunt relatiua talis naturę q vnum non diffinitur: nec intelligitur: nec existit sine altero. Quælibet ergo vox hæc significans est de prædicamento relationis.

31 *Quædam voces significant qualitatem.* pdi.c.de qll.

Qualitas autem est accidens secundum quod vnumquodq; dicitur quale. Et quædam est habitus. idest qualitas de difficili mobilis: vt virtus & scientia quando est fortiter radicata. Quædam est dispositio idest qualitas de facili mobilis: vt cum quis habet scientiam alicuius rei quæ faciliter posset ab eo remoueri. Quędam est naturalis potentia vel impotentia: vt cu3 quis est bene naturaliter dispositus ad currendum: illa dispositio dicitur naturalis potentia a qua dicitur ille cursor. Vel cum qs naturaliter est facilis ad patiendum nociua: illa mala dispositio dicitur naturalis impotentia. Quædam est passio idest qualitas quæ subito ex aliqua passione innascitur: sicut pallor qui nascitur ex timore: vel rubor ex erubescentia: quando scilicet est talis quæ possit aliquo sensu percipi idest a visu: auditu: olfatu: gustu: vel tactu. Verum quando nō subito nascitur: sed est fixa in subiecto alijs de causis dicitur passibilis qualitas: non quia patiatur: sed quia causat passionem in sensu: idest informat sensum sua similitudine: vt albedo: & quilibet color: & odor: & sonus: & sapor: & caliditas: & frigiditas: & si qua sunt similia his. Quædam vero est figura vt circulus: quadratum: & aliæ species figurarum. Quædam est forma: hoc est ipsius figuræ qualitas secundum quam dicimus hanc figuram formosam illam vero mediocrem: vnde & homines dicimus formosos. Secundum has igitur qualitates dicuntur res similes vel dissimiles. Cō

trarietas autem maxime est in passibilibus qualitatibus & passionibus. Omnis ergo vox huiusmodi res significans pertinet ad prædicamentum qualitatis.

p̄di.c.de agere & pati.

Quædam voces significant actionem vel agere. 32

Vt calefactio & frigefactio: vel calefacere: & frigefacere.

Quædam significant passionē vel pati. 33

Vt susceptio: & suscipere vel calefieri: & simila.

Quędam vbi. 34

Vbi autem est esse in loco: vt esse in domo: esse in ciuitate.

Vbi sup. lib. sex princi.

Quędam situm esse. 35

Vt sedere: iacere: stare.

Quędam quando.

Qn̄ aūt est esse in tpe: vt esse in die: esse in anno. 36

Quędam vero habere, vel habitum. 37

Vt esse armatum: esse calciatum.

p̄di.c.12

Quędam voces sunt sibi inuicem opposite. 38

Hoc aūt nō est sic intelligēdū quasi vox ipsa s̄m se sit opposita voci: sed intelligendum est illas voces oppositas esse quæ res oppositas significant: sicut vox inhonesta dicitur quæ aliquod turpe significat Quia ergo multę res sunt sibi inuicem oppositę: dicimus etiā voces res oppositas significantes sibi inuicem opponi.

Contradictorię voces sunt illę quarum vna cum negatione, altera vero sine negatione profertur. 39

Vt homo: non homo.

Vbi sup.

Contrarię autem quę contrarias qualitates significāt. 40

Sicut hę voces. Calidum & frigidum. Album & nigrum. Contraria enim sunt qualitates quæ non possunt simul esse in eodem subiecto: & maxime distant sub eo-

dem genere. Album enim & nigrum sub genere coloris maxime distant. Nulli.n. alij colores tantū distant sicut album & nigrum. Et quædam habent medium: vt albus & nigrū quæ habēt medios colores: quædam vero minime: vt sanum & ægrum in animali. Aliquando autem medium noiatur per negationem vtriusq; extremi: vt inter bonū & malum: quod neq; bonū est neq; malum.

41 *Oppositæ voces secundum habitum & priuationem sunt illę quarum vna aliquā formam significat alterā vero illius formę priuationem.* vbi sup.

Priuatio enim est negatio formæ in subiecto apto nato habere illam formam vt cæcitas quæ priuat visionē in oculo apto nato videre. Cæcitas ergo & visio sunt priuatiue opposita: & visio quidem habitus est siue forma cęcitas vero priuatio habitus & formę.

42 *Voces autem oppositę secundū relationem sunt quę significant relatiua.* vbi sup.

Vt pater & filius de quibus iam dictum est.

43 *Vox primę impositionis est quę significat rem non vocis conditionem.*

Sicut hæc vox lapis: aurum: & lignum.

44 *Vox secundę impositionis est quę significat non ipsas res sed vocem ipsam vel vocis conditionem.*

Vt hę voces nomen: & verbum: participium: oratio: ꝓpositio enunciatiua: & si quę sunt hmōi. Primo enim homines imposuerunt vocabula rebus: deinde ipsis vocabulis pp diuersas eorū proprietates. Et quædam vocabula quæ per casus flectunt̄ noīa vocauerunt: quædam quæ non flectuntur verba: quædam vero cōposita orationes. Et sic multa genera vocum constituerunt. Boe. 1. pih. c. de noie.

45 *Apud logicos duę sunt tantum partes orationis scilicet nomen, & verbum.*

Omnes.n.voces significatiuas per se vocant nomina vel verba, vnde & aduerbia cum nominibus collocãtur, participia vero sunt quasi quoddam mediũ inter nomẽ & verbum, nam & flectũtur per casus sicut & nomina & significant cũ tempore sicut verba. Verum quia id quod apud logicos proprie est verbum cum nomine semper facit orationem verũ vel falsum significantẽ quod participiũ cum alio nomine iunctum facere non potest sine verbo, melius ẜm logicos participium cum noĩe q̃ cum verbo collocabitur. Cæteræ vero voces quę nihil per se significant sed cõsignificant, vt hæc vox, oĩs, vel nullus quidã, aliquis, & cæteræ hmõi, cũ coniunctionibus & distinctionibus & cæteris orationum colligationibus, sincategorica.i. consignificatiua appellant.

1.pih. c.2. *Nomen est vox significatiua ad placitum, sine tempore, cuius nulla pars significat, separata, finita, & in recto.* 46

Significare.n.cum tempore est cum significato principali trahere secum aliquã differentiam temporis. Cũ.n. dicitur lego, hoc verbũ significat actum legẽdi, & trahit secũ tp̃s pręsens. Nomen igitur potest significare tp̃s, vt hoc nomen dies, vel hora, nequaq̃ aũt cum tempore significabit. Partes quoq; eius non significant separatæ. Quãuis.n.partes huius nominis magister, quæ sunt magis & ter separatæ significent, non tamen significant inquantum sunt partes huius nominis magister, alioquin significarent partem magistri, quod nequaq̃ verum est. Dicitur aũt finita, quia nomen cum sit vox significatiua habet determinatam significationem, vox autem infinita vt hæc vox non homo indeterminatam, vnum enim negat & nihil ponit. Vnde similes voces cum negatione sumptę nomina infinita vocantur, sed non sunt proprie nomina. Similiter casus nominũ non sunt propriæ nomina. Nanq; nomina cum verbo semper faciunt orationem

nem veram vel falsam, sed si dixero, Cicerōis est, nullā feci orationem veram vel falsam. Nomen ergo in recto sumitur.

47 *Verbum est vox significatiua ad placitum cum tēpore cuius nulla pars significat separata finita, & recta.* vbi su. c. 3.

Infinitum quippe verbum, vt non lego, non, amo, & similiter obliquum vt currebat cucurrit apud logicum proprie non sunt verba. Vtitur autē logicus verbo indicatiui modi p̄sentis, temporis, presertim hoc verbo substantiuo, sum, es, est, in præsenti tempore. Et hoc est maxime verbum apud ipsum in quod reliqua verba resoluuntur. Cætera patent ex iis quæ dicta sunt de nomine.

48 *Oratio est vox significatiua ad placitum, cuius aliqua partium significat separata.* vbi su. c. 4.

Vt homo est animal. Est autem quędam oratio imperfecta, vt homo albus. Quædam sunt perfectæ, & harum quædam sunt imperatiuæ, q̄dam optatiuæ, quædā deprecatiue, quædam indicatiue. Logicus autem cæteris prætermissis de sola indicatiua tractat, quam enunciatiuam vocat.

49 *Enunciatiua est oratio significans verum vel falsum.* vbi su.

Vt deus est immortalis. Et diuiditur in affirmationem & negationem.

50 *Affirmatio est enunciatiua aliquid de aliquo enūciās.* vbi su.

Vt homo est rationalis.

51 *Negatio est enūciatiua aliquid ab altero remouens.* vbi su.

Vt homo non est lapis.

52 *Enunciatiua vniuersalis est quæ de vniuersali vniuersaliter enūciat, vel ab eo vniuersaliter aliq̄d remouet.* 1. pih. c. 5.

Vt omnis homo est animal, vel nullus hō est insensibilis. Vniuersale aūt dico illud quod de pluribus p̄dicatē cui cum additur signū vniuersalitatis dicitur tunc aliq̄d

vniuersaliter de eo enunciari si aliquid de eo enũciatur, vel ab eo aliquid vniuersaliter remoueri si aliquid ab eo remouetur, vt patet in exemplis positis. Signũ aũt vniuersalitatis est quod per se nihil significat, sed cũ vniuersali iunctum indicat ꝙ pro oĩbus vel pluribus vel nullis accipitur, vt omnis, quilibet, nullus, vterꝗ, & similia.

vbi su. 53 *Particularis est quæ de vniuersali particulariter enunciat, vel ab eo particulariter remouet aliquid.*

Vt aliquis homo est albus, aliqs homo nõ est albus. Signum aũt particularitatis est quod indicat vniuersale pro aliquo esse accipiendũ, vt quidã, aliquis, similia.

vbi su. 54 *Indefinita est quæ de vniuersali nec vniuersaliter nec particulariter enunciat, vel ab eo aliquid remouet.*

Vt homo est risibilis, homo non est immortalis.

vbi su. 55 *Singularis est quæ de singulari aliquid enunciat, vel ab eo aliquid remouet.*

Vt Plato est, Plato non est.

vbi su. 56 *Vniuersalis affirmatiua & particularis negatiua, vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua sunt contradictoriæ. Quarum lex est ꝙ non possunt esse vnq̃ simul veræ, nec simul falsæ.*

Vt omnis homo est iustus, aliqs homo nõ est iustus. Nullus homo est iustus, & aliquis homo est iustus. Hæc enim lex ita vera est vt nullus intellectus possit concipere contrarium vnde & est principium & fundamentum primum omnium conclusionum.

vbi su. c.5.6. 57 *Vniuersalis affirmatiua & vniuersalis negatiua sunt contrariæ. Quarum lex est, vt nunquã possint esse simul veræ, sed bene simul falsæ.*

Vt omnis homo est albus, nullus homo est albus. Si n. essent simul veræ ẽt duo contradictoria essent simul vera. Quia si vniuersalis est vera, ẽt pticularis ei corrñ-

dens seu subalternata illi est vera,& sic ista ēt esset vera, aliquis hō non est albus si ista est vera,nullus homo est albus,hęc aūt est contradictoria primæ positę.i.isti, oīs homo est albus,duo ergo cōtradictoria erunt simul vera.Similiter si ista est vera omnis homo est albus,etiam ista est,vera aliquis homo est albus q̄ cōtradicit illi,nullus hō est albus,& sic duo cōtradictoria erūt simul vera, quod est incogitabile.Nō ergo pn̄t cōtraria eē simul vera,cū tamen sint simul falsa vt patet in exemplo posito.

58 *Particularis affirmatiua & ꝑticularis negatiua sunt subcontrarię.Quarum lex est vt non possint esse simul falsę,sed bene simul veræ.* vbi su. c.5.6.

Vt aliqs hō est iustus & aliqs hō non est iustus.Sunt enim simul verę vt ex se patet. Si aūt essent simul falsę, earū contradictoria essent vera q̄ sunt duo cōtraria,duo igitur cōtraria essent simul vera qđ iam improbatū est.

59 *Vniuersalis affirmatiua & particularis affirmatiua, & similiter vniuersalis negatiua & particularis negatiua de eisdem terminis sunt subalternæ.Quarum lex est ꝙ si vniuersalis est vera,& particularis,non tamē econuerso.Et si particularis est falsa,vniuersalis quoq; est falsa,non tamen econuerso.* vbi su. c.5.6.

Vt oīs homo est animal,aliqs homo est animal & nullus homo est lapis,aliqs homo nō est lapis.Si.n.vniuersalis esset vera,& particularis falsa,duo contraria essent simul vera,quia tunc contradictoria illius particularis esset vera q̄ est vniuersalis,& cōtraria alteri vniuersali.


60 *Singularis autem affirmatiua semper est contradictoria singulari negatiuę de eisdem terminis.* vbi su. c.5.6.

Vt sortes currit,& sortes non currit.Nō enim possunt esse simul veræ nec simul falsæ. vbi su.

61 *In singularibus contingentibus de futuro necesse est al-* c.5.5.

terum contradictoriorum esse verum & alterum fal sum coniunctim non autem diuisim.

Vt necesse est cras esse vel non esse nauale bellũ. Non tñ necesse est esse cras nauale bellũ, nec necesse est ipsum nõ esse. Cõiunctim dico, qñ necessitas cadit super disiun ctioné. Diuisim aũt: qñ cadit super partes eius.



1. pih. c. 2. lec. 8. s. t. *Propositiones modales, quibus vtitur communiter logi cus sunt, quæ fiunt cum his modis. Necessarium possibi le, impossibile & contingens.* 61

In quibus quidem semper modus est prædicatum & dictum subiectum. Dictum autem voco orationem quã

modus determinat, vt cum dicitur, necesse est deum eẽ, dictum est, deum esse, & est subiectum, de quo necessitas enunciatur.

63 *Istę propositiones sunt vniuersales particulares indefinitæ, vel singulares, ratione dicti non autem ratione modi.* Sã. tho. opus.40 co.1.

Nam si dictum vniuersaliter sumitur, propositio dicitur vniuersalis, & similiter particularis, vel indefinita, vel singularis, si particulariter indefinite vel singulariter accipiatur. Ita enim vtitur eis Aristoteles.

64 *Possibile est tanquam genus: ad cõtingens & necesse.* s.t. pria 41.4.fecundũ.

Nam quicquid necesse est esse, & possibile est esse, sed non econuerso. Et similiter quicquid contingit esse, possibile est esse, sed non econuerso. Oportet enim ꝙ omne necesse esse & contingens esse sit possibile esse vel impossibile. Illud autem quod est necessarium vel contingens non potest dici impossibile, igitur possibile erit. Verum est tamen ꝙ contingens quod dicitur de iis proprie quę possunt esse & non esse, aliquando improprie extenditur ad necessarium, vt illud dicatur cõtingere quod necesse est esse, & sic contingens. & possibile non differunt. Et hoc modo nunc accipimus contingens quãuis sit improprie dictum. Posterius aũt eius significationem propriam prosequemur.

65 *Propositio de necessario, & possibili ęquipollent si modi & dicta dissimiliter se habeant.* 2.pih.e. 2.lec.10 s.t.

Hoc est secundum dissimilitudinem affirmationis & negationis, ita ꝙ si modus in vna sit affirmatus, in altera sit negatus. Et similiter si in vna sit dictum negatum, in altera sit affirmatum. Vt necesse esse, non possibile non esse.

66 *Propositio de possibili & contingenti æquipollent si modi & dicta similiter se habeant.* vbi su.

Vt possibile esse, contingit esse.

vbi su. *Propositio de possibili equipollet illi de impossibili, si* 67
modi dissimiliter se habeant & dicta similiter.

Vt possibile esse. Non impossibile esse.

vbi su. *Propositio vero de necessario, & impossibili equipol-* 68
lent, si dicta dissimiliter se habeant & modi similiter.

Vt necesse esse. Impossibile non esse.


2.pih. *Contradictio in his propositionibus fit per affirmatio-* 69
c.2. lec. *nem & negationem modi.*

8.9.s.t. Vt necesse esse. Non necesse esse.

vbi su. *Propositio que est. Necesse esse cum omnibus aliis que* 70
sibi equipollent est contradictoria huic. Non *necesse esse & omnibus sibi equipollentibus.* Et *est contraria huic.* Necesse *est non esse, & omnibus sibi equipollentibus.* Et *subalterna ei, & omnibus equipollentibus sibi est hec.* Non *necesse est non esse cum omnibus sibi equipollentibus.*

vbi su. Hec vero. Non *necesse est esse cum omnibus sibi equi-* 71
pollentibus est subcontraria huic. Non *necesse est non esse.* Et *subalterna huic.* Necesse *est non esse.* Que *cum omnibus sibi equipollentibus, est huic contradictoria.* Non *necesse est non esse; & omnibus equipollentibus sibi.*

Hæc autem omnia patent faciliter in figura sequenti, & probantur hæ due conclusiones per leges suprapositas & per rationes earum circa propositiones oppositas esse vel non esse significantes.



De vocabulis itaq; simplicibus, & enunciatiõe ex his cõposita quãtũ ad syllogismos cõponẽdos vtile est, copiose dictũ puto. Nunc aũt cætera breuius absoluamus.

Explicit liber primus.

Postilla in librum primum.

Postilla super hoc opus pro declarando ordine tam librorum q; conclusionum & primo super primũ librum qui est de principiis syllogismi, de quo principaliter intenditur in tota logica, quia per ipsum ad omnium methodorum principia viam habet, a principiis enim inci

piendum est. Duo igitur principaliter determinat auctor in hoc libro, fm duo genera principiorũ syllogismi, nã prius agit de principiis remotis q̃ sunt voces icõplexe, deinde de proximis, q̃ sunt voces complexe. Quo ad prima principia, ponit ergo diffinitionem vocis pro fundamento in. 1. conclusione, & quia non oĩs vox deseruit logico, subintellectis diuisionibus vocis, declarat membra seu spẽs eius in. 2. 3. 4. &. 5. in qua declarat vocẽ significatiuam ad placitum, quæ est intenta a logico. Quia vero & hæc diuiditur per vocem primæ intentionis, & secundę declarat vtrãq;, primam. s. in 6. & secundam in. 7. Secundo agit de vocibus secunde intentionis, de quibus principaliter intendit logica cum sit de secũdis intentionibus, licet adiunctis primis, & quia hæ voces reducunt̃ ad quinq; p̃dicata, determinat de illis. s. de genere in. 8. de specie in. 9. subiungens de generalissimo in. 10. de specialissimo in. 11. & de subalternis in. 12. hæc. n. oĩa spectant ad tractatum de genere, & spẽ, de differentia autẽ quæ est tertium prædicabile, in. 13. de proprio in. 14. & de accidente in. 15. sic. n. ordinantur. Quia vero hæc oĩa dicuntur & vniuersalia & prædicabilia, subiungit quid vniuersale, in. 16. quid prædicabile in. 17. & quid indiuiduũ quod contra illa diuiditur in. 18. Tertio volens determinare de vocibus primæ intentionis quæ dicuntur prædicamẽta, præmittit diuersitatem talium vocũ, & ex parte vocis, declarando quid vox vniuoca in. 19. qd' equiuoca in. 20. quid analoga in. 21. & qd denoĩatiua in. 22. sic. n. diuersificatur vox primæ intentionis ex pte ipsius vocis, & ex parte rei significate, declarãdo quomodo hæ voces significãt diuersas naturas rerum. s. vel substãtias vniuersales in. 23. vel singulares, in. 24. vel accidentia vniuersalia in. 25. vel singularia in. 26. subdẽs in. 27. regulam pro distinguendis vocibus vnius prædicamenti, a vocibus alterius, q̃bus præmissis agit de ipsis vocibus priæ intẽtiõis fm ordinẽ p̃dicamentoꝝ, a cõclusiõe. 28.

vsq; ad.37.prius aũt determinat in his, de voce significãte ad aliqd q̃; de voce significãte qualitatẽ, licet q̃litas sit ens absolutũ, q̃ð est prius respectiue q̃le est ad aliqd siue relatio, quia relatio vt plurimum fundatur in quantitate ideo post quantitatẽ determinat de illa, & quia voces primæ intentionis habent oppositionem ad inuicẽ, ꝺm oppositionẽ rerũ significatarum, consequenter agit de oppositione illarum, prius quidem declarando quõ habent oppositionem in.38. deinde prosequendo, tales oppositiones, ꝺm ordinem illarum in.39.40.41.&.42. Quo ad principia vero proxima syllogismi q̃ sunt enunciationes, quia fiunt ex nomine & verbo tanq̃; ex partibus, primo agit de illis quia prius de partibus est agendũ q̃; de toto, quia autem, hæc duo dicuntur voces secũdę impositionis, & vniuersaliter sunt partes oratiõis apud logicum, præmittit declarationem vocis primæ impositionis in.43.& secundæ in.44.& quomodo sola hæc duo sunt partes orationis in.45. deinde agit de ipso nomine, in.46.& de verbo in.47. prius autem agit de nomine q̃; de verbo, quia nomen significat substantiã rei, verbum autem actionem & passionem quæ sequuntur substantiam, & egrediuntur ab illa. secundo agit de enunciatione quæ dicitur de inesse, declarãdo genus eius quod est oratio in.48. diffiniẽdo ipsam in.49. declarãdo membra eius siue species in quas diuiditur & ꝺm qualitatem in.50.51. in quibus declarat quid affirmatiua & qd negatiua. hæ.n. diuidunt enunciationem ꝺm qualitatem & præmittit affirmatiuam negatiue quia est prior, & ꝺm quantitatẽ in.52.53.54.55. incipiens ab vniuersali q̃ est prior aliis.s. particulari, indefinita & singulari. in hæc.n. diuiditur enunciatio ꝺm quãtitatem, & quia possunt habere oppositionem ad inuicẽ presertim, diuersificate per affirmationem, & negationem, agit tertio de tali oppositione, incipiens a contradictoriis quæ plus aliis opponuntur in.56. quas sequuntur cõtrarie de quibus in.57.

& has subcon trariæ, de quibus in.58. has autem subalternæ quæ m inus omnibus opponuntur, de quibus in 59. & quia de singularibus est specialis d fficultas, ostendit quomodo opponuntur in.60. & quomodo se habet ad verum & falsum quæ sumuntur ſm earũ oppositionem, spãliter in contingentibus in.61. Quarto pro complemento huius libri agit de propositioĩbus modalibus hoc ordine quia primo declarat quæ sint propositiones modales apud logicum in.62. quomodo diuersificatur ſm quantitatẽ in.63. secũdo præmisso qũo se habet possibile ad necessarium & contingens in.64. agit de æquipolentiis harum propositionum, in.65.66.67.&.68. demum agit de oppositione earundẽ, ostendens qũo accipitur in.69. & quæ opponantur in.70.&.71. in quibus completur primus liber.

DE ARTE DIVIDENDI LIBER SECVNDVS.

Boe.li.d̃ diui. circa prin.



Iuisionum multæ sunt spẽs. Quædã enim sunt per se, vt diuisio generis in spẽs & totius in partes, & vocis in significationes. Quædam vero per accidẽs, vt diuisio subiecti in accidẽtia, & accidẽtis in sba, & accidẽtis ĩ accidẽtia. 1

vbi su. *Diuisio generis, in species fieri debet nisi nominibus careant.* 2

Nam genus totum quoddam est respectu specierum, & de ipsis prædicatur, sed comparatum differentiis se habet ad eas vt materia ad formam. Vnde non proprie de ipsis prædicatur, nec in eas diuiditur, nisi propter penuriam vocabulorum, qua fit vt pro speciebus differentiis vtamur.

3 *Differentię illę solę ad diuisionem generis sunt aptę quando per eas diuidimus genus, quę per se insunt.* vbi su.

Nam hæ solę informant speciem, & ad diffiniendum sunt aptę. Et ideo hæ solę loco specierum poni debent.

4 *Oportet ea quę diuidunt genus vel aliud quid a se aliqua oppositione disiungi.* vbi su.

Aliter non differēt ad inuicem. Omnis enim differentia est per aliquā oppositionem. Vbi autem inter mēbra diuidentia nulla est differentia, nulla potest esse diuisio. Non enim diuiditur bene animatum si dicatur, quoddā est animal, & quoddam est homo, quia homo & animal non opponuntur, immo sunt idem.

5 *Et quę diuidunt genus non debent opponi secundum affirmationem & negationem, nisi propter penuriam vocabulorum.* vbi su.

Quia negatio non potest esse species, nec etiam differentia, tollit enim & nihil ponit.

6 *Si propter penuriam vocabulorum cogimur diuidere genus per affirmationem & negationem, primo loco non est ponenda negatio.* vbi su.

Aliter autem aut nullum aut tardū dabit intellectū, cum negatio sit quasi infinitū quoddā, & id quod prius est posterius diceretur. Nā affirmatio est prior negatione, nec intelligitur negatio sine affirmatione.

7 *Per oppositionem priuatiōis & habitus non fit diuisio generis, nisi propter penuriam vocabulorum.* vbi su.

Quia priuatio nec est species, nec differentia.

8 *Si aūt fit diuisio generis per priuationem & habitum prius debet habitus poni, & secundo loco priuatio.* vbi su.

Propter eandem rationem quæ dicta est de negatione & affirmatione.

vbi su. *Per oppositionē relatiuā diuisio generis fieri nō dēt.* 9

Tum quia relatiua substantialiter nō a se discrepant, tum quia vnum in diffinitione alterius ponitur.

vbi su. *Per oppositionem contrariorum maxime est facienda diuisio generis.* 10

Quia cōtraria possunt eē vere spēs & vere differētiæ.

vbi su. *Omnis diuisio debet esse bimembris, si vocabula non deficiunt.* 11

Quia vni proprie vnum est contrarium.

vbi su. *Potest idem genus multipliciter diuidi.* 12

Nam continet multas species & differētias, vt animalium quædam sunt rationalia quædam irrationalia. Et animalium quædam habēt pedes, & quædam nō. Et animalium, quædam sunt volatilia, quædam gradientia super terram, & quædam natant in aquis, & similia.

vbi su. *Omnis diuisio generis in seipsam conuerti debet.* 13

Idest membra diuidentia disiunctiue sumpta debent cum diuiso conuerti. Aliter non esset perfecta, eo ꝙ mēbra diuidētia vel plus, vel minus cōtinerēt ꝙ̄ diuisum.

vbi su. *Totum diuidi debet in suas partes.* 14

Vnde si multiplicem habet compositionem, ēt multiplicem diuisionem habebit. Homo enim diuiditur in materiam & formam, item in manus pedes, & caput, item in carnes & ossa. Et si est totum vniuersale, vt genus hominum, vel populus diuiditur etiam in partes suas. Vt hominum, quidam sunt in Asia, quidam in Africa, quidā vero in Europa. Similiter etiam si est totum potentiale, vt anima humana ꝗ partim est intellectiua, partim sensitiua, & partim vegetatiua. Qualecunq; enim sit totum semper diuiditur in suas partes. Non enim habet aliquid aliud in quod diuidi possit.

vbi su. *Vox siue sit simplex æquiuoca siue oratio ambigua, di* 15

uiditur vel in suas significationes, vel in diuersos modos significandi, vel in diuersas determinationes.

In significationes quidẽ. Vt canũ, alius est latrabilis, alius marinus, alius cœlestis. Vel ista vox canis mõ significat latrabilem modo marinũ modo cœleste sydus. In diuersos modos significandi. Vt cũ dico hæc vox infinitum, alio modo significat in magnitudine, alio modo in numeris, alio vero mõ in formis. In diuersas vero determinationes, vt cũ dico. Da mihi quod dare debes. Possum.n. hoc determinare ad codicẽ & ad vestem, & ad pecuniam & ad alia his similia. Est aũt maxime vtile cognoscere multiplicitatem vocum, & earum diuisionem contra sophisticas importunitates.

16 *Subiectum diuiditur in accidentia.* vbi su.

Vt cum dico. Animalium, quædam sunt alba, quædã nigra, quædam vero medio colore colorata.

17 *Accidens diuiditur in subiecta.* vbi su.

Vt alborum, quædam sunt animalia, quædã lapides, quædam ligna, vel aliqua huiusmodi.

18 *Accidens diuiditur in accidentia.* vbi su.

Vt cum dico. Alborum quædam sunt dulcia, quędam amara, quædam accida, vel huiusmodi.

19 *Diuisio per se a diuisione per accidens differt.* vbi su.

Quia diuisiões per accidens vicissim possunt permutari. Vt si dico. Alborum, quædam sunt dulcia, quædam amara. Rursum possum diuidere. Dulcium, quædã sunt alba, quædam nigra. Et rursum. Nigrorũ, q̃dã sunt dulcia, q̃dã amara. Sed hoc non põt fieri in diuisiõibus per se. Non.n. diuiditur spẽs vel differentia in genera, nec significatum vocis in voces, nec pars in tota.

20 *Generis etiam diuisio a totius diuisione differt.* vbi su.

Quia totum diuiditur in partes quantitatiuas vel integrales & est posterius illis & forma earum. Sed genus

diuiditur in partes subiectiuas:& est naturaliter prius eis& se habet vt materia resp ctu differentiæ.

Vbi sup. *Generis quoq; diuisio a vocis diuisione differt.* 21

Tum quia genus non diuidit in suas significationes: eo q; significat vnã materiam tantũ:sed in species quas potestate continet:non actu:tum qa est vniuersalis speciebus sm naturam:tum quia de ipsis prædicatur vniuoce:diuisio autem vocis est in suas significationes: Et illa vox quæ diuiditur est vniuersalior suis significationibus sm vocem:non autem sm natura3:sed magis sm beneplacitum hoium:nec prædicatur vniuoce de eis. Et similiter non est eadem apud omnes:quia voces sunt significatiuę ad placitum:genus autem apud omnes eodẽ modo se habet.

vbi sup. *Diuisio et totius, a vocis diuisione differt.* 22

Partibus enim totum constat: &in partes diuiditur: & sublata vna parte totum perit. Sed vox non constat ex his:quæ significat:nec in partes diuiditur: sed in significationes: vnde sublata vna re quam significat: non propter hoc vox perit. Differentiæ autem diuisionũ per accidens sunt per se notę:& ideo nihil de eis ad pręsens dicatur præter id quod supra dictũ est. Atq; hæc quantũ introductionis breuitas patitur: de diuisione sint dicta.

Postilla in secũdũ librum qui est de arte diuidendi.

Declaratis prĩcipijs syllogismi: qa ars diffiniẽdi multum deseruit ad cognitionẽ syllogismorũ, iõ pri⁹ agit auctor de illa, & qa diffinitiones venamur p diuisiones, pmittit hũc librũ de arte diuidendi. In quo pmissa multiplicitate diuisionũ in .1. cõclõne prĩo agit de diuisionib⁹ p se. 2. de diuisionib⁹ p accidẽs, p se. n. est pus eo qð ẽ p accidẽs. 3. cõparat diuisiones inter se. Quo ad primũ incipit a diuisione generis, q̃ est priã alijs de qua multa docet. ¶ In

quæ debet fieri.s.in species si fieri pōt in. 2. p quas dñias cū p illas facienda, est in. 3. qūo debet fieri p opposita in 4.& qa nō oīs oppositio est ad ꝓpositū, remouet ꝑdicto riā in. 5. subdens qūo debet sumi si qnq; cōtingat p illas fieri in. 6. in. 7. vero remouet priuatiuā, & silr subdit qūo debet sumi, qñ p illā habet fieri in. 8. in. 9. aūt, remouet re latiuā, & postea oñdit qūo hʒ fieri p oppositionē ꝑriorū in. 10. deducēs & hoc. in. 11. in quot mēbra debet fieri. s. in duo. demū ꝓ cōplemēto huius diuisiōis ostēdit mul tiplicitatē eius in. 12. & conuersionē cū diuiso in. 13. Ex his oībus manifestat̃ diuisio generis: postquā agit de di uisione totius in ptes q̄ tenet, ſm locū inter diuisiones p se in. 14. & post hāc: de diuisione vocis, in suas significa tiones in. 15. quę tertio loco posuerat inter diuisiones p se. Quo ad ſm aūt. s. diuisiones p accidens de tribꝰ agit ordinate. s. de diuisione subiecti in accidētia q̄ est pria in ter has, in. 16. de diuisiōe accidētis ī subiecta q̄ est scđa, in. 17. & de diuisione accidentis in accidētia q̄ est. 3. ī. 18. Quo ad tertiū, prio ostēdit differētiā īter diuisionē p se & diuisionē p accidens in. 19. scđo inter diuisionē gene ris, & diuisionē totius acvocis. totius qdem in. 20. vocis autē in. 21. tertio inter diuisionem̄ totius & vocis in 22. quæ est vltima.

DE ARTE DIFFINIENDI. LIBER TERSIIS



Iffinitio multipliciter dicitur. cōclo. t.

Aliqñ.n. accipit̃ pro quacūq; decla ratione: & hoc mō qnq; diffinimus in diuidua vt cū dicimus. Plato est qdaʒ hō puus: hñs capillos crispos filius ci ceronis: habens talia: & talia acciden tia. Aliquando autem accipit̃ pro oratione aliqd manife

Boe. lib. de diffi.

ſtāte, in qua aliqd ponitur loco generis, & aliqd loco differētiæ, quāuis illud nō ſit verū genus, nec vera differētia, vt cū diffinitur aliqn̄ genus generaliſſimū, vtputa cū dicimus, ſubſtātia eſt ens per ſe exiſtēs. Aliqn̄ capitur ꝓ oratione aliqd declarāte, in qua ponitur verū genus, ſed non vera differentia, ſed loco differentię ponit̃ propriū vt cum dico de hoīe ꝙ eſt animal riſibile. Et hæc oratio proprie deſcriptio vocat̃. Aliqn̄ aūt accipit̃ proprie pro oratiōe in qua ponit̃ verū genus, & vera differētia. Et de hac loqui intendimus in præſenti tractatu.

vbi ſu. *Diffinitio eſt oratio ſignificans eſſentiam rei.* 2

6. topi. Oratio qppe eſt, qa nomen vnicū diffinire nō pōt, vt
c. 1. dicit Ariſtoteles in topicis. Oportet. n. diffinitionē cōſtare ex gñe & differētia, q̄ rei eſſentiā explicāt. Nam genus ꝑdicat̃ in quid, & differentia in quale ſubſtantialiter.

vbi ſu. *Diffinitio omnis ex duobus terminis tantū fieri debet,* 3 *niſi penuria vocabulorum aliter fieri cogat.*

Nā cuiuſcūq; diffinibilis vnū eſt tm̄ proximū genus, & vna tm̄ vltima differentia, ex quibus ꝓprie fieri debet diffinitio, qa hæc perfectius notificant diffinitū, & diſtingunt ab omni alio quod non eſt ipſum.

6. topi. *Non debet diffinitio ex obſcuris nominibus conſtare.* 4
c. 1. 2. Quia diffinitio datur ad notificandum diffinitum.

vbi ſu. *Non debet ex nominibus ęquiuocis fieri diffinitio.* 5
c. 2. Quia aliter non conſtaret ex genere & differentia q̄ prædicantur vniuoce.

Boe. *Non debet quis metaphorice aut extranee loqui diffi* 6
vbi ſu. *niendo, nec vti niſi nominibus conſuetis.*
1. topi. Quia vt dictum eſt diffinitio datur gratia notifican-
c. 2. di diffinitum.

vbi ſu. *Nō debet in ea aliquid ſuperflue poni, nec diminute.* 7
1. topi. Superfluum enim impedit intellectum, diminutū ve-
c. 1. 2. rūm non explicat totam rei eſſentiam.

Non

8 *Nõ debet pro genere poni in diffinitiõe aliquod transcendens, nec aliqua differentia quę competat omnibus contentis sub genere diffiniti.* vbi su. c. 3.

Constat.n.diffinitio ex proprio genere, & ex propria differentia. Aliter.n.non notificaret totum diffinitum.

9 *Non debet idem per idem diffiniri variato nomine.* 6.topi. c. 2.

Quia sic non manifestaret diffinitum, sed remaneret æque ignotum.

10 *Diffinitio dẽt fieri ꝑ notiora & priora secũdũ naturã.* 6.topi. c.3.

Quia datur ad notificandũ diffinitũ, & exprimẽdum eius essentiã. Vnde datur per genus & differentiã q̃ sunt priora & notiora ſm naturã eo cuius sunt genus & differentia. Excipiuntur aũt relatiua quorum vnum sine reliquo diffiniri non potest, quia eoꝝ esse est ad alterũ, vt dicit Aristoteles in.6.topi. vbi su.

11 *Superius non debet diffiniri per inferius.* vbi su.

Quia superiora sunt inferioribus notiora & priora.

12 *Primum locum debet obtinere genus in diffinitiõe, & secundum differentia.* 6.topi. c.1.

Priora.n.& cõiora debent præcedere in diffinitiõe, eo ꝙ sunt notiora, & a notioribus inchoandum est.

13 *Diffinitiones sunt sicut numeri.*

Sicut enim species numerorum variãtur apposita vel remota vna vnitate, ita & diffinitiones variantur, apposita vel remota vna differẽntia. 8. meta. t.c. 10.

14 *Diffinitio debet conuerti cum diffinito.*

Quia diffinitio & diffinitũ idẽ significãt, & diffinitio non debet diminuta esse nec superflua, vt dictum est. Boe. vbi su.

15 *Diffinitio debet cõpetere oĩbus contẽtis sub diffinito.* 6.topi. c.1.2.

Cum enim diffinitio & diffinitum sint idẽ, etiam de eisdem prædicantur.

16 *Si diffinitiõe assignata nõ statim fit notũ cuius est dif* vbi su.

finitio, aut diffinitio contrarii: non est bene assignata.

Quia vt iam dictum est, diffinitio & diffinitum idem significant & contrariorum eadem est disciplina.

vbi su. c.3.5. *Si pro nominibus positis in diffinitione eorum diffini-tiones ponantur, clarior erit diffinitio.* 17

Quia sic diffinientia erunt magis nota, cum diffinitio semper notificet diffinitum.

vbi su. c.2.5. *Si aliquid est ęquiuocum quod diffiniri debet, prius est distinguendum, in quo sensu accipiatur.* 18

Aliter diffinitio non notificabit diffinitum, sed confusionem generabit.

s.t. pria 3.5. *Deus proprie diffiniri non potest.* 19

Tū quia deus non est sub genere aliquo, sed est super omne genus, tum quia non est compositus ex genere & differentia, nec ex aliquo alio, sed est purus actus.

6. topi. c.3. *Trāscēdentia & gñalissima proprie diffiniri nō pñt.* 20

Quia non habent supra se genus.

s.t. pria 29.r. ad primū. *Singularia etiam non diffiniuntur.* 21

Quia nō imediate subsunt gñi, & nō differūt ꝓm differētias essentiales, sed solū ꝓm mām. Diffinitio āt eēntialiter facit differre diffinitū ab oī alio qđ nō est ipsum.

Boe. vbi su. *Solę species diffiniri possunt.* 22

Quia hæ solę habent supra se genus verum, & veram differentiam constitutiuam.

7. meta. t.c.14. *Species substantiæ propriissime diffiniuntur.* 23

Quia hæ habent essentiā nullo modo dependentē ab aliquo extraneo, a substantia. Vnde in earū diffinitione non oportet aliquod extraneum ponere, sed solū proximum genus & propriam differentiam.

Spēs accidentium non habent ita proprie diffinitionem, sicut species substantię. 24

Quia esse earū seu essentia dependet a substātia. Acci-

detis.n.esse est inesse. Vnde oportet in eorũ diffinitiõibus aliquod extraneũ ponere.i.subiectũ a quo depẽdẽt ſm esse. Ideo dicuntur diffiniri per additamentum.

25 *Diffinitio colligitur per diuisionem.*

Cũ.n.aliquid volumus diffinire ante omnia oportet sumere genus eius, & ipsum in differẽtias diuidere. Deinde cõiungere illã differentiã generi, q̃ ei quod volumus diffinire põt aptari. Et si genus cũ illa differẽtia est æquale spẽi quã diffinimus, tũc est perfecta diffinitio. Si autẽ est adhuc quid cõius, iterũ genus cũ differẽtia diuidať, & eis illa differentia cõiungatuř q̃ spẽi quam diffinimus potest cõuenire. Et si nõ adhuc ęquatur spẽi, iterum diuidatur genus cũ illis duabus differentiis, & coniungať eis differentia alia q̃ spẽi est conueniens, & hoc mõ tm̃ diuidatur & cõiungatur vsquequo ad æqualitatẽ spẽi perueniatur. Verbi gratia, si volo diffinire hoĩem, quærendũ est prius genus a me, qđ gratia exẽpli sit substãtia. Deinde diuidatur substãtia in differentias.i.in corporeũ & in incorporeũ. Et quia hõ est corpus, cõiungatur corporeũ cũ substãtia, & fiet substãtia corporea. Sed hæc diffinitio adhuc nõ est æqualis homini, sed maior. Rursum igitur diuidatur substantia corporea in animatũ & inaĩatũ, qa hõ est aĩatus cõiũgať aĩatũ substãtiæ corpeę, & fiet substãtia corporea aĩata. Sed adhuc hæc diffinitio est maior hoĩe. Igitur rursum diuidať substantia corporea aĩata, in sensibile & in insensibile & qa hõ est sensibilis fiat tota diffinitio substãtia corporea aĩata sensibilis. Et qa nõdũ ęquať hoĩ rursum hoc totũ diuidať, in rõnale & irrõnale. Et qa hõ est rõnalis addať priori diffinitiõi rõnale, & fiat perfecta diffinitio hoĩs, substãtia corporea aĩata sensibilis rõnalis. Nõ oportet aũt rursum diuidere, qa hæc est æq̃lis hoĩ. Si ergo hoc totũ, substãtia corporea aĩata sensibilis accipiatur ꝓ gñe, & loco eius ponatur animal quod est hoĩs genus ꝓximũ, tota diffinitio ex duobus 6. top. c.1.3.

terminis cõstabit ſm tertiã cõclusionẽ, q̃ erit, aĩal rõna/le. Et hæc breuiter de diffinitione & diffinito, & diffini/tionis inueſtigatione dicta ſufficiant.



Explicit liber tertius.

Postilla in tertium librum qui est de arte diffiniendi.

Declarata arte diuidendi in præcedenti libro agit au/ ctor in isto de arte diffiniendi ratione superius dicta, & primo quidem agit de ipsa diffinitione absolute, secun/ do de partibus ex quibus integratur, tertio de proprie/ tatibus eius, quarto ostendit quibus competit & quibus non & demum quomodo inuenienda sit. Quo ad primū declarat duo, scilicet quot modis dicitur in prima con/ clusione, & quid sit in secunda, nam multiplex prius di stinguitur, & postea diffinitur. Quo ad secūdum primo ostendit ex quot partibus constat & quibus in tertia, se/ cundo, ex qualibus, remouens multa, a quarta vsque ad nonam, & subiungēs, qualia sint ex quibus fit in de/ cima, ex qua deducit in vndecima, superius non dif/ finiri per inferius, tertio quo ordine illa debent poni in diffinitione in duodecima. Quo ad tertium declarat plures proprietates eius, scilicet quomodo diffinitio/ nes assimilantur numeris in tertiadecima, quomodo se habet ad diffinitum in quartadecima, quomodo ad con/ tenta sub diffinito in quintadecima, & subiūgit duas re/ gulas ad illam cognoscēdam, alteram negatiuam in se/ xtadecima, alteram affirmatiuā in decimaseptima. Quo ad quartum primo tradit regulam quid agendum quan do id quod debet diffiniri est æquiuocū, in decimaocta/ ua. secundo remouet tria a diffinitione, scilicet deum in decimanona, transcendentia in vigesima, & singularia in vigesimaprima, tertio assignat tria quibus competit dif/ finitio, scilicet speciem in communi in vigesimasecūda, speciem substantiæ in vigesimatertia, & speciem acciden tis in vigesimaquarta. Demum ostendit modum inue/ niendi diffinitiones vt dictum est, scilicet per viam diui/ sionis in vigesimaquinta.

DE FORMIS SYLLOGISMORVM CATHEGORICORVM ESSE VEL NON ESSE MONSTRANTIVM LIBER QVARTVS.

1. prior c. 1.



Yllogismus est oratio in qua positis quibusdam aliud quiddam ab his quę posita sunt ex necessitate accidit eo q̄ hęc sunt. 1

Vt cū dicitur, omnis angelus est īcorruptibilis, gabriel est angelus, ergo gabriel est incorruptibilis. In hac.n.oratione positis illis duabus propositionibus primis, ex necessitate accidit illa tertia, non propter aliam causam, nisi quia illę positę sunt. Qui enim concedit primas duas, cogitur ex necessitate concedere tertiam.

vbi su. *Perfectus syllogismus est qui nullo indiget præter ea quę assumpta sunt, vt appeat ex necessitate cōcludere.* 2

Nam sunt quidā syllogismi qui per se adeo sunt manifesti vt probatione non egeant, & hi dicuntur perfecti. Quidam autem indigent probatione, & per manifestos syllogismos probantur.

vbi su. *Imperfectus syllogismus est qui aliquo vel aliq̄bus indiget, vt per eosdem terminos qui prius erant assumpti appareat ex necessitate concludere.* 3

Imperfecti enim syllogismi, vt dictum est, per alios perfectos demonstrantur. Et hoc fit aliquando per conuersionem vnius propositionis, aliquando per conuer-

sionem duarum. Ideo dicit φ aliquo vel aliquibus indigent. Hoc autem magis patebit inferius.

4 *Syllogismus primæ figuræ est quādo illud quod in vna propositione subiicitur, in altera prædicatur.* vbi su. c.5.6.

Vt cū dico. Omne.b.est.a. Omne.c.est.b. Ergo omne c.est.a. In prima enim.b.erat subiectum, in secunda autem prædicatum.

5 *Syllogismus secundæ figuræ est quādo idē est in vtraque prædicatum.* vbi su. c.8.

Vt nullum.a.est.b. Omne.c.est.b. Ergo nullū.c. est.a. B.enim in vtraq; prædicatur.

6 *Syllogismus secundæ figuræ est quando idem est subiectum in vtraque.* vbi su. c.10.

Vt Omne.b.est.a. Omne.b.est.c. Ergo aliquod.c.est.a. Nam.b.in vtraq; subiicitur.

7 *Syllogismus expositorius est quādo duo probantur conuenire, quia conueniunt in aliquo tertio.* Sā. tho. opusc.45

Vt si volo probare φ aliquod aīal sit homo, sic arguā. Plato est homo. Et plato est aliquod animal. Ergo aliqđ animal est homo. Et hæc probatio per se manifestissima est. Si.n. Plato est aliquod animal, & etiam est homo, nulli potest esse dubium quin aliquod animal sit homo.

8 *In toto esse vel de omni prædicari est quando nihil est sumere subiecti de quo non dicatur prædicatum.* 1. prio. c.5.6.

Vt oīs hō est animal. Nā animal est in toto homine & de omni homine prædicatur, quia nihil est sumere sub homine de quo non dicatur animal. 1. post. t.c.8.

9 *In nullo esse vel de nullo prædicari est quando nihil est sumere subiecti a quo non remoueatur prædicatum.* vbi su.

Vt nullus homo est lapis. Nam lapis in nullo est homine & de nullo homine prædicatur, qa nihil est sumere sub homine, a quo non remoueatur lapis.

1. prior. c.2. 
Niuersalis propositio negatiua in seipsam conuertitur. 10

Nam si nullum.b.est.a. etiam nullum a.est.b. Quod si negas, aliquod igitur.a. est.b. quia necesse est alterum contradictoriorum esse verum. Sit igitur.c.illud.a.quod est.b. igitur cum.c.sit.b.& etiam sit.a.sequitur ꝙ aliquod.b. est.a.per syllogismum expositorium, quo per vnũ tertium in quo conueniunt.a.&.b.ꝓbamus etiam eadẽ inter se conuenire.s.ꝙ aliqđ.b.est.a.Sed prius assumptum fuit ꝙ nullum.b est.a. Duo ergo contradictoria erunt simul quod est impossibile.

vbi su. *Particularis affirmatiua in seipsam conuertitur.* 11

Si.n.aliquod.b.est.a.ẽt aliquod.a.est.b. Quod si negas, dabitur contradictoriũ eius quod est nullũ.a.est.b. Sed hæc in seipsam conuertitur, vt dictũ est in pcedenti conclusione. Ergo nullũ.b.est.a.Sed prius positum fuit aliquod.b.esse.a.Duo igitur cõtradictoria erunt simul.

vbi su. *Propositio vniuersalis affirmatiua in particularẽ conuertitur.* 12

Si.n.omne.b.est.a. etiam aliquod.a.est.b.aliter nullũ a.erit.b. Igitur & nullũ.b.erit.a. Sed iam positũ est oẽ.b. esse.a. Igitur duo cõtraria erũt simul vera, quod fuit improbatum superius in primo libro in principio.57.

vbi su. *Particularis negatiua non conuertitur.* 13

Nõ.n.in affirmatiuã cõuertitur, qa negatiua non infert affirmatiuã, vt inferius probabitur. Nec in negatiuã vniuersalẽ, qa non sequit. Si aliquod aïal non est hõ, ꝙ nullus hõ sit animal. Nec in particularẽ negatiuã.i.in seipsam qa nec sequitur, si aliquod aïal non est hõ ꝙ aliqs homo nõ sit animal, ergo nullo modo conuertitur.

vbi su. *Prima figura.* C. B. A.

c.5.6. *Quando tres termini ita se habent ꝙ postremus est in* 14

toto medio: & medius in toto primo necesse quoque est postremum esse in toto primo. Primus modus.

Terminũ voco in quẽ resoluitur propositio, vt subiectum & prædicatũ, postremũ vero, vel maiorẽ extremitatem dico illũ terminũ qui de medio pdicatur, primum aũt vel minorẽ extremitatem eum de quo pdicatur medium. Voco aũt mediũ illum qui subiicitur & prædicat. Vnde in hac figura maior ꝑpositio est illa in q̃ est maior extremitas siue postremus terminus, minor vero in q̃ est primus terminus siue minor extremitas q̃litercunq; varietur ordo propositionũ in prolatiõe vel in scripto. Sint ergo isti tres termini. C.B.A. Si.a.est in toto.b.&.b. in toto.c.necesse est.a.esse in toto.c. Si enim.a.est in toto b.nihil erit sumere sub.b.de quo nõ dicat.a. Cũ ergo.c. totũ sumatur sub.b.necesse erit.a.de oĩ.c.pdicari. Sic.n. fuit superius diffinitũ, esse in toto & prædicari de omni. Formatur autem sic syllogismus. Omne.b.est.a.Omne c.est.b.Ergo omne.c.est.a.

15 *Quando autem postremus est in nullo medio, & medius in toto prĩo, necesse est postremũ in nullo esse prĩo.* vbi su.

Nã si.a.in nullo est.b.nihil est sumere sub.b.a quo nõ remoueat.a. Si igit.b.sit in toto.c.nihil ẽ sumere sub.c. de quo nõ dicatur.b. Totũ ergo.c.est sub.b. Igit in nullo.c.necesse est esse.a. Et formatur sic syllogismus. Nullum.b.est.a.Omne.c.est.b.Ergo nullum.c.est.a. Secũd⁹.

16 *Si autem postremus sit in toto medio, & medius in aliquo primo, necesse est postremum in aliquo prĩo esse.* vbi su.

Idẽ.n.est in aliquo primo esse medium, & de primo mediũ particulariter pdicari affirmatiue. Et rõ huius syllogismi est eadẽ q̃ fuit rõ primi. Et formatur sic. Omne b.est.a. Aliquod.c.est.b. Ergo aliquod.c.est.a. Tertius

17 *Si ãt postremus sit iu nullo medio, & medius ĩ aliquo primo, necesse est postremũ ab aliquo primo remoueri.* vbi su. Quart⁹

Postremũ ab aliquo prio remoueri idẽ dico ꝙ postremũ particulariter negatiue pdicari de prio. Et rõ quoq; huius syllogismi est ea q̃ fuit rõ scõi. Et sic formaẽ. Nullum.b.est.a. Aliquod.c.est.b. Ergo aliquod.c.non est.a.

vbi su. *Isti quatuor syllogismi solum perfecti sunt.* 18

Nã per se sunt manifesti,& nulla conuersione propositionũ indigent vt eoꝝ necessitas appareat. Et alii p istos probantur. Vñ si aliter propositiões vel termini ordinarentur q̃; dictum est, aut nullus, aut minime perfectus fieret syllogismus.

A

Secunda figura. B

C

1.prioꝝ. c.8. *Quãdo autem medius terminus de nullo postremo dicitur,& est in toto primo, necesse est postremum esse in nullo primo.* 19

primus modus. Postremum aũt, vel maiorẽ extremitatem in secũda figura voco illũ terminum qui primo subiicitur medio, minorem vero vel primũ, qui secundo loco eidẽ subiicitur. Maior ergo propositio hic est illa quæ in primo loco syllogismi collocatur, minor vero quæ in secũdo. Vñ tam in hac figura q̃; in sequenti multũ refert præponere & postponere propositiones, nõ sic aũt erat in prima figura, formatur ergo syllogismus sic. Nullũ.a.est.b. oẽ.c. est.b. ergo nullũ.c.est.a. Probatur autem per cõuersionẽ primæ, quæ conuertitur in seipsam iuxta conclusionem primam. Qua propositione conuersa syllogismus erit secundus primæ figuræ. Syllogismus ergo iste est imperfectus, quia probatiõe indiget. Et similiter sunt imperfecti omnes sequentes. Probantur.n.per primam figurã

vbi su. *Similiter si medius sit in toto postremo & in nullo primo, necesse est postremum in nullo esse primo.* 20

Si enim omne.a.eſt.b.& nullũ.c.eſt.b.neceſſe eſt nullum.c.eſſe.a. Quia ſi ſecunda & tertia quæ eſt concluſio in ſeipſas conuertantur, erit ſyllogiſmus ſecundus primæ figuræ. Secũd⁹.

21 *Si autem medius in nullo ſit poſtremo, & in aliquo ſit primo, neceſſe eſt poſtremum ab aliquo prĩo remoueri.* vbi ſu.

Si enim nullum.a.eſt.b.& aliquod.c.eſt.b.neceſſe eſt aliquod.c.non eſſe.a. Nam ſi prima conuertatur, erit ſyllogiſmus quartus primæ figuræ. Tertius

22 *Si autem medius ſit in toto poſtremo, & remoueatur ab aliquo primo, neceſſe eſt ab aliquo primo poſtremum remoueri.* vbi ſu.

Si nãq; omne.a.eſt.b.& aliquod.c.nõ eſt.b.neceſſe eſt aliquod.c.non eſſe.a. Nam ſi hæc concluſio non eſt vera exiſtentibus veris præmiſſis, eius contradictorium erit verum quod eſt, omne.c.eſt.a. quod ſi coniungatur cum illa. omne.a.eſt.b. ſequetur ꝙ omne.c.eſt.b. in primo primæ figuræ, & ſic duo contradictoria erunt ſimul vera. Nam poſitum eſt illam eſſe veram, aliquod.c.non eſt.b. Et iſta omne.c.eſt.b. quæ eſt eius contradictoria, concluſa fuit ex veris. Et hæc probatio dicitur per impoſſibile quia qui non concedit ſyllogiſmum eſſe bonum, deducitur ad concedendum impoſſibile. Quart⁹

A

Tertia figura. B

C

23 *Si autem poſtremum ſit in toto medio in quo etiam toto ſit primũ neceſſe eſt poſtremũ eſſe in aliquo primo.* 1.poſ.c. 10.

Si enim omne.b.eſt.a.& omne.b.eſt.c.neceſſe eſt aliquod.c.eſſe.a. Quia ſi ſecunda conuertatur in particularem fiet tertius ſyllogiſmus primæ figuræ. Voco autem ſecũdã propoſitionẽ ſeu minorẽ in tertia figura ea quæ primus modus.

ſm tenet locũ: & primã vel maiorẽ quæ primum. Et ſiſr poſtremũ dico vel maiorẽ extremitatẽ illum terminum qui prío de medio ꝓdicatur. Primũ vero: vel minorẽ extremitatẽ illum terminũ qui ſecundario de medio. 24

Vbi ſup. *Si autem poſtremum ſit in nullo medio in quo toto ſit primum neceſſe eſt poſtremum ab aliquo primo remoueri.*

Scđs. Si.n.nullum.b.eſt.a.& omne.b.eſt.c.neceſſe eſt aliqđ c.nõ eſſe.a. Nã minore conuerſa in particularem fit ſyllogiſmus quartus primæ figuræ.

Vbi ſup. *Quando vero poſtremum eſt in aliquo medio in quo toto eſt primum neceſſe eſt poſtremum eſſe in aliquo primo.* 25

Tertius. Si enim aliqđ b.eſt.a. & omne.b.eſt.c. neceſſe eſt aliquod.c.eſſe.a. Si enim prima propoſitio in ſeipſam conuertat: fiet ſyllogiſmus tertius primæ figuræ: cõcludẽs ꝙ aliqđ.a.eſt c. Quç quidẽ concluſio ſi in ſeipſam cõuertatur: erit ea quæ fuit concluſio propoſiti ſyllogiſmi: ſcilicet aliquod.c.eſt.a.

Vbi ſup. *Si autem poſtremum eſt in toto medio, & primũ in aliquo, neceſſe eſt poſtremum eſſe in aliquo primo.* 26

Quart⁹. Nam ſi omne.b.eſt.a.& aliquod.b.eſt.c.neceſſe eſt aliquod.c.eſſe.a. Conuerſa enim ſecũda in ſeipſam: erit ſyllogiſmus tertius primæ figuræ.

Vbi ſup. *Si vero poſtremum ab aliquo medio remoueatur, & ſit primum in toto eodem medio neceſſe eſt poſtremũ ab aliquo primo remoueri.* 27

Quint⁹. Et ꝓbatꝰ eodẽ modo ſicut ꝓbatus fuit quartus ſcđæ figuræ. Si.n.aliqđ.b.nõ eſt.a.& oẽ.b.eſt.c.neceſſe eſt aliqđ.c.nõ eſſe.a. Nã ſi cõcluſio nõ eſt vera: eius ꝯdictoriũ erit verũ: quod eſt.oẽ.c.eſt.a.qđ cum ſecunda ꝓpoſitiõe iunctũ infert oẽ.b.eſſe.a. Et cũ iam poſitũ ſit ꝙ aliqđ.b

28 nõ est.a.sequitur ꝙ duo ꝯdictoria sint simul vera.

Si autem postremum in nullo sit medio:& primum sit in eodem aliquo medio necesse est postremum ab aliquo primo remoueri. Vbi sup.

Si enim nullum.b. sit.a. & aliquod.b.sit.c. necesse est aliquod.c.non esse.a.Nam si secunda in seipsam conuertatur fiet quartus syllogismus primæ figuræ. Sextus.

29 *In omnibus his figuris potest ex affirmatiua & negatiua fieri syllogismus concludens primũ de postremo.* fapesmo.

In pria qdẽ figura sic:oẽ.b.est.a.nullũ.c. est.b.ergo aliquod.a.nõ est.c.Nã si pmissę cõuertant̃ fiet syllogismus quartus primæ figuræ.Et silr̃ si dicat̃: aliquod.b.ẽ a.nullum.c.est.b.ergo aliquod.a.non est.c. Cõuersis.n. præmissis fiet idẽ syllogismus quartus. In scd̃a aũt figura sic:aliquod.a.est.b.nullũ.c.est.b.ergo aliquod.a.non est.c. Si.n.negatiua cõuertat̃ fiet syllogismus quart⁹ primæ figuræ;& similiter si dicat̃.oẽ.a.est.b. nullũ.c. est.b. ergo aliquod.a.nõ est.c.Nã si minor i seipsam cõuertat̃: & maior primo cõuertat̃ in particularẽ:& deinde illa pticularis in seipsam:fiet idẽ syllogismus q̃rtus pri æ figuræ. In tertia vero figura sic:aliquod.b.est.a. nullũ.b.est c.ergo aliqð.a.nõ est.c.Vel sic.Oẽ.b.ẽ.a.nullũ.b.est.c.ergo aliqð.a.nõ est.c.Nã si affirmatiua cõuertat̃ in vtroq; fiet syllogismus quartus primæ figuræ. Vbi.s.c. 12. Frisesomoru3.

30 *In quocũq; syllogismo concluditur aliqua propositio potest concludi etiam omnis alia propositio quę sequitur ex illa.* 2.prio.r.1.c.

Nã si vniuersalis cõcludit̃:põt etiã concludi pticularis:quæ in ipsa icludit̃.Et vbicũq; cõcludit̃ aliqua quæ põt cõuerti in alterã:põt etiã cõcludi ea in quã conuertitur:quia in illa includit̃.Sed pp hoc non oportet multiplicare modos syllogismorũ:qa syllogismus qui vere vnus est imediate suã cõclusionẽ infert. Qñ aũt aliquis

ſyllogiſmus infert illam quæ ex immediata ſua concluſione ſequitur, non eſt dicendus vnus ſyllogiſmus ſed duo. Non enim illa concluſio ſequitur ſolum ex virtute premiſſarum, ſed ex virtute earum primo ſequitur propria concluſio, & ex illa concluſione per alterum ſyllogiſmum ſequitur illa quæ conſequitur ad eam, vnde tacite ſunt duo ſyllogiſmi. Aliter infiniti pene eſſent modi ſyllogiſmorum.

vbi ſu. c.13.43. *Omnes ſyllogiſmi ad primos duos primæ figuræ reſoluuntur.* 31

Nam tertius primæ figuræ per impoſſibile reſoluitur ad ſecundum ſecundæ figuræ ſic, omne.b.eſt.a.aliquod c.eſt.b.ergo aliquod.c.eſt.a. Nam ſi concluſio non eſt vera, accipiatur eius contradictorium quod eſt, nullum.c. eſt.a. quod ſi iungatur cum prima, fiet ſyllogiſmus p̃dictus ſic, omne. b.eſt.a.nullum.c.eſt.a.ergo nullum.c.eſt b.quod eſt contradictorium ſecũdæ. At quartus primæ reſoluitur in primum ſecundæ figuræ ſic, nullũ.b.eſt.a. aliquod.c.eſt.b.ergo aliquod.c.non eſt.a. Si enim cõtradictorium concluſionis coniungatur cũ maiore, fiet ſyllogiſmus p̃dictus ſic, nullum.b.eſt.a.omne.c.eſt.a.ergo nullum.c.eſt.b.quod eſt contradictorium minoris. Igitẽ cum omnes ſyllogiſmi in quatuor primæ figuræ reſoluantur, & tertius & quartus eiuſdem figuræ in primum & ſecundum ſecundæ reſoluantur, qui tandem ad ſecundum primæ reducuntur, ſequitur ꝙ omnes in primos duos reſoluantur finaliter.

Oẽs ſyllogiſmi a primo primę figurę virtutẽ habent. 32

Nam cum oẽs a primis illis duobus virtutem habeãt & ſecundus a primo, ſequitur tandem ꝙ omnes a primo efficaciam habent. Quod autẽ ſecundus a primo habeat virtutem ſuam patet quia primus ex affirmatiuis ſolum conſtat. Secundus vero negatiuas habet, negatiua autem non habet efficaciam concludendi niſi ab affirmatiua vt

ex superioribus patet. Nam nullus syllogismus est qui non habeat aliquam affirmatiuam, ex negatiuis autē solis nihil sequitur. Et hoc rationi consonat, quia in vno quoque genere est dare vnum primum & maxime tale, quod est causa aliorum vt sint talia.

33 *Pręter istos syllogismos qui positi sunt nulli alii de esse vel non esse inueniuntur necessarii.* ex locis vbi su.

Quia qualitercūq; varientur termini vel propositiones inuenientur instantię quibus monstrabuntur nō ex necessitate concludere. Et hoc diffuse declaratum fuit ab Aristotele in libro priorū, quæ omnia pro breuitate reliqui, quia non magnam afferunt vtilitatem.

34 *Tres igitur sunt figurę syllogismorum & non plures.* vbi su.

Quia cum ad probationem, cuiuscunq; conclusionis aliquod medium requiratur quod extrema coniungat, & ex vna sola propositiōe nihil sequatur vt dicit Aristoteles, oportet q̄ saltem bis ante conclusionem illud medium sumatur. i. in duabus propositionibus. Aut igitur in vna prædicabitur, & in altera subiicietur, & sic habes primam figurā. Aut in vtraq; prædicabitur, & sic habes secundam. Aut in vtraq; subiicietur, & sic habes tertiam. Alio autem modo non poterit variari.

35 *In oī syllogismo sufficit tres terminos ponere, & duas propositiones.* vbi su. c.30.

Si.n. plures vel termini vel ꝓpositiōes addātur q̄; dictum est, aut nullus fiet syllogismus, aut aliq termini & aliq ꝓpositiōes erūt supfluę, & īpedient intellectū. Patet aūt hoc ex iis q̄ supradiximus. Fcī.n. sunt supius oēs syllogismi ex tribus terminis tm̄, & duabus ꝓpositiōibus. Sā. tho. opusc.45

36 *In omni syllogismo necesse est alteram duarum propositionum esse vniuersalem: & similiter alteram affirmatiuam.* vbi su.

Ex solis.n. particularibus, & ex puris negatiuis nihil

ſequitur. Hoc autem patet ex ſyllogiſmis ſuperius ordi-natis, & ex. 33. concluſione hic ſuperius poſita.

Propoſitio vniuerſalis affirmatiua difficillima eſt ad conſtruendum. 37

Quia ſolum in prima figura, & in primo modo con-ſtrui poteſt.

ex locis vbi ſu. *Propoſitio particularis negatiua eſt facillima ad con-ſtruendum.* 38

Sā. tho. opuſ. 47 Quia in omnibus figuris, & in multis modis poteſt conſtrui.

Propoſitio vniuerſalis affirmatiua ē facillima ad de-ſtruendum.

Quia deſtruitur per particularem negatiuam quæ eſt facillima ad conſtruendum.

Vniuerſalis negatiua difficilius conſtruitur ꝙ particu-laris affirmatiua. 39

Quia. ſ. conſtruitur in paucioribus modis ꝙ̄ particu-laris. Hæc autem omnia ſunt manifeſta ex iis quæ dicta ſunt. Vt autem melius modi iſtarum figurarum memo-riæ mandentur nominantur quibuſdam nominibus ar-tificio plenis & ponuntur in his verſibus ſecundum or-dinem figurarum & ſyllogiſmorum videlicet.

ex locis vbi ſu. Barbara celarent darij ferio baralipton.
Celantes dabitis fapeſmo friſeſomorum.
Ceſare cameſtres feſtino baroco, Darapti.
Felapton, diſamis, datiſi, brocardo, feriſon.

In his autem dictionibus quatuor ſunt vocales ideſt a.e.i.&.o. Quarum a. ſignificat vniuerſalem affirmatiuā e, vniuerſalem negatiuam. i. particularem affirmatiuā. o. vero particularem negatiuam. Nota igitur ꝙ ſicut ordi-nantur vocales in nomine alicuius modi intelligitur ꝙ eo ordine ſunt ordinande propoſitiones ſignificatę per illas vocales in illo modo. Sunt quoq; ibi quatuor con-ſonantes

sonantes in principio nominũ idest.b.c.d.f. Et significat ꝙ quilibet alius modus a primis quatuor primæ figuræ quorũ noĩa sunt illæ quatuor dictiones primæ in pmo versu posite ẽm ordinẽ syllogismorũ superius positum debent ꝓbari per illũ modũ ex illis quatuor q ei corrñ-det in prima cõsonante. Inueniũtur ẽt aliæ quatuor cõ-sonãtes in eis idest.s.p.c.m. quarũ.s. significat ꝙ proposi tio significata per vocalẽ pcedentẽ imediate debet cõuer ti in seipsam seu simpliciter, qñ illæ modus in quo est il-la cõsonãs probat̃. P vero qđ debet cõuerti per accidẽs i. vniuersalis in particularem. C. vero ꝙ probatio illius syllogismi fit per impossibile. M. vero ꝙ qñ fit resolutio syllogismi propositiones pmissę transponantur. i. ꝙ de maiori fiat minor, & ecõuerso. Sed hoc est de bene eẽ nõ aũt necessariũ, quia in prima figura nihil refert præpone re vel postponere propositiones, cũ semper illa sit prima vel maior in qua est maior extremitas. i. terminus q de medio prædicatur, vt ex superioribus patet. Primę ergo quatuor dictiones sunt nomina primorũ quatuor priæ figuræ. Et primæ quatuor tertii versus sunt noĩa syllo-gismorũ secũdæ figuræ. Et sex quarti sequentes sunt no mina syllogismorũ tertiæ figuræ. Et dictiões eo mõ or-dinant̃ sicut & syllogismi. Duæ vero dictiões vltimę se-cũdi versus sunt noĩa eorũ qui cõcludunt primũ de po-stremo quos posuimus in. 20. conclusione. De his vero tribus. s. baralipton, celãtes, & dabitis nõ feci mentionẽ, quia qui ponunt illos dicũt ꝙ cõcludũt indirecte idest primũ de postremo. Et ad eos quibus rñdet in prima cõ-sonante nullã aliã habent differentiã, & ideo non cõclu-dunt nisi propositionẽ q̃ sequitur ex conclusiõe imme-diate sequẽte ex syllogismis eis rñdentibus. i. barbara, ce larent, & darii. Et ideo vnusquisq; eorum est magis duo syllogismi q̃; vnus. Possent enim & hoc modo variari syllogismi in oĩbus figuris vt dictum est supra in cõclu sione vigesima. Nota autem ꝙ in dictione vltima primi

versus & similiter in vltima secũdi illæ duæ syllabæ vltimæ, ton. & orum. nihil significant, sed positæ fuerũt ad terminandum versus. De syllogismis ergo esse vel non esse monstrantibus hæc dicta sufficiant.

Explicit liber quartus.

Postilla in. 4. librum qui est de syllogismo simpliciter.

Post pmissa sequitur tractatus de syllogismo, & qa simpliciora sunt priora, prius agit auctor de syllogismo simpliciter in hoc libro, hoc ordine, qa prĩo agit de ipso syllogismo. secundo de modis eius in speciali. tertio subiũgit quædã, q̃ cõsequuntur ad dicta. Quo ad primũ. prĩo diffinit syllogismum in cõi in. 1. cõclusione, secundo qa diuiditur per perfectũ & imperfectũ declarat vtrũq; perfectum quidẽ in. 2. imperfectũ vero in. 3. tertio quia diuersificatur per diuersas figuras, declarat hanc diuersitatẽ quod est declarare figuras eius in. 4. 5. 6. fm ordinem talium figurarũ, subiungens de syllogismo expositorio quid sit, in. 7. quarto tradit duas regulas q̃ sunt regulatiuę omnium syllogismorũ. s. quid est esse in toto siue dici de omni in. 8. & quid est eẽ in nullo siue dici de nullo in 9. Quo ad secundũ, quia conuersio propositionũ ad notitiam modorum syllogismi cõfert, prius agit de illa secundum ordinem propositionum, ostendens qũo conuertantur affirmatiuæ. s. vniuersalis in. 10. & particularis in. 11. & qũo negatiuæ. s. vniuersalis in. 12. & particularis in. 13. deinde agit de modis syllogismi in speciali, secũdũ ordinem figurarum, de modis quidem primę in. 14. 15. 16. & 17. prius declarans vniuersales q̃ particulares, & prius affirmatiuos q̃ negatiuos, sic enim exigit ordo, & subiungit horum modorum perfectionẽ in. 18. De modis autem secundæ in. 19. 20. 21. & 22. agens prius de

vniuersalibus q; de particularibus, vt dictum est in prima de modis vero tertiæ, in. 23. 24. 25. 26. 27. &. 28. seruans prædictum ordinem, nam prius agit de illis qui habent præmissas ambas vniuersales & postea de illis q constant ex vna particulari, & in vtroq; ordine prius de affirmatiuis q; de negatiuis, & quia oẽs modi dicti concludunt directe, subiungit duos modos qui concludũt indirecte alterum habentem ambas præmissas vniuersales alterum habentem vnam particularem in. 29. Quo ad tertium, ostendit primo virtutem modorum dictorũ ad concludendũ plura in. 30. secundo reductionẽ oĩum aliorum ad primos duos, in. 31. & dependẽtiam a primo in. 32. tertio sufficientiam, & modorum dictorum in. 33. & figurarum in. 34. & terminorum ex quibus fiunt syllogismi in. 35, quarto docet regulam de quantitate & qualitate propositionum in. 36. & demum q̃ sit facilis quæue difficilis ad concludendũ in. 37. 38. &. 39. ponens in vltima harum quæ etiam est vltima libri huius propria nomina supradictorum modorũ cũ declarationibus suis.

DE SYLLOGISMIS MODALIBVS LIBER QVINTVS.



1 *Ropositio vniuersalis negatiua in seipsam conuertitur de necessario.* 1. prio. c. 3.

Nam si necesse est nullum. b. esse. a. etiam necesse est nullũ. a. esse. b. quod si non est necesse nullum a. esse. b. possibile est ergo aliquod a. esse. b. iuxta regulam. 65. primi libri. Sit ergo aliquod a. b. nam possibili posito inesse nullum sequitur impossibile, possibile enim est quod potest esse. Si igitur aliquod a. est. b. 2. p. ib. lec. 10. p totum.

etiam aliquod b.erit a.iuxta vndecimam conclusionem præcedentis libri, sed prius positum fuit necesse esse nullum b.esse a.ergo duo pugnātia, & opposita erūt simul.

vbi su. *Particularis affirmatiua quoque in seipsam conuertit.* 2

Si enim necesse est aliquod b.esse.a.etiam necesse est aliquod a.esse.b. Nam si non est necesse aliquod a.esse b.possibile est nullum a.esse.b.per regulam.65. prædictam. Sit ergo nullum a.b.igitur & nullum.b.erit.a.per primam conclusionem præcedentis libri. Hoc autem contradicit posito. Nam positum fuit necesse esse aliquod.b.esse.a.

vbi su. *Vniuersalis aūt affirmatiua in particularē cōuertitur.* 3

Si enim necesse est omne.b.esse.a.etiam necesse est aliquod a.esse.b.Si enim non necesse est aliquod a.esse.b. possibile erit nullum a.esse.b.Ponatur ergo ita eē ꝙ nullum a.sit.b.igitur & nullum.b.erit.a.quod est contra positum. Et est eadem ratio hæc cum præcedenti.

vbi su. *Particularis negatiua non conuertitur.* 4

Non enim conuertitur in affirmatiuam, quia negatiua & affirmatiua inuicem pugnant. Nec in negatiuā quia quāuis sit necessarium aliquam substantiam non esse hominem nō tamen necesse est nullum hominem eē substantiam vel aliquē non esse substantiam immo impossibile.

1.prior. c.14.s.t. opus.45 *Si ambe propositiones sint modales de necessario fiunt syllogismi in omnibus figuris eodē modo sicut in propositionibus de inesse.* 5

Habent enim easdem probationes. Nam propositiones de necessario eodem mō conuertuntur sicut & propositiones de inesse. Excipiuntur tamen duo scilicet q̄rtus secundæ figuræ, & quintus tertię qui in hoc loco nō per impossibile demonstrantur sicut prius factū est, sed per syllogismū expositoriū, quod tamen finaliter dedu

cit ad cõtradictionem,& ad impossibile. In baroco quidem sic: necesse est omne.a.esse.b.& necesse est aliquod c.non esse.b.sequitur ꝙ necesse est aliquod.c.non esse.a. Nam ponatur ꝙ illud.c.quod necesse est nõ esse.b.sit.d. necesse erit igitur.d.non esse.b. Si igitur syllogismus nõ est bonus,cõcedatur contradictorium consequentis qđ est,non necesse est aliquod.c.non esse.a.igitur possibile est omne.c.esse.a.iuxta regulam.65.præallegatam. Sed iam positum est.d.esse.c.posuimus enim ꝙ.d.eẽt illud c.quod necesse est non esse.b.possibile est ergo.d.esse.a. Prima aũt propositio dicit ꝙ necesse est oẽ.a.esse.b.igitẽ possibile erit ꝙ.d.sit.b.cum possit esse.a.Sed positũ fuit ꝙ necesse est.d.non esse.b.ergo duo contradictoria erũt simul.Nam si necesse est.d.non esse.b.impossibile est.d. esse.b.per regulam.68.primi libri. Possibile ergo erit.d. esse.b.& impossibile erit ipsum.d.esse.b.quod implicat contradictionem, iuxta regulam.71.& vltimam primi libri. In brocardo autem sic.Necesse est aliquod.b.non esse.a.Necesse est omne.b.esse.c.Ergo necesse est aliquod c.non esse.a. Sit enim.d.illud.b.quod ex necessitate non est.a.ex necessitate ergo.d.non est.a. Si igitur syllogismus non est bonus,accipiatur contradictorium consequentis,quod est,non necesse est aliquod.c.non esse.a. Igitur possibile est oẽ.c.esse.a.per regulam.65.sæpe dictam. Sed iam dictum est:necesse est omne.b.esse.c. Si igitur oẽ.b.ex necessitate est.c.& oẽ.c.possibile est esse.a.certe possibile erit etiã omne.b.esse.a. Sed iam positũ est.d. esse.b.quia posuimus ꝙ esset illud.b.quod ex necessitate nõ est.a.possibile igitur est etiam.d.esse.a.quod est cõtra positum. Nam posuimus,ꝙ necesse est.d.non esse.a. Bonus ergo fuit syllogismus.

6 *Si autem prima propositio sit de necessario & secunda de inesse in prima figura seruatis cęteris conditionibus quę ad eã requirunt,fiet semꝑ syllogismus per-* vbi su. c.15.

ctus concludens propositionem de necessario.

Et hoc ꝓbatur per dici de omni:& de nullo: vt prius fecimus in prima figura de inesse.

Vbi sup. c.16. *In secunda autem figura si vniuersalis negatiua sit ne-* 7
cessaria: altera existente de inesse, erit quoqꝫ conclu-
sio necessaria.

Per conuersiones enim propositionum quæ eodem modo fiunt in necessarijs:& in ijs quæ sunt de inesse: resoluentur ad primam figuram tales syllogismi.

Vbi sup. c.17. *In tertia autẽ figura, si in affirmatiuis vniuersalis affir-* 8
matiua quęcũqꝫ fuerit illa, & in negatiuis, vniuersalis
negatiua fuerit necessaria, altera existente de inesse:
syllogismus erit bonus.

Hoc autem fiet manifestum studioso ex conuersionibus propositionum: vt sępe dictum est.

Vbi sup. *Si autem aliter ordinentur propositiones & modi q̃* 9
dictum est in istis tribus figuris non sequetur conclusio
necessaria. Sed si qua conclusio sequitur ipsa erit con-
clusio de esse vel non esse.

Hoc autẽ erit manifestũ discurrẽti per singulos modos. Vnde in baroco & brocardo nõ fit conclusio necessaria: sed tantum de non esse. Quod eni3 necesse est esse vel non esse: est vel nõ est.

1. porũ. c.4. 2. perih. le c. x. *Propositio vniuersalis affirmatiua de contingenti con-* 10
uertitur secundum consequentiam in vniuersalem ne-
gatiuam, & econuerso.

In hoc loco accipimus cõtingens ꝓprie pro eo quod põt esse indifferenter & non esse. Dico autem eas cõuerti ſm consequentiam. qa vna alteram infert:& ex altera: altera sequitur ex necessitate. Si enim contingit omne. b. esse. a. etiam contingit nullum. b. esse. a. Sic enim accipi

mus contingens quod nec est necessarium nec impossibile: sed potest esse & non esse.

11 *Propositio quoque particularis affirmatiua de contingenti in particularem negatiuam conuertitur secundum consequentiam, & econuerso.* 1. porũ. Vbi sup.

Si enim contingit aliquod.b.esse.a.etiã contingit aliquod.b.non esse.a.& econuerso: propter eandem rationem quæ dicta est.

12 *Vniuersalis negatiua de contingenti, non conuertitur in seipsam sicut nec vniuersalis affirmatiua.* Vbi sup.

Nam non sequitur si contingit nullum.b.esse.a.ꝙ cõtingat etiã nullũ.a.esse.b. Quod si sequitur, etiam cõtinget omne.a.esse.b.per præcedẽtem cõclusionẽ decimã. Cum autem positũ sit ꝙ cõtingit nullũ.b.esse.a.etiã continget omne.b.esse.a.per eandẽ regulã. Igitur oportebit concedere ꝙ si conuertitur vniuersalis negatiua: ẽt conuertatur in seipsam vniuersalis affirmatiua: qđ est falsum. Non enim si contingit oẽm hoĩem esse album: ẽt contingit omne album esse hoĩem.

13 *Propositio particularis affirmatiua in seipsam conuertitur conuersione proprie accæpta.* Vbi sup.

Si enim cõtingit aliquod.b.esse.a.etiam contingit aliquod.a.esse.b. Si enim hoc non contingit: sit.c. illud.b. quod contingit esse.a. Si igitur.c.cõtingit esse.a. dico qđ etiã aliquod.a.contingit esse.c. Quod si non contingit: erit vel quia necessariũ est nullum.a.esse.c. vel quia necessariũ erit omne.a.esse.c. Sed nullũ horum potest stare cum posito: nam si datur primũ: ẽt necessariũ erit.c.non esse.a.iuxta primã conclusionẽ superius positã: sed hoc est contra positum. Et similiter si detur scđm etiam necessarium est.c.esse.a.per conclusionem tertiã superius positam: quod etiam est contra positum. Positum enim fuit quod.c.contingit esse.a.

Vbi sup. *Propositio vniuersalis affirmatiua in particularem conuertitur.* 14

Nā si contingit omne.b.esse.a.etiam contingit aliqd a.esse.b. Si enim hoc nō contingit:erit vel quia necesse ē omne.a.esse.b.vel qa necesse est nullū.a.esse.b.sed si primum datur etiam necesse erit aliquod.b.esse.a.per conclusionē tertiam superius positam:qd est ꝯ positū. Nec 2m dari pōt:qa ēt necesse esset.nullū.b. esse.a. per primā cōclusionē superius positam:quod est ēt cōtra positu3.

Vbi sup. *Particularis vero negatiua in seipsam conuertitur.* 15

Nam si contingit aliqd.b.non esse.a.etiam contingit aliqd.a.non esse.b. Si enim contingit aliquod.b. nō esse a.etiā contingit aliquod.b. esse.a, per conclusionem.xj. superius positam:ergo contingit etiā aliquod.a.esse.b.p cōclusionem pcedentem.xiij.ergo etiam contingit aliquod a.non esse.b.per eandē conclusionem.xj.ergo cō/clusio prima fuit bona.

Vbi sup. *Propositio vniuersalis negatiua in particularem conuertitur.* 16

Si enim contingit nullum.b. esse.a. etiam contingit aliquod.b.non esse.a.qa si vniuersalis est vera etiā particularis est vera per regulā.lix.primi libri:ergo etiam cōtingit aliquod.a.non esse.b.per cōclusionē imediate prędentem. Itaq; si contingit nullum.b.esse.a.etiam contingit aliquod.a.non esse.b.

prię fig. 1.prior. c.19.20. 21. *In prima figura: si ambę propositiones sint de contingenti vel maior sit de contingenti & minor de inesse vel de necessario, seruatis cęteris circunstantiis.erit syllogismus perfectus colligens propositionem de contingenti.* 17

Vbi sup. Hoc patet per dici de omni:& dici de nullo.

Si autem ambę sint negatiuę vniuersales de contingen 18

ti, vel si minor sit negatiua de contingenti, erit syllogismus.

Intellige q erit syllogismus: non ex vi ppositionũ: sed ex cõuersione earũ sm consequentiam: vt dictu3 est in.x.&.xj.conclusione. Verũtamẽ si maior esset particularis: nunquam fieret syllogismus. vbi.sup.

19 *Si autem minor sit de contingenti, maiori existente de necessario, vel de inesse, in primo & in tertio modo primę figurę fiet syllogismus imperfectus colligẽs propositionem de contingenti, secundum qđ contingens accipitur pro possibili.* Vbi sup.

Qualiter contingens qñq; pro possibili accipiatur dictũ fuit in primo libro in regula.lxiiij. Si enim necesse est omne.b.esse a.vel si omne.b.est.a.& contingit oẽ vel aliquod.c.esse.b.contingit etiam: idest est possibile omne vel aliquod.c.esse.a. Nã si non contingit omne.c.eẽ. a.necesse est aliqđ.c.non esse.a.p regulas. lxv.&.lxvi. in prĩo positas. At quoq; si contingit omne.c.esse.b. ponatur ita esse quia possibili posito inesse nullũ seqtur impossibile: omne igitur.c.est.b. Cum igitur necesse sit aliquod.c.nõ esse.a. vez est dicere aliqđ.c.non est.a.sed omne.c.est.b.per positum: ergo aliquod.b.non est.a. Syllogismus est in qnto tertiæ figuræ: idest in brocardo. Sed iam fuit positum q omne.b. est.a. vel necesse omne.b. esse.a.ergo cõtradictoria sunt simul. Similiter in particulari si nõ contingit aliquod.c.esse.a. necesse est nullũ.c. esse.a.per regula.lxv.pṛdictã: nullũ igiẗ.c.est.a. Positũ est autem aliquod.c.esse.b. Igitur aliqđ.b.non est.a.per syllogismum tertiæ figuræ sm, idest per felapton. Hæc autẽ conclusio est contra positum.

20 *In secundo autẽ & quarto modo primæ figuræ, si minor est de cõtingẽti & maior de inesse vel de necessa* Vbi sup.

rio, concluditur propositio de contingenti: prout contingens accipitur pro non necessario.

Quandoq; enim illud quod non est necessarium cõtingere dicimus, vt quia non est necessarium hominem currere, contingere dicimus hominem currere. Conclusio autem secundi modi si recte intelligatur erit de dicto particulari vel indefinito affirmato, & necessario negato, vt puta non est necesse. c. vel aliquod. c. esse. a. Conclusio autem quarti erit de dicto vniuersali affirmato, & necessario negato, vt puta non necesse est omne. c. esse. a. In secundo igitur fiat syllogismus sic. Nullum. b. est. a. contingit omne. c. esse. b. ergo contingit nullum. c. esse. a. idest non est necesse aliquod. c. esse. a. sic enim nunc accipitur contingens. Quod si negatur syllogismus, igitur stantibus præmissis necesse erit aliquod. c. esse. a. ponatur ergo minor ꝓpositio inesse, vt scilicet omne. c. sit. b. Maior autem dicebat nullum. b. est. a. Quæ si coniungatur cum ista aliquod. c. est. a. quæ ab aduersario posita est, eo ꝙ positum est ab eo, ꝙ necesse est aliquod. c. eẽ. a. sequitur in tertio secundæ figuræ, idest in festino, ꝙ aliquod. c. non est. b. quod est contra illud quod fuit positum, idest omne. c. est. b. Et eadem probatio est si maior sit de necessario. In quarto autem hoc modo fit syllogismus. Nullum. b. est. a. contingit aliquod. c. esse. b. ergo contingit aliqđ. c. non esse. a. idest non est necesse omne c. esse. a. Si enim est necesse omne. c. esse. a. ponatur minor inesse, idest ꝙ aliquod. c. sit. b. Cum igitur prima ꝓpositio sit hæc, nullum. b. est. a. & hæc etiam posita sit a contradicente, omne. c. est. a. quia dictũ fuit ab eo, ꝙ necesse est omne. c. esse. a. sequitur in primo secundæ figuræ, idest in cesare ꝙ nullum. c. sit. b. Quod est contra positum, quod est aliquod. c. est. b. Et similiter probatur, si ipsa maior sit de necessario.

vbi su. *In prima quoque figura, si minor sit de cõtingenti ne-* 21

gatiua, maiori existente vniuersali de inesse, vel necessario, fit syllogismus.

Non quidem ex propositionibus assumptis, sed per conuersionem minoris, quæ conuersio quidē est secundum consequentiam sicut dictum est in. 10. & 11. conclusione, & sic poterit reduci ad ordinem aliorum syllogismorum. Si tamen minor non est de contingenti, nunquam fieret syllogismus. Et similiter si maior esset particularis vel ambę particulares, & hoc patet inducēdo per omnes terminos.

22 *In secunda autem figura ex ambabus de contingenti, nullus omnino fit syllogismus.* vbi su. c. 22. 23.

Si enim aliquis fieri posset esset resolubilis ad primā figuram, omne enim imperfectum reducitur ad perfectum a quo sustentatur, sed hoc non potest esse, qa vniuersalis negatiua non conuertitur in seipsam in propositionibus de contingenti, per quam conuersionem maxime figura secunda ad primam resoluitur. Nec possunt per impossibile probari, quia manifestissime dantur, instantiæ quibus mōstratur, omnino nullum syllogismū huiuscemodi in hac figura fieri, quarum vna est, quia nō sequitur. Contingit nullum animal esse album, & cōtingit omnem hominem esse album, ergo cōtingit nullum hominem esse animal. Præmissę enim sunt veræ, & consequens falsum. Et similiter fit in aliis. opusc. 45 Secūda. figura.

23 *Si autem affirmatiua sit de contingenti, altera existente de inesse vel de necessario vniuersali negatiua fiet syllogismus.* vbi su. c. 24.

Per conuersionem enim negatiuæ in seipsam resoluetur ad syllogismos primæ figuræ, qui iam probati sunt. Si tamen negatiua esset de contingenti, nihil fieret propter causam dictam in præcedenti conclusione.

vbi su. *Si autem amb§ sint negatiu§, fiet syllogismus.* 24

Non ex vi propositionũ sed ex conuersione illius de contingenti in affirmatiuam vt sæpe dictum est. Si autẽ negatiua particularis sit de inesse vel necessario, vel ambæ sint particulares, vel affirmatiu§, nihil fit, quia nõ potest fieri resolutio ad primam figuram.

vbi su. c. 25. *In tertia autem figura si amb§ propositiones fuerint de contingenti fiet syllogismus per omnes modos eius.* 25

Tertia figura. Quia omnes poterũt ad primam figuram resolui, vel per conuersiones propositionum, vel per conuersiones secundum consequentiam, vt sæpe diximus.

vbi su. *Si autem amb§ fuerint negatiu§ de contingenti fit syllogismus.* 26

Non quidem ex virtute propositionum, sed ex conuersione, vt sæpe dictum est.

vbi su. c. 26. opus. vbi su. *Si vero vna sit de inesse vel necessario altera existente de contingenti qu§cunque fuerit illa, erit syllogismus, & similiter si amb§ sint negatiu§.* 27

Hoc autem manifestum erit per cõuersionem propositionum, ex quibus ad primam figuram resoluẽtur, vel etiã per impossibile. Per primam.n.figuram oẽs iudicandi sunt. Ego aũt breuiter transeo in his syllogismis, q͂ nõ sunt multũ in vsu, & melius in actu disputationis cognoscuntur. Aduertendũ est tamen ꝙ in secũda & tertia figura cõclusio est de contingenti diuersimode, sicut est in prima figura. Aliquando enim proprie capitur, aliq͂n pro possibili, & aliquando pro non necessario. Hoc autẽ cognoscitur ex resolutione ad primam, in qua declaratũ fuit de quo contingenti conclusio sequatur in quolibet ordine propositionum. Et de syllogismis modalium ꝓpositionum ista sufficiant.

Explicit liber quintus.

Postilla in librum quintum qui est de syllogismis modalibus.

Post syllogismũ de inesse qui est syllogismus simplex, sequitur syllogismus modalis, sicut propositio modalis sequitur propositionem de inesse, prius enim cõsideratur natura rei in se, postea modus eius, de tali igiť syllogismo agitur in hoc libro, & quia omnes syllogismi modales reducũtur ad syllogismum de necessario & cõtingenti, agitur tantum de illis. primo quidem de syllogismo de necessario, secundo de syllogismo de contingenti, necessarium enim est prius cõtingenti. Quo ad primum quia cõuersio propositionum cõfert vt diximus supra ad cognitionem syllogismorum, primo declarat conuersionem in propositionibus de necessario, prius manifestans illas quæ conuertuntur in seipsas. s. vniuersalem negatiuam in prima cõclusione, & particularem affirmatiuam in. 2. deinde illã q̃ conuertitur in aliam, scilicet vniuersalem affirmatiuam in. 3. subdẽs in. 4. de particulari negatiua, ꝙ non potest conuerti, seruat hunc ordinem quia vniuersale est prius particulari, & affirmatio negatione. secundo ostendit quomodo in his propositionibus debet vel potest fieri syllogismus simul in oĩbus figuris in. 5. tertio quomodo in singulis sigillatim, & quomodo in prima ostendit, in. 6. qũo in secunda, in 7. qũo in tertia, in. 8. subdẽs, an possit syllogismus alio mõ fieri in his figuris. in. 9. Quo ad secundum seruans ordinem prædictum, primo agit de conuersione propositionem de contingenti, incipiens ab illis quæ conuertuntur secundum cõsequẽtiam & declarat prius vniuersales in. 10. deinde particulares in. 11. manifestat postea an cõuertantur in seipsas vel in alias, & ostẽso quæ nõ possunt conuerti in seipsas. s. vniuersales in. 12. ostẽdit quæ possunt cõuerti, in. 13. 14. 15. 16. præmittens affir-

matiuas negatiuis & quæ conuertuntur in se, illis quæ conuertuntur in alias vt patet in litera. Secundo, ostēdit quō in his propositiōibus potest fieri syllogismus in. 1. figura, in. 17. 18. 19. 20. 21. multipliciter. n. potest fieri, sm diuersam cōbinationem & mixtionem propositionum tam de inesse q; modalium. In secūda figura ostenso quomodo non fit syllogismus in. 22. declarat quō habet fieri, in affirmatiuis quidem, in. 23. in negatiuis aūt, in. 24. in tertia demum ostēdit quō tripliciter potest fieri, siue sint ambæ præmissæ de contingenti, quod manifestat in. 25. quo ad affirmatiuas, & in. 26. quo ad negatiuas, siue non, quod manifestat in. 27. quæ est vltima.

DE POTESTATE FACIENDI SYLLOGISMOS LIBER SEXTVS.

Sā. tho. opusc. 47. 1. post. t. c. 38.



I *vis probare vniuersalem affirmatiuā in syllogismo, quære terminum qui vniuersaliter prędicatur de subiecto propositionis probandę, & de quo eiusdē propositiōis prędicatū vniuersaliter prędicet.* 1

Vt si vis probare q omnis homo est substantia, accipe animal, vel corpus.

vbi su. *Si autem vis probare vniuersalem negatiuam, quære terminum qui de altero terminorum propositiōis probandę vniuersaliter prædicetur, & ab altero vniuersaliter remoueatur.* 2

Nam si vniuersaliter prædicetur de subiecto poteris eam probare in secundo primæ figuræ, & in primo se-

cundæ. Si autem de prædicato, probabitur in secundo secundæ figuræ.

3 *Si vero vis probare propositionem particularem affirmatiuam, quęre terminum de quo alter terminorum propositiõis probandę vniuersaliter prędicetur, & qui cum altero saltem particulariter conueniat.* vbi su.

Nam si de ipso prædicatum propositionis probandę vniuersaliter pdicetur, poterit syllogizari in tertio mõ primæ figuræ, & in primo & quarto tertiæ. Si aût vniuersaliter de ipso pdicat̃ subiectũ, probabitur in tertio tertiæ. Dico autẽ ꝙ cum altero cõueniat particulariter. i. ꝙ vel ipse de altero prædicetur particulariter vel alter de ipso. Dixi autem saltem, quia si de ipso nõ solum particulariter sed etiam vniuersaliter pdicaretur, non minus cõcluderet syllogismus, vt patet in primo tertiæ.

4 *Si autem vis probare propositionem particularem negatiuam, quęre terminum qui cum altero terminorum propositionis conueniat, & ab altero remoueatur.* vbi su.

Si enim nullo mõ cõuenit cum prædicato, & particulariter de ipso pdicetur subiectũ, poterit cõcludi in quarto primæ, & in vltimo tertiæ. Si aût vniuersaliter, cõcluditur in secũdo tertiæ. Si vero de subiecto particulariter ipsæ prædicetur, cõcludetur in tertio secundæ. Si vero ipse de prædicato vniuersaliter prædicetur, & particulariter remoueat̃ subiecto, fiet syllogismus in quarto secundæ. Si aût de ipso subiectũ vniuersaliter prædicetur, & ab eodem particulariter prædicatum remoueatur, cõcludetur in quarto tertiæ.

5 Non *sunt sumendi pro medio termini communissimi nec singulares.*

Quia vel nunq̃ vel raro ad aliquid probandũ efficaciter poterit procedi. De ipsis. n. nihil vniuersaliter affir-

matiue prædicatur, nec ēt negatiue, nec ipsi quoq; de aliquo negatiue p̄dicantur. Termini aūt singulares de nullo p̄dicantur, & de ipsis nihil enunciatur vniuersaliter. Nō.n.dicimus oīs Sortes, vel nullus Sortes. Oportet āt in omni syllogismo mediū terminum cum aliquo copulari vniuersaliter vel affirmatiue vel negatiue.

2.prio℞ c.3.9. *Ex contradictorio consequentis bonę consequētię infertur ex necessitate contradictorium antecedentis.* 6

Sit ergo hæc argumētatio bona. B.est.a.ergo.b.est.c. Dico ꝙ ex necessitate infertur si.b.nō est.c.ꝙ.b.nō est.a. quod si nō sequitur, detur ꝙ.b.non sit.c.& tñ ꝙ.b.sit.a. sed iam posuimus ꝙ si.b.est.a.ꝙ.b.sit.c. Igitur.b.erit.c. & non erit.c quod contradictionem implicat.

vbi su. *Ex contradictorio consequentis cum altera pręmissarum, infertur contradictorium alterius pręmisse.* 7

Hæc regula patet ex præcedēti. Est enim eadem cum illa in sententia.

2.prio℞ c. 2. *Ex falsis verum & falsum potest inferri, sed ex veris non nisi verum.* 8

Si enim homo est asinus sequitur ꝙ homo est animal quod est verum, & etiam sequitur ꝙ homo est rudibilis quod est falsum. Sed si antecedens est verum, necesse est cōsequens esse verum, aliter cōsequentia nō erit bona. Sit enim ista consequentia.a.est, ergo.b.est. Si existente antecedente vero, cōsequens sit falsum, cōtradictorium eius erit verū, quod est.b.nō est. Sed si.b.nō est.a.nō est per regulas immediate præcedentes. Igitur.a.est &.a.nō est, quod implicat contradictionem.

1.prio℞ .30. *Syllogismus ducens ad impossibile vtilis est ad probādum omnes propositiones.* 9

.prio℞ 11.12. 13.14. Syllogismus enim iste est multum in vsu disputantium. Et fit hoc mō. Sumitur enim propositio falsa quā volumus reprobare, quæ hypothesis dicitur quia conceditur,

ceditur, & datur ab aduersario, vnde ab eo eam supponimus, & coniungitur ei altera propositio manifeste vera, & ex iis duabus in aliquo syllogismo cõcluditur aliqua alia propositio manifeste falsa, vel impossibilis ex cuius postea cõtradictorio vero cũ propositione manifeste vera prius assumpta, cõclude cõtradictoriũ hypothesis iuxta regulas .6. &. 7. & sic reprobamus, & dãnamus hypothesim aduersarii ducentes ipsum ad impossibile. Quia si vult hypothesim esse verã cogit etiam cõcedere cõtradictoriũ hypothesis esse verũ, quod est oĩno impossibile. Vt si qs dicat ꝙ anima intellectiua est mortalis vel corruptibilis, ego accipiã istã propositionẽ. Nullũ mortale est capax beatitudinis, quæ coniuncta illi hypothesi concludit ꝙ aĩa intellectiua nõ est capax beatitudinis, in quarto primæ figuræ. Sed quia consequens est manifeste falsum, ideo postea assumo eius cõtradictorium, quod est. Omnis anima intellectiua est capax beatitudinis. Quod si cum ea quam prius assumpsi coniungatur, concludit contradictorium hypothesis in primo secundæ figuræ. Et hoc modo hypothesim destruxi, deducendo respondentem ad concedendum duo contradictoria, quia vnũ spõte cõcessit, alterum vero vi argumenti. Et hoc modo argumentandi vsi sumus superius in probationibus fere omnium conclusionum.

10 *Si aliquid antecedit ad antecedens, illud idem antecedit ad consequens, & si aliquid sequitur ad consequẽs, etiam sequitur ad antecedens.* Alb. 1. prior. c. vlti.

Consequens enim includitur in intellectu antecedentis. Et ideo quicquid includitur in intellectu cõsequẽtis quod includitur in antecedente, necesse est etiam ipsum includi in intellectu antecedentis. Et similiter omne antecedens includit consequens. Quicquid ergo includit antecedens etiam includit consequens.

11 *Si aliquid stat cum antecedente, illud idem stat cum* vbi su.

consequente, & si quid repugnat cõsequenti, illud idẽ repugnat antecedenti.

Si.n.non stat cũ cõsequente, erit cõtradictorium consequentis. Ergo nec stabit cũ antecedẽte, quia ex cõtradictorio consequẽtis infertur cõtradictoriũ antecedentis vt dictũ est supra. Ideo ẽt necesse est ꝙ si repugnat aliqd consequenti, ꝙ repugnet antecedenti, quia infert cõtradictorium eius per regulam eandem.

2.pih. lec.11. *Si antecedens est possibile vel necessariũ necesse est con sequens esse simile.* 12

Possibile enim potest eẽ verum, necessarium aũt semper est verum. Si ergo antecedens eẽt possibile, & consequens non, ex veris sequeretur falsum contra regulã.8. Et si antecedens eẽt necessarium & consequens possibile cum possibile possit esse falsum, etiam ex vero posset sequi falsum contra eandem regulam.

2.topi. c.9. *Ab inferiori ad suum superius affirmatiue absque signo vniuersali, suppositione materiali vel confusa non impediente, est bona argumentatio.* 13

Nam superius includitur in intellectu inferioris, vt si homo est, animal est. Sed cum signo non sequitur, vt omnis homo est risibilis, ergo omne animal est risibile. Aut homo est species, ergo substantia est species. Iste.n. terminus species impedit consequentiam quia facit sbm supponere materialiter.

vbi su. *A superiori autem ad inferius distributiue & vniuersaliter est bona consequentia.* 14

Nã vniuersale includit particulare. Quando tñ arguitur affirmatiue requiritur quædam suppositio. Non.n. valet omne animal currit. ergo omnis homo currit, nisi supponatur ꝙ omnis homo sit animal. Nam nullo homine existẽte non valeret argumentũ. a superiori aũt ad

inferius sine distributione tenet negatiue, vt animal nõ currit, ergo hõ nõ currit, vel lapis non est animal, ergo non est homo, cum.n.inferius contineat superius, negato superiori, negatur inferius.

15 *Ab vniuersali ad particularem est bona consequentia: sed non econuerso. Non tamen valet ad singularem nisi fiat suppositio, quod in vniuersali includitur.* Seqt ex dictis.

Pria pars patet ex regula pcedenti, & ex.59.primi libri. Secunda ẽt patet ex pcedenti. Non.n.sequitur, si oĩs hõ currit ꝙ Sortes currat nisi supponatˀ ꝙ sit hõ. Vnde dicitur ꝙ non valet nisi cum debito medio.

16 *A particulari ad indefinitam suam, & econuerso est bona consequentia.* 1.pih. lec.11.

Nam particularis & indefinita parum differunt vel nihil quantum pertinet ad consequentiam.

17 *A particulari vel indefinita ad singulares disiunctiue cum debito medio, est bona consequentia.*

Vt aliqs hõ currit, & isti sunt omnes hoĩes, ergo vel iste hõ currit vel iste currit, & sic de aliis. Si enĩ nec iste nec iste currit, omnibus enumeratis, certe nullus curret, quod est contradictorium antecedentis.

18 *Ab vno correlatiuorum ad reliquum in propositionibus de secundo adiacente est bona consequentia.* 4. topi.

Vt si pater est, filius est, & econuerso. Voco aũt propositiones de secundo adiacẽte illas in quibus nõ est aliud prædicatũ prçter verbũ, & maxime hoc verbũ est. De tertio aũt illas in quibus est aliud prædicatum præter verbum. Vt homo est animal. Nam in propositionibus de tertio adiacente non fit bona consequentia semper. Nõ enim si pater est senex, filius est senex. Ratio autem regulç est, quia relatiua simul sunt.

19 *Ab vno conuertibili ad reliquum in propositiõibus de*

ſecundo adiacente eſt bona conſequentia.

Vt homo eſt, ergo riſibile eſt. Et ratio eſt quia conuertuntur ad inuicem, ponunt ergo ſe inuicem.

2. topi. *Ab vno diſparato affirmato ad aliud negatum eſt bona conſequentia ſed non econuerſo.* 20

Diſparata voco, quæ tantum a ſe diuerſa ſunt, nulla cõtrarietate pugnantia. Vt homo eſt animal, ergo hõ nõ eſt lapis. Ratio conſequentiæ eſt, quia diſparata ſimul eẽ non poſſunt. Non tamen ecõuerſo quia ex negatiua nõ ſequitur affirmatiua.

2. pih. lec. 6. *A prædicatis diuiſis ad coniunctum ſi non ſint accidentalia & vnum alterum non includat, eſt bona conſequentia.* 21

Quæ enim in vno ſubſtãtialiter cõiunguntur, etiam inter ſe poſſunt cõiungi. Si enim homo eſt animal, & eſt rationalis, eſt ergo animal rationale. Sed non poteſt hoc ſemper in accidentibus fieri. Vt ſi homo ſit bonus, & ſit citharedus, nõ propter hoc oportet ſequi ꝙ ſit bonus citharedus. Et ſimiliter ſi vnum includat reliquum. Vnde non ſequitur, homo eſt animal, & eſt ſubſtãtia, ergo eſt animal ſubſtantia quia fieret negatio. Sufficit enim dicere, ergo eſt animal. Qui enim dicit animal dicit etiam ſubſtantiam.

vbi ſu. lec. 7. *A pręedicato coniuncto ad diuiſa, quãdo non eſt oppoſitio in adiecto eſt bona conſequentia.* 22

Oppoſitionem in adiecto voco, quãdo terminus qui alteri additur repugnat illi cui additur. Ratio autem regulę eſt, quia cum ambo in vnum coniungantur, & vnũ non deſtruat reliquum nihil obſtat quin ſeparatim de illo in quo conueniunt poſſint prædicari, vt ſi homo eſt animal rationale, eſt & animal & eſt rationalis. Vbi autem eſt oppoſitio prædicta nihil ſequitur. Non enim ſi adam eſt homo mortuus ſequitur ꝙ adam ſit hõ.

23 *Ex affirmatiua de prędicato finito: sequitur negatiua de prędicato infinito seu priuatiuo sed nõ econuerso.* 2.pih. lec. 2.3. 1. prior c.44.

Vt si hõ est iustus sequitur ꝙ hõ nõ sit non iustus vel iniustus. Non enim potest eẽ ꝙ sit iustus, & ꝙ etiam sit non iustus vel iniustus. Ideo ex contradictorio consequentis infertur contradictoriũ antecedẽtis, sed nõ ecõuerso, quia ex negatiua nõ sequitur affirmatiua. Licet q̃dam etiam econuerso concedant consequentiã nõ irrationabiliter, quia dicunt affirmatiuã de prædicato infinito non eẽ pure affirmatiuam, & negatiuam similiter nõ esse pure negatiuam. Sed de his alias.

24 *Ex affirmatiuis quoque de prædicato infinito seu priuatiuo sequitur negatiua de prędicato finito, sed non econuerso.* vbi su.

Ratio autem est eadem cum præcedenti.

25 *Si hę reduplicationes, inquantum vel dum est, vel vt sic, applicentur ad maiorem extremitatem supra medium, fiet bonus syllogismus, aliter non fiet.* 1.prior c.33.

Vt omnis hõ est animal inquantum hõ, sed Sortes est hõ, ergo Sortes est animal inquantum hõ. Nam syllogismus perfectus est. Si aũt applicetur maiori extremitati super eam, vel superflua erit, vel nullum dabit intellectum. Vt si dixero. Omnis hõ est animal inquãtum aĩal, põt vno mõ intelligi ꝙ omnis hõ inquantũ animal est aĩal, & sic superflue dicitur inquantũ animal, põt ẽt intelligi a parte p̃dicati tm̃, & tunc nullũ habet intellectũ saltẽ consuetum. Si autẽ minori extremitati coniungatur, etiã nõ fit syllogismus. Non.n. sequitur, si oẽ animal est albũ, & omnis hõ inquantũ homo est animal, ꝙ omnis homo inquantũ homo sit albus. Similiter non fit si medio addatur supra medium. Vnde non sequitur. Omne animal inquantum currit mouetur, omnis homo est animal, ergo omnis hõ mouetur, nisi forte ꝑpter naturarũ

ordinem, vtputa in pdicatis essentialiter ordinatis quando reduplicatio additur medio & minori extremitati, vt animal inquantum animal est substantia, sed homo inquantum homo est animal, ergo homo inquantum homo est substantia. Sed in aliis terminis non valet.

Ab exclusiua ad eius vniuersalem de terminis trāspositis est bonum argumentum, & econuerso. 26

Exclusiuam voco propositionem quæ habet terminū cuius officiū est excludere omne aliud ab eo cui applicatur. Vt est hic terminus tātum, vel solū, & similes. Vnde hæc dicitur exclusiua. Tantū homo est risibilis. Et si tantum homo est risibilis, etiam omne risibile est homo, & econuerso. Hæ enim propositiones idem significant, sed non eodem modo.

Ab inferiori ad suū superius a parte subiecti, dictione exclusiua addita subiecto, est bona consequentia. 27

Si enim tantum homo currit, sequitur ꝙ tm̄ animal currit. Nam si tm̄ homo currit, ergo omne currēs est hō per regulam præcedentem, omne ergo currens est aial, quia de quocunq; prædicatur inferius, & superius quoque prędicatur. Si aūt omne currens est animal, sequitur ꝙ tantum animal currat per regulam præcedentem. consequentia ergo fuit bona.

Ab exceptiua negatiua ad exclusiuam affirmatiuam sibi correspondentem est bonum argumentum, & econuerso. 28

Excæptiuā voco ꝓpositionē in qua aliquid affirmat de aliquo, vel negatur ab eo, alterum ab illa affirmatiue vel negatiue excipiendo, vt omnis hō pter Sortē est sanus, vel nihil prętter sortē currit. Ex iis. n. duabus, sequitur & ꝙ solus Sortes inter hoies nō est sanus. & ꝙ solus Sortes currit. Nam propositiones iste conuertuntur ad inuicem propter vnitatem significatorum.

29 *Non est curandum aliquid per diuisionem probare.*

Quia syllogismus per diuisioné est infirmus. Quod enim debet probare accipit in principio. Si enim vult qs probare omnem hominem esse mortalem assumẽdo ꝙ omnis homo vel est mortalis vel immortalis, si ex hoc postea concludit propositum, certum est ꝙ non sequitur ex disiunctiua altera pars proprie nisi altera interimatur, vt in sequenti libro patebit. Si autem interimendo alteram partem assumat ꝙ nullus homo est immortalis, patet ꝙ assumit quod debet probare. Cũ.n. habeat probare omnem hominẽ eẽ mortalẽ, nulli dubiũ est ꝙ ex hoc etiam habet probare ꝙ nullus est immortalis. Si quis tamen concederet disiunctiuam, & destructionem alterius partis, non est dubium ꝙ isti homini argumentum probaret alteram partem.

30 *Cauendum est maxime ne nota probare conemur per ignota, & æque nota per ęque nota, aut idem per idẽ.* 1.phy. t.c.1. 1.post. t.c.5.

Hoc.n. est valde vitiosum, qa probatio fieri debet per notiora, aliter ꝓbatio dicẽda nõ est, sed magis cõfusio. Intellige aũt per notiora nobis. Nã notiora ẜm naturã probamus p ea q̃ sunt minus nota ẜm naturã, sed tñ magis nota ẜm nos. Intellectus.n. procedit cognoscẽdo a sibi notioribus ad ea quæ sunt minus nota.

31 *Vitanda quoque est prolixitas orationum, & multiplicatio nominum.* 2.prio. c.30. Sã. tho. opus.45

Quia hæc generant magnam confusionem, probatio autem fit, vt illud quod probatur manifestetur intellectui, & non vt confundatur intellectus. Procedere enim hoc modo pertinet ad importunitates sophystarum, & ad eos qui non habent claram scientiam. Syllogismus enim ex tribus terminis & duabus propositionibus q̃ breuius fieri potest componi debet. Vnde etiam frequenter ex vna propositione concluditur altera, & tertia in

mente retinetur, hinc est ēt ꝙ quando termini sunt distātes & multæ cōsequentiæ anteq̄ ad vltimū cōsequēs veniatur intermediant, solēt disputantes a primo ad vltimum mediis relictis procedere, vt citius negociū expediatur, & ne intellectus qui subito discurrit propter multa verba inuoluatur. Quāuis hoc sæpe faciat ad decipiendum respondentē qui non potest semper oīa media cognoscere. Et hæc de potestate faciendi syllogismos dicta sufficiant. Inferius autem de locis topicis tractabimus ex quibus maiorem & magis dearticulatam habebimus potestatem.

Explicit liber sextus.

Postilla in librū.6.de potestate faciendi syllogismos.

Declarata forma syllogistica tā in syllogismis de inesse q̄ in modalibus, vt possimus illos formare ſm ꝙ opus fuerit oportet habere notitiā de potestate faciendi illos, quod nihil aliud est q̄ scire inuenire mediū in qualibet materia, & nosse vim illatiuam, tam terminorū q̄ propositionum, ideo auctor agit in hoc libro de tali potestate, hoc ordine, quia primo docet inuenire medium ad probandum omne genus propositionū.s.affirmatiuā vniuersalē quæ est prima, in.1.cōclusiōe, vniuersalē negatiuā, q̄ est secunda in.2.particularē affirmatiuā q̄ est tertia in.3.& particularē negatiuā q̄ est vltima in.4.subiūgens in.5.regulā generalē ad oēs. Secūdo cōtra negantes sequelā q̄ fit in syllogismis tradit vnā regulā gn̄alē probatiuā sequelæ.s.ab opposito cōseq̄tis & docet illā dupliciter exerceri, vno mō, in.6.alio mō, in.7.& qa in tali ꝓbatiōe assumūtur qn̄q; falsa sic exigente tali mō probandi & cōiter fit per syllogismum ad impossibile, iō ṕdictę regulæ addit qūo ex falsis sequitur qn̄q; verum in.8.&

quõ fiat syllogismus ad impossibile in.9. Tertio tradit regulas generales ad cognoscendam vim illatiuam, in 10.11.12. quæ sumuntur tam ex parte consequentis q̃ ex parte antecedentis. Quarto descendit ad spãles regulas, tam in terminis q̃ in propositionibus, & primo qdẽ in propositionibus simpliciter a.13. vsq; ad.20. docens vim illatiuã inter superius & inferius in.13.14. inter ꝓpositiões vniuersales particulares, indefinitas & singulares in.15.16.17. inter correlatiua in.18. inter conuertibilia in.19. & inter disparata in.20. secũdo vero in propositiõibus q̃ diuersificãtur per aliqd additũ, siue illud additũ tollat vnitatẽ propositionis, sicut cũ arguitur a diuisis prædicatis ad coniunctũ, de quo mõ arguẽdi agit, in 21. & a coniuncto ad diuisa de quo in.22. siue nõ tollat vnitatẽ, sicut cũ additur dictio infinitans terminũ de q̃ in.23.24. vel reduplicatiua, de qua in.25. siue exclusiua de qua in.26.27. siue excæptiua, de qua in.28. Demum pro complemento libri tradit tria documenta, docens in illis quæ vitare debemus in probando aliquã conclusionem, vel non curare. in.29.30.31.

DE SYLLOGISMIS HYPOTHETICIS LIBER SEPTIMVS.

1 

Ropositio hypothetica est quę nec eẽ nec non esse: sed cum quadam conditione vel disiunctione denunciat. 1. prioꝝ. c.30. Primũ. Boe. li.1 de syl. hypo.

Vt si dies est, lux est. Nõ enim cum sic dicitur enunciatur ꝙ dies est, aut ꝙ lux est, sed cum cõditione ꝙ lux est, si dies est. Et similiter cũ dicitur. Aut aĩal est ęgrũ aut sanũ nõ denũcio ipsum eẽ sanũ, nec ipsum eẽ ęgrũ, sed aut eẽ

ſanũ vel ægrũ. Ex quo patet q̃liter differt hypothetica, à cathegorica, q̃ in prædicatione & enunciatione conſiſtit.

vbi ſu. *Propoſitiones hypotheticę multę ſunt ſecundũ ſpecie.* 2

Quædam.n.ſunt diſiunctiuæ, vt aut.a.eſt, aut.b.eſt. Quædã vero conditionales. Et harũquædã ſunt ſimplices, vt ſi.a.eſt.b.eſt. Quædam compoſitę, & harũ quædã cõponuntur ex duabus cõditioalibus vt ſi.a.eſt.b.eſt.ſi b.eſt.c eſt. Quædã ex vna cõditionali, mediante hac coniunctiõe cũ. Et harũ quædã eſt ex duabus hypotheticis, vel habẽtibus vim hypotheticarũ, vt ſi cũ eſt.a.eſt.b.eſt c.eſt.d. Quædã vero ex vna hypothetica, & altera cathegorica. Vt ſi cũ eſt.a.eſt.b.eſt c. Vel ſi eſt.a.cũ eſt.b.eſt.c. Verum quia hæ vltimæ quæ fiunt cũ hac cõditione cum non ſunt in vſu, & breuitati ſtudeo & vtilitati legentiũ, illis reiectis de cæteris tractabo. Qui vult autem illas ẽt videre legat Boetium in libro hypotheticorum ſyllogiſmorum.

vbi ſu. *Affirmatio & negatio in cõditionalibus iudicatur ſecundum conſequens.* 3

Nam ſi conſequens eſt negatiuum, dicitur negatiua. Si vero conſequens eſt affirmatiuum dicitur affirmatiua, ſm Boetium. Ratio autem eſt, quia tota vis earũ eſt in illatione conſequentis.

vbi ſu. *Contradictio qua iſtę condictionales deſtruuntur; nõ eſt per negationem alicuius cathegoricę ex qua componantur, ſed per negationem conſequentiæ.* 4

Vis enim iſtarum propoſitionum ſeu veritas non eſt in enunciatione vt dictum eſt, ſed in habitudine & conſequentia. Vnde deſtruuntur per negationem illius conſequentiæ, vt ſi volo deſtruere hãc conditionalem. Si eſt a.eſt.b.non dicam non eſt.a.vel non eſt.b.ſed poteſt eſſe a.dato ꝙ non ſit.b.

vbi ſu. *Syllogiſmus hypotheticus ergo eſt qui ex propoſitioni,* 5

bus hypotheticis est constitutus vel ex vna saltem hypothetica.

Nam aliquando fit ex vna tm̄ hypothetica, vt cum dicitur. Si est.a.est.b.sed est.a.ergo est.b. Primo ergo tractemus de syllogismis hypotheticis qui fiunt ex propositionibus simplicibus conditionalibus.

6 *Conditionales simplices quatuor sunt & non plures.* vbi su.

Nam cū cōponantur ex duabus cathegoricis, aut illæ duæ cathegoricæ sunt affirmatiuæ, aut negatiuę, aut prima est affirmatiua & secunda negatiua, aut prima negatiua & secunda affirmatiua. Nō pñt aūt aliter variari. Vt si.a.est.b.est. Si.a.nō est.b.nō est. Si.a.est.b.nō ē. Si.a.nō est.b.est. Et prima vocat̃ antecedens, secūda consequens.

7 *Si ex positiono antecedentis inferatur cōsequens, perfectus erit syllogismus.* vbi su.

Vt si dicat̃. Si.a.est.b.est.sed.a.est, ergo.b.est. Cū.n.dicat prima propositio ꝙ si.a.est ēt.b.est & postea ponatur a.esse, manifestū est ꝙ oportet ponere.b.eē. Vnde syllogismus per se patet & probatione non indiget. Et in aliis quoq; propositionibus eadem probatio est.

8 *Si ex destructione consequentis inferatur destructio antecedentis, erit syllogismus, sed imperfectus.* vbi su.

Vt si est.b.est.a.sed nō est.a.ergo non est.b. Imperfectus quidem est iste syllogismus, quia eget demonstratiōe, & sic probatur. Si.n.posito antecedēte toto nō sequitur illud cōsequēs, det̃ eius contradictoriū qđ est, est.b. Sed iam positū est ꝙ si est.b.est.a.ergo oportet ponere ēt ꝙ sit.a. Hoc aūt est contradictorium positi. Fuit.n.positum in antecedente syllogismi non esse.a.

9 *Ex positione autem consequentis, non sequitur positio antecedentis ex propositionum consequentia.* vbi su.

Non enim sequitur. Si homo est, animal est, sed aial

eſt,ergo homo eſt.Poteſt.n.eẽ animal etiam ſi nõ ſit homo.Dico autem ex propoſitionũ conſequentia,quia aliquando ſequitur propter rerũ naturã. In propoſitione enim q̃ habet primã cathegoricã negatiuam, & ſecundã affirmatiuam,ſequitur ex poſitione cõſequentis poſitio antecedẽtis propter rerũ naturã vel ſicut alii dicunt,conſequẽtia eſt bona materialiter,nõ formaliter, quia talis conditionalis nunq̃ fit vera niſi in contrariis immediatis.Vt ſi animal non eſt ſanum,eſt ægrũ. Sed animal eſt ægrũ ergo non eſt ſanũ. Neceſſe eſt.n.ſi vnum ponitur alterum negari,& ſi vnum negatur alterum poni.

vbi ſu. *A deſtructione quoque antecedentis ad deſtructionẽ* 10
conſequentis non fit ſyllogiſmus niſi forte propter rerum ordinem.

Nã non ſequitur.Si hõ eſt,animal eſt.ſed homo non eſt ergo aĩal nõ eſt.Nã põt eſſe aĩal nullo hoĩe exiſtẽte. Verũ in contrariis ĩmediatis in q̃bus ſolis fit ꝓpoſitio q̃ hẽt primã negatiuã & ſecũdã affirmatiuã fit ſyllogiſmus propter rerũ ordinẽ,vt prius dictũ eſt.Si.n.aĩal ſanum non eſt,eſt ægrum. Si ergo ſanũ eſt,non eſt ægrum.

vbi ſu. *Conditionales compoſitæ ſunt octo tantum.* 11

Quæ ſunt iſtæ. Si eſt.a.eſt.b.ſi eſt.b.eſt.c.Si eſt.a.eſt b.ſi eſt.b.non eſt.c.Si eſt.a.nõ eſt.b.ſi non eſt.b.eſt.c.Si eſt.a.nõ eſt.b.ſi non eſt.b.non eſt.c.Si non eſt.a.eſt.b.ſi eſt.b.eſt.c.Si non eſt.a.eſt.b.ſi eſt.b.non eſt.c.Si non eſt a.non eſt.b.ſi non eſt.b.eſt.c.Si non eſt.a.nõ eſt.b.ſi nõ eſt.b.non eſt.c.Patet autem ꝙ non poſſunt alio modo variari per negationem & affirmationem.

vbi ſu. Prima figura. *Prima figura eſt in iſtis,quando præcedentis conditio-* 12
nalis conſequens eſt antecedens ſequentis. Et ſi arguitur *a poſitione primi antecedentis ad poſitionem vltimi conſequentis ſyllogiſmus eſt perfectus.*

Sic enim fit ſyllogiſmus.Si ẽ.a.eſt.b.ſi eſt.b.eſt.c.Sed

est.a.ergo est.c. Cum enim iam dictum sit esse.b.si erat a.& esse.c.si.erat.b.Et iam positum sit eē.a.manifestū est φ oportet ponere.b.eē &.c.Syllogismus enim manifestissimus est.Et hunc ponūt sophystę in his terminis.Qñ inquiunt multæ fiunt consequentiæ,a primo antecedente ad vltimum consequens si non varientur consequentiæ mediæ,est bona consequentia.

13 *A destructione quoque vltimi consequentis ad destructionē primi antecedentis procedendo fit syllogismus.* vbi su.

Nam si est.a.est.b.si est.b.est.c.sed non est.c ergo non est.a.si enim sit.a. non existente.c.certum est φ erit.b. quia iam positum est φ si est.a.est.b.Et si est.b.positum est etiam φ est.c.Igitur erit.c. & nō erit quod implicat cōtradictionē. Et eadem rō est in aliis propositiōibus.

14 *A destructione tamen primi antecedentis ad destructionem vltimi consequentis, vel a positione vltimi consequentis ad positionem primi antecedentis non fit syllogismus.* vbi su.

Nam non sequitur.Si est homo,est animal,si est animal est substantia,sed non est homo.ergo non est substātia.Potest.n.substantia eē sine hoīe.Et similiter nō sequitur.Si est substātia,ergo est homo propter eandem cām, nisi forte hoc sit propter rerū naturam.Vt si dico.Si hō est rationale est,si rationale est risibile est,sed homo nō est,ergo risibile non est.Vel ita.Si risibile est,ergo homo est.Non enim syllogismus valet ex vi propositionum, sed ex natura rerum.

15 *Secunda figura est,quando antecedens primę cōditionalis est oppositum antecedenti secūdę.Et si arguatur a destructione consequentis primę ad positionem consequentis secundę:est bonus syllogismus.* Boe.li.1 de syl. hypo. Secūda

Et formatᷣ sic.Si est.a.est.b.si nō est.a.est.c.sed nō est

b.ergo eſt.c. Vel ſic. Ergo ſi nō eſt.b.eſt.c. Si enī nō eſt.b. oportet ēt ꝙ nō ſit.a.per regulā tertiā ſupius poſitā:ſed poſitū eſt ꝙ ſi nō eſt.a.eſt.c.ergo neceſſe eſt dicere: qḋ ſi non eſt.b.eſt.c. Et eadem ratio eſt in cęteris.

Vbi ſup. *A deſtructione quoq; conſequentis ſecundæ conditio-nalis ſequitur poſitio conſequentis primæ.* 16

Nā ſi eſt.a.eſt.b.ſi non eſt.a.eſt.c.ſed nō eſt.c. ergo eſt.b. Quia ſi nō eſt.c.eſt.a.per regulam tertiam. Sed ſi eſt.a.ē b.ergo ex neceſſitate:ſi non eſt.c.eſt.b.

Vbi ſup. *Ex poſitione autem conſequentis primæ: non ſequitur poſitio conſequentis ſecundę, nec econuerſo.* 17

Nam enī ſequitur. Si eſt animal eſt ſubſtantia: ſi non eſt aīal:non eſt hō:ſed eſt ſubſtantia.ergo nō eſt homo. Poterit.n.eſſe hō ſi eſt ſubſtantia. Vel ſic. Sed nō eſt hō: ergo eſt ſba. Poterit.n.nihil eſſe:ꝙ non eſt hō:niſi forte valeat ꝓpter rerū ordinē vt ſępe dictū eſt. Silr non valeret ſi aītia non eſſent oppoſita. Nō.n.ſequitur. Si eſt hō eſt aīal:ſi eſt homo eſt riſibile:ſed non eſt animal: ergo eſt riſibile. Vel ita. Sed non eſt riſibile: ergo eſt animal. Nullo enim modo fit ſyllogiſmus.

Tertia. Vbi ſup. *Tertia figura eſt:quando conſequens primę conditionalis eſt oppoſitum conſequenti ſecundæ, & ex poſitione antecedentis primæ ſequitur contradictoriū antecedentis ſecundę. Et ſimiliter ex poſitione antecedentis ſecundæ, ſequitur contradictorium antecedentis primę.*

Et ſic formatˀ ſyllogimus. Si eſt.b.eſt.a.ſi eſt.c. nō eſt. a.ſed eſt.b.ergo non eſt.c. Si enim eſt.b.etiam eſt.a. p poſitum:ſed ſi eſt.a.non eſt.c.per tertiam regulam:ergo ex neceſſitate ſequitur ſi eſt.b.ꝙ non ſit.c. Vel ſic. Sed eſt.c. ergo non eſt.b.qa ſi eſt.c.non eſt.a.per poſitum: ſi autē nō eſt.a.non eſt.b.per tertiam regulam. Ergo neceſſita-

te si est.c.non est.b.

19 *A destructione autem antecedentis cuiusuis conditionalis compositę, & similiter a positione consequentis nihil sequitur ex vi propositionum.* vbi su.

Si.n.fiat ista propositio. Si hō est, aīal est: si lignum est aīal non est: ex destructione illius primi aātis non sequitur positio secūdi: nec ēt destructio. Nec ex destructiōe secundi seqtur destructio vel positio primi. Silr nec in aliqua cōditionali cōposita ex positione primi cōseque̅tis sequitur positio secūdi: nec ex positione secūdi sequitur potio primi: nisi in alijs terminis fiat pp rerum ordine̅.

20 *Disiunctiuę sunt quatuor & non plures.*

Nā aut ambę cathegoricę sunt affirmatiuę. Aut ambe negatiuę. Aut prima est affirmatiua: & secunda negatiua. Aut prima negatiua & secunda affirmatiua. Alio autem modo non variantur. Vt aut est.a.aut est.b. Aut nō est.a.aut non est.b. Aut est.a.aut non est.b. Aut non est.a.aut est.b.

21 *In ea quę est tota affirmatiua fit syllogismus a destructione vnius partis ad positionem alterius, & a positione vnius ad destructionem alterius.* Primus modus. Vbi sup.

Hæc.n.solum vera est in his in qbus necesse est alterū esse idest in cōtrariis medio carentibus quorum necesse est alterū esse si vnum non fuerit: & si vnum fuerit necesse est alterū non esse. Fit ergo syllogismus sic. Aut est.a.aut est.b.sed nō est.a.ergo est.b. Vel sed est.a.ergo nō est.b. Vel sed non est.b.ergo est.a. Si enim necesse est.a.vel.b.esse.& non possunt simul esse: necesse est posito vno alterū destrui: & destructo vno alterū poni. Hæc.n. disiunctiua in alijs terminis non verificatur. Nam non vere dicitur ꝙ animal: aut est album: aut nigrum: sed ꝙ est: vel sanum vel ęgrum.

22 *In ea vero q̄ ē tota negatiua fit syllogism⁹ a destrūctio* scōs.

ne vnius partis ad positionem alterius, non tamen a positione ad destructionem.

vbi su. Hæc.n. ppositio verificatur in iis q̄ simul eē non pn̄t quāuis nō sit necessariū alterū eorum eē. Vt cū dico. Aut nō est albū, aut nō est nigrū. Non.n. verificaretur inter ea q̄ simul esse pn̄t, non.n. veræ dicitur de aliquo, ꝙ aut nō est albus, aut nō est crispus, pōt.n. vtrūq; eē. Fit ergo hoc mō syllogismus. Aut nō est.a.aut non est.b sed est a.ergo nō est.b. Vel sed est.b.ergo non est.a. Cū.n. simul esse non possint, palā est ꝙ posito vno alterū necesse est negari. Nō tñ valet, sed nō est.a.ergo est.b. Vel sed nō est b.ergo est.a. Quia & si simul eē nū possint, nō tñ necesse est alterū semper esse. Nā in iis dictū est ppositionē verificari. Vñ nō seqtur. Aut nō est niger, aut nō est albus, sed nō est albus, ergo est niger. Vel sed nō est niger, ergo est albus, potest enim eē rubeus nec albus, nec niger.

vbi su. *In ea vero quę tantum habet secundam partem negatiuam fit syllogismus a destructiōe vnius ad positionem alterius, non tamen econuerso.* 23

Tertius Hæc.n. verificatur, in iis q̄ sibimet adhærent. quorū tñ vnū est superius ad alterū, sicut genus, & spēs, & indiuiduū, & superius affirmat̄ negato inferiori. Vt cū dico. Aut est aīal, aut non est hō. Et sic formatur syllogismus. Aut est.a.aut nō est.b. sed nō est.a.ergo nō est.b. Vel sed est.b.ergo est.a. Negato.n. supiori, necesse est & inferius negare, & posito inferiori necesse est ponere supius, vt patet in.13.&.14.regula supioris libri.6.A.aūt ponit̄ eē superius ad.b. Non tñ valet ecōuerso. Quia posito superiori non necesse est ponere inferius vel ipsum negare. Et similiter negato inferiori non oportet negare vel ponere superius. Vñ non sequitur. Aut est aīal, aut non est homo, sed est aīal, ergo est vel non est homo. Vel sed nō est homo, ergo est vel non est animal.

In ea

24 *In ea etiam quę habet primam partem negatiuam fit syllogismus eodem modo penitus sicut in pręcedenti.* vbi su. Quart⁹.

Hæc enim verificatur in iis quæ sibi adhærent,& vnū est inferius ad alterum,& negatur inferius in prima parte,;& non differt a præcedenti, nisi quia hic præponitur negatio illic vero affirmatio. Sed hoc nihil variat syllogismum. Nam & hic quoque fit syllogismus a destructione vnius partis ad positionem alterius, non tamen econuerso. Et ratio huius est penitus eadem cum priore.

25 *A copulatiua propositione nullus fit syllogismus hypotheticus.* vbi su.

Nam non est hæc dicenda hypothetica propositio, cum manifeste denunciet esse vel non esse sicut & cathegoricę, quod nunquam faciunt hypotheticę, vt patet in diffinitione earum superius in principio posita. Aliter ridiculus erit syllogismus. Quis enim nesciat ꝙ si Sortes disputat,& Sortes sedet, ꝙ etiam Sortes disputat. Potuit enim breuius dici sine copula. Sortes disputat ergo Sortes disputat. Sed quisquis hoc modo argumentatus fuerit, deridendus erit. Vnde nec Boetius de huiusmodi syllogismis vel propositionibus facit mentionē. Non enim proprie est vna propositio, sed multę congregatę, cuius signum est, quia nullum alium penitus sensum habent præter illum quem habent cathegoricæ, cōiunctę. Sed hypotheticę longe diuersum habent sensum a cathegoricis cum etiam aliquando hypothetica sit vera, cuius tamen cathegoricę sunt impossibiles, vt cum dicitur si homo est asinus, homo est rudibilis, quia veritas hypotheticę non est in denunciatione sed in coniunctiōe vel disiunctiōe vt dictum est. De syllogismis ergo hypotheticis dicta sufficiant.

Explicit liber septimus.

Postilla in librum septimum qui est de syl. hypo.

Sicut fiunt syllogismi ex propositionibus de inesse, & ex propositionibus modalibus, ita etiam ex hypotheticis, ideo auctor post prædictos, interposito libro de potestate faciendi syllogismos, agit de hypopothecis, primo quidem declarando in communi quid sit, secundo in spali quomodo fiat. Quo ad primũ, quia fit ex ꝓpositiõibus hypotheticis, ꝑmittit qd sit ꝓpositio hypothetica in. 1. conclusione, quotuplex ꝫm speciem in. 2. qũo diuersificatur per affirmationem & negationem in. 3. qũo debet destrui in. 4. subiungens in. 5. quid sit syllogismus hypotheticus. Quo ad secundũ, quia propositiones hypotheticę ex quibus fit hic syllogismus sunt in duplici differẽtia. s. conditionales & disiunctiuę, ostendit prius quomodo fit in conditionalibus, & postea in disiunctiuis. Et qa conditionales distinguntur per simplices & compositas incipit a simplicibus, & præmisso quot sunt in. 6. ostendit quomodo in illis fiat syllogismus tam ex parte antecedentis in. 7. q̃; ex parte consequentis in. 8. & quomodo non fiat, ex parte consequentis in. 9. & ex parte antecedẽtis in. 10. procedẽs postea ad compositos, & ostẽso quot sunt in. 11. declarat quomodo fit syllogismus in illis, & quomodo non fit ꝫm tres figuras, manifestans primam in. 12. 13. 14. secundã in. 15. 16. 17. tertiã vero, in. 18. 19. Quo ad propositiones autem disiunctiuas præmisso quot sunt in. 20. ostendit quomodo fiat in illis syllogismus, tam in puris affirmatiuis aut puris negatiuis in. 21. 22. q̃; in mixtis ex affirmatione & negatione in vigesimatertia vigesimaquarta. Et ne videret̃ diminutus omittens tam propositiones copulatiuas q̃; syllogismum ex illis, ostendit in vigesimaquinta, ꝙ tales propositiones non sunt hypotheticæ, quodq; ex illis nullus fit syllogismus hypotheticus.

DE SYLLOGISMO DEMONSTRATIVO LIBER OCTAVVS.

1 

Cientia est certa cognitio. 1. post. t.c. 6.

Certā aūt cognitionē dico illam per quā aliqs habet rei cognitę clarā euidētiā, & illi firmiter adhæret. Manifestū est.n. ꝙ nō dicitur aliqs scire rē aliquā nisi ei clare pateat, & firmiter absq; formidine de falsitate cōtrarii illi adhæreat, sed magis diceretur opinari, vel sic æstimare, vel suspicari. Scientia igitur certam nominat cognitionem.

2 *Scire multipliciter dicitur.* vbi su.

Aliqñ dicimur scire ea de qbus certitudinē habemus solū per sensum, vt cū video sortē currere, scio sortē currere. Aliquando aūt certi sumus de aliquo vel per longam experientiā, quo mō cognoscimus moralia & medicinalia, vel per inductionē & cōsuetudinē, & hæc quoq; scire dicimur. Aliquando dicimur scire ea de quibus certitudinē habemus per intellectū, quia per se absq; vlla ratione sunt euidentia intellectui, ita ꝙ nō pōt intellectus credere cōtrariū. Et hæc sunt prima scientiarū principia q̄ statim cognitis terminis cognoscuntur. Si quis.n. cognoscit qd sit totū & qd pars, non pōt dubitare quin oē totū sit maius sua parte. Aliqñ ea de qbus sumus certi p aliquā rōnē dicimur scire, & si sunt cōtingētia, non pōt eoꝝ tāta esse certitudo & stabilitas veritatis quāta est necessarioꝝ. Et iō proprie de necessariis de qbus cognoscimus causam, dicimur habere scientiam. De necessariis.n. de quibus habemus sine ratione euidentiam, habemus nobiliorem habitum q̄ scientiæ habitus existat. Nam-

habitus eorũ dicitur intellectus, quia absq; rõcinatione intellectus ea apprehendit. Scire ergo proprie opinamur cum rei cãm cognoscimus, & qm̃ illius est cã, & ꝙ impossibile est aliter se habere, quin posita illa causa ponatur talis effectus. Et de hoc scire, & de hac sciẽtia intendimus in hoc libro. Nam & si cognoscimus causam per effectũ istud tamen scire non est ita proprium.

2.t. pria scđa secũde. *Scire propter quid, differt a scire quia.* 3

Quia scire propter qd, est scire per cãm, & ꝓximam, & immediatã. Scire aũt qa est scire per effectũ qa ita est, vel

1.post.t. c.30. 42 per cãm remotã. Si.n.qs interroget ꝓpter qd pluit, & qs rñdeat, qa deus vult, non proprie dicimus ꝙ iste sciat propter quid pluit, quia nondum scit causam proximã.

1. post. t.c.5. *Syllogismus demonstratiuus seu demonstratio, est syllogismus faciens scire.* 4

Hic enim syllogismus est instrumentum scientiarum. Vbi aduerte ꝙ in omni propositione, si p̄dicatũ in quid aut in quale substantiale prædicatur de subiecto, vt genus, spẽs, & differentia de suis subiectis, talis propositio nõ põt per aliquã cãm probari, qa nulla põt assignari cã veritatis eius. Verbi gratia de hoĩe quare sit animal, vel rõnale, vel simul aĩal rationale, quia per seipsum & per propriã essentiã est aĩal rationale. Vnde hmõi ꝓpositiones sunt per se notę. Si aũt prædicatum prædicet̃ in q̃le accidentaliter, aut erit accidens cõe, & tunc de illa propositione non põt haberi scientia proprie propter mobilitatem accidentis & incertitudinẽ causarũ eius. Aut erit accidens propriũ, qđ omni & soli, & semper inest, & de hoc põt haberi ꝓprie scientia per cãm q̃ non est aliud q̃; essentia subiecti. Nam propriũ fluit ab essentia rei cuius est ꝓpriũ. De tali ergo propositiõe in qua proprium de subiecto p̄dicatur habetur scientia, quã generat syllogismus demõstratiuus. Facit.n. cognoscere proprietates reꝝ per ꝓpriã cãm q̃ est essentia vel diffinitio rei, de qua scientia

nunc loquimur, quæ sola proprie dicitur scientia, & demonstratio proprie dicta hanc generat.

5 *Omnis doctrina & omnis disciplina intellectiua, ex præexistenti fit cognitione.* vbi su. t.c.1.

Primũ quidẽ omnis cognitio intellectiua fit præexistenti cognitiõe sensus. Per sensum enim acquirimus cognitionẽ in intellectu. Quędã igitur intellectus absq; discursu, & absq; doctore mediãtibus sensibus cognoscit, sed doctrinã & disciplinã acquirens, vel per seipsum vel per alterũ habere non potest sine præexistẽti cognitione intellectiua. Si enim oĩno nihil cognosceret esset in pura potentia ad cognitionem, & ideo seipsum non posset in actũ cognitiõis reducere, nec per alterum reduci posset, cũ nec intelligeret vocum significata si nihil oĩno sciret. Doctrina ergo & disciplina fit ex præexistenti cognitione primorũ principiorũ. Doctrinã.n. dicimus scientiam quã mediãte aliquo discursu acquirimus per magis nota. Et hæc eadem scientia dicitur disciplina, sed doctrina inquãtũ est ab agẽte.i.a doctore. disciplina aũt inquantũ est in discipulo. Idem.n. motus aliqñ denominat actio, aliqñ passio, put est ab agente & in patiente. Et hæc conclusio ẽt manifestatur per oẽs disciplinas, in quibus sem per quædam principia magis nota præponuntur, vt per ea homo ad scientiam rerum deducatur.

6 *De principiis oportet pręcognoscere quia vera sunt.* vbi su. t.c.2.

Scientia enim non est falsorũ sed verorũ, veri autem scientia nõ potest ex falsis generari, q̃uis ex falsis possit in syllogismo sequi verũ. Oportet.n. illud ex quo scientia generatur esse magis cognitũ & verũ q̃ illud de quo generatur. A magis enim notis & veris procedimus ad minus nota, & minus vera.

7 *Principiis oportet magis credere q̃ conclusioni.* vbi su. t.c.5.

Nã propter principia credimus cõclusioni. ergo principia sunt magis credita, quia propter qđ vnũquodq; est

tale, & illud magis, nã si amamus ꝓximũ ꝓpter deũ, magis amamus deũ. Intellige autẽ in iis q̃ sunt essentialiter ordinata sicut ꝑncipia & cõclusio. Nã & si aliqs ignis sit calidus ꝓpter alterũ, nõ oportet tñ ꝙ alter sit magis calidus. Intellige quoq; in vniuocis. Non.n. si terra est calida ꝓpter solẽ, sol est magis calidus, sed bñ sequit̃ ꝙ vel sit magis calidus, vel habeat virtutẽ maiorẽ caliditate, q̃ possit calefacere. Et similiter in iis q̃ habẽt diuersam numero essentiam. Nã si spũsſctũs procedit a filio ꝓpter patrem nõ tamen magis procedit a patre, quia vna est numero virtus in patre & filio, qua spirant spiritũ sanctũ.

vbi su. t.c.6. *Prima principia non cognoscimus per demõstrationẽ.* 8

Oporteret.n. in infinitũ procedere, quia sic & illa principia ex quibus cognoscerentur per demonstrationẽ haberẽtur & sic in infinitum iretur. Quapropter nihil contingeret scire.

2. post. t.c.27. lec. vlti. s.t. *Prima principia cognoscuntur per sensum.* 9

Omnis.n. cognitio nostra incipit a sensu, & ex sensu fit memoria, & ex hac experimentũ. Ex multis aũt experimentis sumimus regulã vniuersalem, & sic multorum principiorum cognitionem accipimus.

vbi su. 4.met.t. c.8. *Principia in vnaquaque scientia sunt illa quę demonstrari non possunt ab illa scientia cuius sunt.* 10

Ideo.n. principia scientiæ dicuntur, quia alia ꝓbãt, & ab aliis probari nõ possunt in illa scientia. Nam forte in alia scientia possent demonstrari.

vbi su. *Scientię non tenentur probare sua principia.* 11

Illa.n. sunt q̃ supponunt̃ in sciẽtia, vt cætera probẽt vt dictũ est. Sed cõtra negãtẽ ea nõ disputabit, nisi forte dialectica, q̃ ad omnia viã habet per rõnem ꝓbabilem. Et similiter prima philosophia, q̃ est cõissima scientia.

1. post. t.c.24. 25. *Propria principia in scientia sunt ea quę solum probãt ea, quę sunt in illa.* 12

Ideo enim dicuntur propria isti, vel illi scientię, quia alteri applicari non possunt. Proprium enim est quod soli conuenit.

13 *Communia principia sunt quę probare possunt quae pertinent ad diuersas scientias.* vbi su.

Ideo enim dicuntur communia, qa pluribus scientiis aptantur. Verū est tñ, q̄ sciẽtiæ appropriãt ea sibi. Vt verbi gratia. Hoc principiū, si ab æqualibus ęqualia demas, quæ remanẽt sunt æqualia, geometria vtitur in suis terminis hoc modo. Si ab æqualibus magnitudinibus &c. Arithmetricus autem hoc modo. Si ab æqualibus numeris &c. Et similiter fit in aliis.

14 *Principium primum oīum nulla demonstratio recipit.* 4. met. t. c. 9.

Primum omnium principium ẽst hoc. Non contingit idem simul affirmare & negare. Si autem hoc in demonstratione reciperetur pro altera præmissarū, aliqd in demonstratione esset superfluum. Nam oporteret ad speciales materias scientiarum hoc modo ipsum applicari. Verbi gratia A. est. b. & non est non. b. Sed patet q̄ secunda pars est superflua. Qui enim dicit. a. est. b. etiam dicit q̄. a. non est non. b. Virtute tamen eius omnia principia verificantur. 1. post. t. c. 26.

15 *Hoc principium. Contingit omne vel affirmare vel negare, recipit demonstratio ducens ad impossibile.* vbi su. t. c. 26.

Quia probat aliqd esse verū q̃m suū contradictoriū est falsum ex eo q̄ ab ipso seqtur falsum. Si enim. a. non pōt negari de. b. oportet q̄ affirmetur quia oē contingit vel affirmare vel negare. Et similiter si non pōt affirmari, necesse est ipsum negari. Si ergo contradictorium est falsum, oportet illud cuius est contradictoriū esse verū. Et hoc est 2m principium inter omnia.

16 *De subiecto oportet prę cognoscere q̄ est.* 1. post. t. c. 2.

Nam sbm scientiæ, est illud de quo volumus cogno-

ſcere proprietates. Quod aũt non eſt nõ habet proprietates, ideo de non ente non eſt ſcientia. Quãuis aliqñ de iis q̃ non ſunt aliqua probemus. Vt de pluuia & grandine & eclypſi & aliis huiuſmodi naturalibus non ſemper actu exiſtentibus ſupponimus enim eorum eſſe aliqualiter, & proprietates eis attribuimus, non quaſi actu illas habeant, ſed vel quia habere poſſunt, & habent in potentia. Vel quia ſi eſſent, illas ex neceſſitate haberent.

vbi ſu. *De ſubiecto oportet prę cognoſcere quid eſt.* 17

Oportet enim primo cognoſcere quid ſignificet nomen. Deinde quid ſit ſecundum ſubſtantiam & quiditatem eius. Nam eſſentia eius eſt cauſa proprietatis vel paſſionis quam volumus demonſtrare. Oportet autem ſemper præcognoſcere cauſam, quia a notis ad ignota procedimus.

vbi ſu. *De paſſione non prę cognoſcimus ꝙ eſt.* 18

Hoc.n. eſt quod quærimus. Nam quærimus & intendimus demonſtrare ꝙ paſſio ineſt ſubiecto proprio, & hoc eſt ſuum eſſe, quia illi eſſe eſt inhærere.

vbi ſu. *De paſſione oportet prę cognoſcere quid eſt.* 19

Nam ſaltẽ oportet p̃cognoſcere qd nominis. i. oportet p̃cognoſcere quid noĩe paſſionis ſignificetur. Et quia rõ quã ſignificat nomen eſt diffinitio, diffinitio autẽ vel eſt propria vel impropria vt dictũ eſt tertio libro, oportet de paſſiõe ſaltẽ p̃cognoſcere quid eſt improprie, vtpote cognoſcere ꝙ eſt tale vel accidens confuſe nondũ determinate cognoſcendo ſubiectũ. Si tñ cognoſceretur proprie eius diffinitio, certior fieret demonſtratio. Nam diffinitio paſſionis eſt cauſa ĩmediata ex parte paſſiõis, ſed nõ ex parte ſubiecti. Vnde per diffinitionẽ paſſionis probaretur paſſio de ſubiecto, deinde per diffinitionem ſubiecti demonſtraretur diffinitio paſſionis & cõſequenter ipſa paſſio de ſubiecto. Propriiſſimum enim mediũ in demonſtratione eſt diffinio ſubiecti.

20 *Prȩcognitis iis quȩ dicta sunt statim habetur scientia.* 1.post.t. c.3.

Si.n.perfectæ cognoscimus de subiecto ꝙ est & quid est, cum sua propria quiditas sit cā passionis, iam cognoscimus cām passionis eē, & scimus ꝙ est cā ex qua ex necessitate sequitur illa passio in ipso subiecto, ergo statim cognoscimus passionē in subiecto esse. Similiter cognoscentes subiectū esse si ēt præcognoscimus quiditatem passionis quæ determinat proprium subiectum, statim cognoscimus illam passionem inhærere subiecto.

21 *Prima propositio in demonstratione est prius nota conclusione tempore & natura.* vbi su.

Nam cognita prima propositione adhuc animus pendet expectans secundam anteq̄ deducat conclusionem. Nam variatio minoris propositionis, stante etiam maiore, multum variat conclusionem.

22 *Secunda propositio est simul nota cū conclusione, tempore non natura.* vbi su.

Statim.n.aīus visis ꝓmissis conclusionē in illis tanq̄ in speculo intuet̄. Simul aūt videtur speculū & ea q̄ sunt in speculo. Videt.n.cām, & quod illius est cā, & ꝙ impossibile est aliter se habere. Nota tñ ꝙ oportet minorē esse notā dupliciter.s.& ꝙ sit vera indubitāter & ꝙ sit bñ cū maiore ordinata in syllogismo. Si.n.indigeret ꝓbatione, vel quātū ad veritatem, vel quantū ad conuenientiā cum maiore, non simul tpe cū conclusione cognosceretur, quia oporteret prius de ipsa minore notitiā tradere. Nō est autem simul nota naturaliter, quia cā est semper prius nota ſm naturam q̄ effectus.

23 *Conclusio anteq̄ ex principiis deducatur simpliciter est ignota, & secundum quid scita.* vbi su. t.c.4.

Est.n.nota in principiis, & in cā, nō aūt actu in seipsa. Sicut illud quod generatur est ens secundū quid, & non ens simpliciter. Est enim ens in potentia & in suis causis,

non autem in seipso actu.

t.c.31. *Prima figura maxime demonstrationi deseruit.* 24

Nã cum medium demonstrationis sit diffinitio q̃ vniuersaliter p̃dicatur de diffinito,& passioné probet q̃ etiã cõuertitur cũ ea & cũ diffinito,patet ꝙ ad hãc demõstrationẽ faciendã non põt venire nisi primus modus priæ figuræ. Alii aũt modi deseruiunt aliis demonstrationibus,quæ non sunt demonstrationes ita proprie.

t.c.32. *Ignorantia prauę dispositionis potest causari ex paralogismo,sicut & scientia ex demonstratione.* 25

Ignorantiã aũt prauę dispositiõis voco illũ habitum quo quis est male dispositus & cõtrariæ ad scientiã. Nã ignorãtia simplicis negatiõis est qñ quis nescit,sed tamẽ non est cõtrario modo dispositus ad scientiã sicut puer. Hæc aũt conclusio clare patet per experientiã. Rõnes.n. sophystice multos male disposuerũt & pauci docti sunt qui non participent aliquid de hac ignorantia.

t.c.5. *Demonstratio est ex veris.* 26

Nã verum solũ contingit scire,verũ aũt ex falsis & si possit cõcludi in syllogismo,nõ tamen sciri. Oportet.n. ea per quæ scimus esse notiora & veriora,vt dictũ est.

t.c.35. 36. *In prędicatis non est procedere in infinitum.* 27

Loquor aũt de p̃dicatis q̃ de subiectis verificatur ꝓprie maxie in accidẽtibus qñ accidẽs p̃dicaẽ de subiecto, siue illud s̃m sit accidẽs,siue substãtia. Nõ aũt intelligo qñ s̃m p̃dicatur de accidẽte,vel accidẽs de accidente,sic n. in infinitũ p̃dicata variarenẽ,sed hæc nõ est ꝓpria p̃dicatio. Si ergo loqmur de p̃dicatis ꝓprie,nõ põt in infinitũ ꝓcedi,qa p̃dicamẽta & sp̃es eoꝝ sunt finita aliter nihil posset diffiniri,vel nulla diffinitio eẽt nota,qa nõ possemus venire in cognitionẽ primi gñis & vltime dr̃iæ.

t.c.5. *Demonstratio est ex immediatis.*

Immediata voco ꝓpositiones per se notas,q̃ ex aliis 28

demonstrari non possunt. Si.n. esset ex mediatis necesse esset illa probare per aliã notiora, quia aliter nõ eẽnt nobis vere cognita. Sed non cõtingit procedere in infinitũ vt dicit conclusio pcedens, ergo oportet tandẽ ad immediata venire ex quibus est potissima demonstratio.

29 *Demonstratio est ex causis.* vbi su.

Quia est syllogismus faciens scire. Sed scire est rei causam cognoscere, vt dictum est.

30 *Demonstratio est ex prioribus & notioribus.* vbi su.

Est enim ex causis, & causæ sunt priores & notiores suis effectibus.

31 *Demonstratio est ex propriis principiis.* t.c. 20.

Nam facit scire & scire proprie est per cãm propriam, vt dictum est in secunda & tertia conclusione.

32 *Demonstratio est ex necessariis.* t.c. 15.

Cum enim scientia proprie nõ sit nisi de necessariis, si medium vel principium ex quo acquiritur esset contingens, tunc illud per quod scitur esset incertius & variabilius q̃ id quod scitur ex eo. Et sic effectus esset potior sua causa.

33 *Demonstratio circularis esse non potest.* t.c. 6.

Circularẽ demonstrationẽ voco qñ id quod probat per alterũ, accipitur pro medio ad probandum illud per quod ipsum fuerat probatũ. Si ergo aliquid demõstraretur hoc mõ, cũ demonstratio sit ex notioribus sequeretur q idem esset notius & ignotius simpliciter respectu eiusdem, quod est impossibile.

Demonstratio est ex iis quę sunt de omni. t.c. 5. 39

34 Est.n. de necessariis prædicatis q̃ sunt ex necessitate in t.c. 8. subiectis. Vnde oportet q insint subiectis vniuersaliter & semper, vt patet in diffinitiõe de proprio. De omni.n. dico quod vniuersaliter prædicatur de altero semper. Hoc enim modo hic de omni accipimus.

t.c.18. *Demonstratio est ex iis quæ sunt per se.* 35

Per se autem dico: alterum alteri inesse primo modo: quādo prædicatum est in diffinitiōe subiecti: vt si dico: homo est animal: nam animal in diffinitione hōis ponitur. Secundo modo qñ sbm est in diffinitione prędicati: vt cum dico: homo est risibilis. Homo enim ponit̃ in diffinitione risibilis. Vel quādo inest propter aliquam causam per se: non per accidens. Si enim aliquo ambulante corruscauit: huius corruscationis non est causa ambulatio: sed accidit corruscasse illo ambulante. Si quis autē interijt quia interfectus est: non est per accidens interijsse ipsum ꝓpter interfectionem sed per se. Dicitur etiam per se id quod potest esse sine altero vt substantia. Conclusio autē ex dictis superius probatur: quia demōstratio ex propositionibus constat in quibus diffinitio est mediū: & passio maior extremitas: & sbm minor: diffinitio autem prędicatur de diffinito in primo modo dicendi per se: & passio de subiecto in secundo. 36

t.c.11. *Demonstratio est de prędicato vniuersali.*

Prædicatum vniuersale voco illud: qđ de omni & ꝑ se: & primo, hoc est ſm ꝙ ipsum prædicatur. Risibile.n. de animali prædicatur: sed non de omni animali. Prædicatur quoq; de Sorte & Platone: sed non primo & ſm ꝙ ipsum. Primo.n. homo est risibilis ꝗ̃ sortes: & risibile cōuenit homini ſm ꝙ homo & sorti ſm ꝙ homo: ideo risibile non est ꝑ̃dicatū animalis nec sortis vniuersale: sed hominis. De homine enim omni dicit̃ & per se & primo. Cū ergo in demonstratione ꝓbetur passio de subiecto, patet ꝙ est de prædicato vniuersali: qa passio respectu sui proprij subiecti est de omni & per se & primo.

t.c.20. *Demonstratio non est ex extraneis.* 37

Extranea dico ea, quæ sunt extra naturam subiecti: & nō proprie pertinent ad sbm. Nam cum demōstratio sit ex proprijs: & ex iis que sunt per se: & ex vniuersali prędica-

to:clarum est ꝙ nullum extraneum continet.

38 *Demõstratio nõ ſt ex corruptibilibꝰ, ſed ſempiternis.* t.c. 21.

Nam ea quæ ſunt neceſſaria & per ſe:ſunt ſemper. demonſtratio autẽ eſt ex huiuſmodi, vt dictum eſt. De iis autẽ:quæ non ſunt ſemp facimus aliquãdo demõſtrationes in vniuerſali, vt de pluuiis, eclypſi: & ſimilibus: ſed eo mõ demõſtramus in iis, quo ſunt ſemp: ſunt aũt ſemper in ſuis cauſis vniuerſalibus. Vnde hoc modo in vniuerſali facimus demonſtrationes de ipſis. Et ſic patet ꝙ de iis, quæ ſunt a caſu, & a fortuna non eſt ſcientia.

39 *Demonſtratio non tranſit de genere in genus.*

Quia eſt ex ꝓpriis, quæ ſi alteri applicarenť: illi eẽnt extranea. Demõſtratio aũt nõ eſt ex extraneis. Verũ eſt tñ:ꝙ ſcientię ſupioris principia:probant principia inferioris. qñ genus vnius ſub genere alterius cõtineť. Et iõ illa ſciẽtia cuius principia a nullo probanť: ſed oĩa alia probant eſt maxime ſcientia: & hæc eſt metaphyſica. t.c. 20.

40 *In vnaquaque ſcientia ſunt proprie propoſitiones interrogationes, reſponſiones, & diſputationes.* t.c. 27.

Quia ſcientia eſt ex propriis: vt iam dictum eſt. Et iõ non oportet vnũquẽq; ſcientem de vno quoq; interrogare. nec ipſum ad vnũqđq; rñdere.

41 *Demonſtratio vniuerſalis eſt potior particulari.* t.c. 39.

Quia vniuerſalia ſunt magis ſcibilia: quia minus infinita: & magis per hæc fit reſolutio ad cãm primã. t.c. 40.

42 *Demonſtratio affirmatiua eſt potior negatiua.*

Negatiua enim propoſitio per affirmatiuam demonſtratur: & ex ſolis affirmatiuis fit demonſtratio non autem exolis negatiuis.

43 *Demonſtratio oſtenſiua eſt potior ea quę ducit ad impoſſibile.* t.c. 41.

Nam ducens ad impoſſibile non ſumit omnes ſuas propoſitiones indubitabiles ſimpliciter quia vnã.i. hy-

pothesim sumit, nō tanq̃ simpliciter indubitabilem, sed indubitabilem rn̄denti solum. Ostensiua aūt sumit oēs suas propositiones indubitabiles simpliciter.

t.c.42. *Scientia quę non est de materia sensibili est certior ea, quę est de materia sensibili.* 44

Quia est formalior. Nā quanto aliquid plus eleuatur a materia, plus de forma, & actu participat, & per consequens est magis notum, & certum, & stabile.

vbi su. *Scientia quę facit scire quia, & propter quid, est certior ea, quę solum facit scire quia.* 45

Quia scire est rei causam cognoscere.

Scientia, quę est ex appositione ad alteram est minus certa illa, ad quam apponit. 46

Ex appositione dicitur vna scientia ad alterā se habere, quando materiam alterius absolutam ad aliqd determinat, quod positionē habet, vt se habet geometria ad arithmetricam. Hæc enim considerat vnitatē absolute, illa vero vnitatē, vt positionē habet in quātitate, aut in puncto, & similiter considerat cæteras spēs numerorū, arithmetrica quidē absolute, geometria vero applicādo ad quātitatē continuā, & sic magis ad materiam tendit, & per consequens ēst minus certa.

t.c.43. *Illa sciētia est vna quæ est vnius subiecti formaliter.* 47

Scientia.n.in quodā processu cōsistit, tanq̃ quidā motus. Motus autem accipit speciem a termino, & vnitatē, vnde dealbatio ab albedine specificatur, & si ad vnam albedinem tendit, est vnus motus. Ideo etiam scientia cum terminetur ad subiectum cuius ꝓprietates probat, & scire contendit, quæ ad subiectum terminantur, oportet ꝙ illa sit vna, quæ circa vnum subiectū versatur. Dico aūt formaliter, qa nō oportet oīa respicere, quæ sunt sub subiecto, sed rōnē ꝭm quā cōsideratur. Multę enim sunt res naturales de quibus cōsiderat physicus, & tamē

scientia naturalis est vna, quia omnia sub ratiõe formali considerat, idest inquantum sunt mobilia.

48 *De eodẽ materiali obiecto possunt esse diuersę sciẽtię.* Sã. tho. vbi su.

Sicut astrologia, & physica probãt ꝙ terra est rotunda, sed istud obiectũ materiale formaliter diuersificatur, sub alia.n.rõne consideratur a physico, & sub alia ab astrologo. Vnde ẽt per alia media eandem probant cõclusionem. Scientiæ enim specificantur a formali obiecto, vt iam dictum est, non autem a materiali.

49 *Sciẽ sunt diuersę, quę habẽt diuersa obiecta formalia.* vbi su.

Cũ.n.ab obiecto formali specificẽtur, oportet ꝙ vbi sunt diuersa obiecta formalia ibi sint scientiæ diuersæ formaliter. Verũ vna est formalitas obiecti, q̃ est ex parte obiecti, q̃ est rõ s̃m quã cõsideratur obiectũ a sciẽtia, vt puta quia physicus cõsiderat ens sub rõne mobilitatis, iõ mobilitas est formalitas obiecti ex parte obiecti scientiæ naturalis. Est aũt alia q̃ est ex parte cognoscentis, & hæc est mediũ ex quo probat passiões de subiecto, quod est ipsa diffinitio rei. Sicut color est formalitas obiecti visus ex parte obiecti, & lumẽ dicitur formalitas ex parte videntis, quia est id quo mediante videt colores. Vna tamen semper alteri correspondet, quia mediũ & s̃m, & passio sunt eiusdem generis.

50 *Diuersitas principiorum diuersificat scientias.* vbi su.

Scientiæ.n.sunt ex propriis, ig tur habent ꝓpria principia, quæ suis subiectis respondent ad passiones ipsorum probandas. Vnde non licet descendere de genere in genus, vt dictum est.

51 *Obiectum scientiæ habet partes, & passiones.* vbi su.

Partes habet, q̃ ipsum cõponũt, & ex qbus demõstratur de eo passiões. Hæ aũt sunt partes essentiales, vt genus, & differentia. Partes quoq; habet subiectiuas, cum sit vniuersale, de quo solum est scientia. Passiões quoq; habet, quia hæ probantur de ipso.

t.c.44. *Scientia differt ab opinione.* 52

Quia scientia est de vniuersalibus certa cognitio. Opinio autem de contingentibus cum formidine.

t.c.vl. *Qui prompte & faciliter est aptus inuenire media ad vnumquodque probandum, solers dicitur.* 53

Hanc.n. vocamus solertiam.s. promptitudinem intellectus ad inueniendum medium in vnaquaque re. vnde differt a scientia sicut & opinio.

2.post. *Omnis quæstio est questio medii.* 54

t.c.1. Quatuor.n. sunt q̄ones. Prima est q̄o an est, q̄ quærit de esse rei. Secunda quid est, q̄ de eius quiditate quærit. Tertia quia est, q̄ q̄rit de eē hoc vel illud. Quarta ꝓpter qd est, quæ cām inuestigat quare ita est. Nā qui per aliqđ istorū modorū quærit cupit scire, an sit aliqđ medium per qđ aīus eius dubitās quieteť. Et sic patet ꝙ omnis q q̄rit, mediū q̄rit. Omnis ergo quæstio est q̄o medii.

t.c.2. *Non omnium quorum est demonstratio, est diffinitio, nec e conuerso.* 55

Demonstratio enim est de proprietatibus & passionibus quorum proprie non est diffinitio. At diffinitio ꝓprie est subiecti cuius non est demonstratio, sed de ipso aliquid probamus.

vbi su. *Eiusdem non est demonstratio & diffinitio.* 56

Idest nō idē scitur per demōstrationē & diffinitionē simul. Quia illud qđ proprie diffiniť nō demonstrať, & illud quod proprie demonstrať nō diffinitur. Et vnius rei, vnus est modus cognoscendi inquantum est vnū.

t.c.3.4. *Quod quid est demonstrari non potest.* 57

5.6.7. Quod quid est autem voco id, quod per diffinitionē significatur. Nā & si vna diffinitio imperfecta possit per perfectiorem demonstrari, vt materialis per formalem, & hæc per efficientem, quæ demōstratur per finalē, quæ per aliam non potest demonstrari, diffinitio tamen perfecta

fecta non potest demonstrari, tum quia quod qd est immediate prædicatur de eo cuius est, tum quia medium demonstrationis est ipsa diffinitio, vel quod quid est, vnde supponeretur quod probari deberet. Præterea si per aliquod medium probaretur hoc esse hoc, vtputa hominem esse animal rõnale, non tamẽ propter hoc haberetur, ꝙ hoc, est quod quid est huius, nisi forte per diffinitionẽ ipsius quod qd est hoc mõ. Oẽ significatũ orationis cõuertibilis constantis ex genere & differẽtiis est quod quid est. Sed aĩal rationale est hmõi, ergo &c. Sed hæc ẽt non est demõstratio, nec fortis probatio, qa non est ex cã, non .n. esse significatum illius oratiõis est causa ipsius quod qd est. Præterea intellectus idẽ intelligit per esse quod qd est, & esse significatũ talis orationis, & ideo præsupponitur quod debet ꝓbari. Per diuisionẽ quoqꝫ & si colligatur vt dictũ est in tertio libro non tñ demonstratur. Quia diuisio est infirmus syllogismus, vt dictũ fuit in .6. libro conclusione. 19. Igitur quod quid est habet virtutẽ demonstrandi cætera, ipsum vero oino non demonstratur. De syllogismo ergo demonstratiuo per modum introductionis hæc dixisse sufficiat.

Explicit liber octauus.

Postilla in librum octauum.

Postq̃ꝫ determinauit auctor de syllogismo quo ad formam, ostendendo quomodo debet formari tam in propositionibus de inesse, q̃ꝫ modalibus & ẽt hypotheticis, nũc agit de illo per comparationẽ ad materiã, & quia primus inter hos est demonstratiuus, prius agit de illo in hoc libro & primo quidem loquitur de illo absolute, secundo comparatiue, tertio inuestigat medium ex quo procedit. Quo ad primũ, quatuor determinat de illo. s.

diffinitionẽ necessitatẽ, formã, & materiã, per hæc.n.oĩa habetur notitia de illo, quãtam necesse est. Circa diffinitionẽ eius qa sumitur a fine, sicut aliorũ q̃ sunt ordinata ad finẽ, & finis eius est sciẽtia, primo declaratur qd sit scientia, in.1.conclusiõe, vt per eius cognitionẽ sciamus qd est syllogismus ordinatus ad illã, & qa multipliciter dicitur declarat̃, secũdo eius multiplicitas in.2.& distinguitur scientia de qua est intẽtio in.3.tertio ex his deducit diffinitionẽ syllogismi demonstratiui in.4. Circa necessitatem eiusdem, ostendit primo illã in.5.ex hoc fundamento ꝗ oĩs doctrina & disciplina intellectiua, fit ex aliqua p̃cognitiõe, quod est fieri in nobis scientiã per syllogismũ, secũdo agit de ipsa p̃cognitione, tã quo ad p̃cognitionẽ, q̃ꝫ quo ad ordinẽ eius. Quo ad p̃cognitionem ipsam, qa tria sunt q̃ oportet p̃cognoscere.s.principia, ex qbus procedit syllogismus, subiectum de quo aliqd concludit & passionẽ quæ concluditur de subiecto, incipit a principiis, & primo ostẽdit qũo p̃cognoscant̃ in.6.quantum oportet illa p̃cognoscere.s.magis q̃ꝫ conclusionẽ in 7.& per quod prima principia cognoscũtur in.8.&.9.secundo ne qs erraret in p̃cognitione principioꝝ ostendit in.10.q̃ sint p̃ncipia in vnaquaqꝫ scientia, & qũo sciẽtiæ se habent ad illa in.11.& qa distinguntur per propria & cõia declarat cõsequenter q̃ sint propria in.12.& q̃ cõia in.13.tertio specialiter declarat quomodo se habẽt scientiæ seu demonstrationes ad principia prima simpliciter, quorum vnum est negatiuum.s.nõ cõtingit &c.de quo in.14.alterum affirmatiuũ.s.contingit &c.de quo in.15. Post præcognitionem aũt principioꝝ, agit de præcognitione subiecti & passionis. subiecti quidẽ quãtũ ad quia est in.16.& quantũ ad qd est in.17.passiõis vero, quo ad quia est in.18.ostendens id non præcognosci, & quo ad quid est in.19. Quo ad ordinem autem præcognitionis ostendit primo quo ordine sequatur scientia præcognitionem dictorũ in.20.secundo qũo se habent p̃missę ad

conclusionem, maior quidem in. 21. minor, vero in. 22. tertio quõ se habet cõclusio antẽq; deducatur in. 23. Circa formá huius syllogismi ostẽdit in q̃ figura habet fieri in. 24. & qa opposita iuxta se posita magis elucescũt, subiungit in. 25. de syllogismo ignorãtiæ, q opponit̃ syllogismo demõstratiuo. Circa materiá multa docet, primo ex qualibus principiis fit. s. veris, in. 26. ímediatis, in. 28. p̃mittens in. 27. p fundamẽto huius nõ dari processum in infinitũ in p̃dicatis. Item ex causis, in. 29. deducẽs ex hoc in. 30. q̃ est ex notioribus & prioribus, & ex hoc nõ dari demonstrationẽ circularẽ in. 31. Item ex ppriis in 32. & necessariis, in. 33. secũdo ex qualibus p̃dicatis. s. de oĩ in. 34. per se, in. 35. vniuersalibus in. 36. nõ extraneis, in. 37. neq; corruptibilibus, in. 38. licet hæc duo vltima possint ẽt intelligi de principiis. tertio ex dictis deducit duo corrolaria. s. demonstrationem non descendere de genere in genus, in. 39. & in qualibet scientia esse pprias propositiones &c. in. 40. Quo ad secundum prĩo comparat demonstrationem demonstrationi. s. vniuersalẽ particulari in. 41. affirmatiuá negatiue in. 42. & ostensiuá eĩ quæ ducit ad impossibile in. 43. secundo comparat scientiam scientiæ quæ est effectus demonstrationis quo ad certitudinem, in. 44. 45. 46. & quo ad vnitatem & diuersitatem declarans, quæ sit vna, in. 47. & quæ diuersæ, tũ ex parte subiecti, in. 48. 49. q̃; ex parte principiorum in 50. & deducit ex dictis obiectum, habere partes & passiones in. 51. tertio comparat scientiam aliis habitibus distinguens illam ab opinione in. 52. & a solertia in. 53. Quo ad tertium primo ostendit omnem quæstionem reduci ad quæstionem medii, in. 54. secundo quia est id quod significat diffinitio declarat quomodo se habet diffinitio ad demonstrationem in. 55. 56. tertio docet quõ medium quod est quod quid est nobis innotescat, an per demonstrationem, in. 57. intendẽs per hoc q̃ ipsum per diffinitionem cognoscimus.

DE SYLLOGISMO DIALECTICO LIBER NONVS.

1. topi. c. 2.



Ars logicę, quæ inuentiua dicitur est valde vtilis ad exercitiũ disputatiõis. 1

Quia hęc pars est potẽs inuenire argumẽta ad vtrãq; partẽ cõtradictiõis, cũ nõ ex necessariis ꝓcedat. Vñ cõtrariis opionib⁹ obuiare ẽ valde idonea. Et cũ sit inqsitiua, ad oĩum methodoꝝ ꝑncipia viã hẽt.

vbi su. c. 8. *Propositio dialectica est interrogatio probabilis.* 2

Probabile vocat̃ illud quod omnibus vel pluribus, vel sapientibus omnibus, vel pluribus. vel sapiẽtioribus videtur, vt, putas ne omnis mater diligit filium.

vbi su. c. 9. *Problema dialecticũ est propositio, quę proponit̃ sub vtraque parte contradictionis.* 3

Vt cũ dicitur. Vtrũ anima sit mortalis, vel non. Ita. n. proponit, vt rñdens eligat quã partem vult tenere. Habet enim viam dialecticus ad vtrãq; partem.

vbi su. c. 3. *Disputationes ex problematibus & propositionibus fiunt: & syllogismis.* 4

Disputatio. n. est actus syllogisticus vnius ad alterum ad propositũ ostendendũ, quod est vel propositio dialectica vel altera pars cõtradictiõis quæ est in ꝓblemate.

vbi su. c. 3. *Problemata sunt quatuor.* 5

De vnaquaq; . n. re quæritur vel genus, vel differẽtia, vel diffinitio, vel ꝓpriũ, vel accidẽs. Spẽs. n. non q̃ritur, qa q̃reretur de indiuiduo, sed de indiuiduis nõ est ars, cũ sint infinita. Verũ de ipsa spẽ quæritur semper aliqd eorũ quæ dicta sunt. Differẽtia aũt cõputatur cũ gñe, qa cũ per se nõ sit diffinitio, tñ prædicatur substãtialiter de

spẽ. Ideo quatuor sunt ꝑdicata quæ de spẽ quærunt̃.s. vnũ simplex substãtiale, & hoc est genus vel differentia, vnũ cópositũ substãtiale, hoc est diffinitio, tertiũ accidẽtale, & si conuertit̃ cũ spẽ est propriũ, si aũt non conuertitur est accidẽs. Itaq; quatuor sunt problemata.s. Problema de gñe, quo q̃ritur, vtrũ hoc sit genus huius, vel vtrũ hæc duo sint in eodẽ genere, vel diuerso. Itẽ ꝓblema de diffinitiõe quo q̃rit̃ vtrũ hoc sit diffinitio huius, vel nõ. Ad quod ẽt reducitur problema quo q̃ritur vtrũ hoc sit idẽ huic, quia diffinitio & diffinitum idẽ sunt. Et ꝓblema de ꝓprio quo quæritur, vtrũ hoc sit proprium huius vel nõ. Et problema de accidẽte quo quærit̃ vtrũ hoc sit accidẽs huius vel nõ, vel ẽt vtrũ hoc sit vel non sit. Nã esse non ingreditur essentiam rei. Ad quod ẽt reducitur problema comparationis quo quæritur, vtrum hoc sit melius vel magis eligendum illo.

6 *Tot sunt propositiones quot problemata.* vbi su. c.3.

Nam differunt solum ſm formam non aũt ſm materiam. Fiunt.n. ex eisdẽ terminis, & in eadẽ materia. Hoc autem patet ex secunda & tertia conclusione.

7 *Omnia problemata aliqualiter ad illud de diffinitione reducuntur.* vbi su. c.5.

Quia ꝓbato ꝙ aliqd nõ sit genus, vel differentia, vel ꝙ nõ insit soli, vel ꝙ sit accidẽs, vel ꝙ nõ insit simpliciter per eas probatiões per quas alia ꝓblemata determinantur, etiam probatũ erit ꝙ nõ est diffinitio. Nõ tamẽ si probetur ꝙ aliquid non est diffinitio, vel etiã quod est diffinitio, determinabuntur cætera problemata.

8 *Non omne problema quod non est in terminis substantie, est problema de accidente.*

In accidentibus.n. sunt genera, & diffinitiones, & ꝓpria. Et ideo etiam in terminis accidentium fiunt problemata de genere diffinitione, & proprio.

vbi su. c.9. *Omne problema est aliqualiter dialecticum.*

Problema.n.dialecticũ est illud q̃ habet rõnes probabiles ad vtráq; partẽ. Problema igitur quod sit in rebus manifestis quãtũ ad vnã partẽ,& si ex parte materię non sit dialecticum, ex parte tñ formæ.i.ex parte modi interrogãdi est dialecticum. Quia cum proponit vtráq; partem videtur habere viam ad vtráq;.

vbi su. c.2. *Hęc ars, quæ est pars logicę inuentiua, omnia problemata determinat.* 10

Cum.n.ex probabilibus procedat, ad omnia viam habet, etiam ad prima scientiarum principia.

vbi su. c.9. *Non omnem positionem considerat dialecticus.* 11

Positionẽ voco opinionẽ extraneã alicuius phi, esse aũt solicitũ contra quẽlibet, stultũ est. Debet.n.dialecticus considerare positiones, q̃ aliquã dubitationem afferunt,& q̃ sunt probabiles, non autẽ eas, q̃ sunt manifeste falsæ. Hæ.n.sunt deridendæ, non improbandę.

vbi su. c.1. *Instrumentum dialectici ad determinandum problemata non est syllogismus falsigraphus.* 12

Syllogismus falsigraphus est, q ꝓcedit ex iis q̃ pertinent ad aliquã disciplinã, non cõueniẽter sumptis. Vt si q̃s ex hac ꝓpositiõe, si ab æqualibus æqualia demas, q̃ remanẽt non sunt æqualia, procederet ad aliud probandum in geometria. Dialecticus.n.ex probabilibus procedit vt dictum est, sed manifeste falsa non sunt probabilia, vt sunt ea quæ sunt contraria principiis scientiarum ex quibus procedit syllogismus falsigraphus.

vbi su. c.1. *Nec eius instrumentum est litigiosus syllogismus.* 13

Litigiosus syllogismus est illæ q procedit ex iis q̃ videntur probabilia,& nõ sunt,& aliqñ habet verã formã q̃ est in modo,& in figura,& tunc est syllogismus propter formã, sed litigiosus ex falsitate propositionis. Aliqñ aũt ẽt peccat in forma,& tunc litigiosus syllogismus

quidē est, non aūt syllogismus. Hic ergo non est instrumentum dialectici, quia non procedit ex probabilibus.

14 *Nec demonstratio est eius instrumentum.* vbi su.

Quia demonstratio est ex necessariis, & propositiōibus immediatis, ex quibus dialecticus non procedit. c. 1. 1. post. t. c. 34.

15 *Nec exemplum proprie est eius instrumentum.* 2. prior. c. 24.

Exemplum enim est syllogismus quo vnum probamus per exemplum simile in altero. Vt si volo probare q̄p. a. pugnare contra. b. est malum, adducam similitudinem aliorum duorū vicinorum & dicā. p, pugnare contra. q. est malum. Igitur & a. pugnare contra. b. est malū. Et potest formari syllogismus sic. p. pugnare cōtra. q est malum, sed. p. pugnare cōtra. q. est vicinos pugnare contra vicinos, ergo vicinos pugnare contra vicinos est malum. Est enim syllogismus in tertia figura expositorius. Vlterius sic procedatur. Vicinos pugnare contra vicinos est malum sed. a. pugnare contra. b. est vicinos pugnare contra vicinos, ergo. a. pugnare contra. b. est malum. Syllogismus est in prima figura. Hoc igitur modo fit syllogismus, qui exemplum dicitur, & est propriū instrumentum poetæ. Procedit enim de vno singulari ad alterum. Dialecticus autem determinat vniuersalia prædicata, vnde exemplum non est proprium instrumentum dialectici, licet aliquando vtatur eo vsurpans eum sibi a poeta.

16 *Nec entimema est proprium instrumentum dialectici.* vbi su.

Entimema autē est syllogismus ex icotibus & signis. Icos vero est ꝓpositio ꝓbabilis, vt in pluribus, vt oīs mater diligit filiū. Signū autē est, quod p̄ter spēm quam sensibus ingerit facit in cognitionē alterius venire, vt fumus q est signū p̄ñtiæ ignis. Et formatᷓ syllogismus sic. Oīs mr̄ diligit filiū, medea est mater, ergo diligit filium. Omnis mulier habens lac peperit. Sed hæc mulier habet lac, ergo peperit. Frequēter tamē fit iste syllogismus c. 27.

ex duabus propositiõibus, qa ꝓposito signo statim infertur cõclusio. Vt berta habet lac, ergo peperit. Vñ entimema diffinitur, quod est oratio in q̃ nõ omnibus propositiõibus antepositis inferẽ festinata cõclusio. Et dicitur ꝙ est syllogismus ĩperfectus. Hic ergo syllogismus est propriũ instrm rhetorici, & causidici, q cõiter ea quæ volũt ꝓbare a signis probant. Nõ est ergo propriũ dialectici, quãuis aliqñ vsurpet eum sibi a rhetorico.

1. topi. c. 10. *Proprium instrumentum dialectici est inductio.* 17

Inductio.n.est syllogismus procedens ex singularibus collectis ad vniuersalem. Vt iste homo currit, & iste hõ currit & iste, & iste, & sic de singulis, ergo omnis hõ currit. Et formatur sic syllogismus. Oẽs isti currunt, & oẽs homines sunt isti. ergo oẽs homines currunt. Et valet iste syllogismus ad probandũ propositiões quas nõ possumus vel nescimus per mediũ notius probare. Tũc enim per oia singula diuisim ostẽdimus qđ dicimus. Vñ ꝓprie pertinet ad dialecticũ, qui nõ assumit propositiones necessarias nec per se notas, nec demõstratiue ꝓbat, sed assumit propositiones probabiles q̃ frequenter non possunt per aliud notius probari, nec sunt per se notæ. Vnde oportet ꝙ eas inductione probet.

1. topi. c. 1. *Maxime proprium eius instrumentum est syllogismus ex probabilibus.* 18

1. post. t. c. 34. Quæ sint probabilia dictũ est in secunda cõclusione. Cũ.n.dialecticus non ꝓcedat nisi ex probabilibus, nullum instrm põt esse ei magis propriũ ad determinandũ problemata, q̃ȝ syllogismus ex probabilibus.

1. topi. c. 11. *Instrumenta ad abundandũ syllogismis sunt quatuor.* 19

Primum est scientia qua scimus inuenire multas propositiones. Qui aũt vult abundare propositiõibus accipiat eas q̃ videntur omnibus vel pluribus, vel sapientibus, vel maxime notas, vel contrarias probabilibus, vel similes illis. Itẽ opiniões philosophorũ in vnaquaq; ar

te. Et habere debet multas diffinitiones vel descriptiões & facere nouas. Secundũ est sciẽtia diuidẽdi, ita ꝙ postq̃ diuisimus videamus quot modis dicitur vnũ oppositorum diuidentium, quia tot ẽt modis dicitur & reliquũ. Et de hac habes in secundo libro. Tertium est cognoscere differentias rerũ, & maxime earũ q̃ multũ cõueniunt. Quartum est scientia similitudinis rerum. Hoc. n. est valde vtile ad faciendum inductiuas rationes.

20 *Non est quęrenda vna methodus ad determinandum omnia problemata.* ex locis vbi su.

Tum quia nõ esset facile eam inuenire propter diuersitates problematum. Tum quia nõ esset vtilis, eo ꝙ eẽt nimis vniuersalis. Oportet enim regulas inuenire proprias vnicuiq; problemati ad determinandum ipsum proprie & perfecte.

21 *Facilius est destruere q̃ construere.*

Nam ad cõstructionem rei perfectam oportet omnia aduenire, quæ pertinent ad eam, ad destructionem autẽ sufficit vnam partem principalem amouere. Erit ergo facilius probare ꝙ aliquid nõ sit genus, vel diffinitio, vel proprium, vel accidens, q̃ ꝙ sit. Oportet igitur tradere artem spãlem ad destruendum vel construendũ genus, & similiter aliã ad construendum vel destruendum diffinitionem, & sic de aliis. Hæc aũt ars est collectio locorũ a quibus trahuntur argumenta.

22 *Locus est sedes argumenti.* Sã. tho. de fal. c. 7.

Est. n. argumentum rõ rei dubię faciẽs fidem, & proprie est virtus medii quo extrema cõiunguntur. Vis autem hæc accipitur ab aliqua propositione notissima. Et hæc dicitur locus in quo. videlicet. requiescit argumẽtũ & cõseruatur. Vt si arguo. oẽ animal est sb̃a. ergo ois homo est sb̃a, animal est argumentum in ista consequẽtia seu argumentatione. i. est mediũ habens virtutẽ inferendi illam conclusionẽ, quã virtutẽ accipit ab ista nota p/

positione. Omnis hō est animal. Virtus ergo istius medii dicitur in ea requiescere & conseruari sicut in loco. Lo-
vbi su. cus igitur dicitur argumenti sedes.

Locus maxima, & locus differentia maxime differūt. 13

Locus.n.q maxima dicit, est ipsa ppositio notissima a qua sumitur virtus argumēti. Locus aūt q dicit differentia maximę, est id quo vna maxima differt ab altera, & est habitudo terminorū q ponuntur in maxima. Si qs n.dicit, de quocūq; prædicatur diffinitio, & diffinitum, maximā dicit. Differentia aūt maximę est habitudo diffinitionis & diffiniti, siue diffinitio & diffinitum per q̄ pdicta maxima differt ab ista. de quocunq; prædicatur spēs & genus, cuius differētiæ maxię sunt isti termini genus, & spēs. In vtroq; aūt loco sedet argumentū. Ad determinandū ergo problemata prædicta subiungenda sunt loca. & primo ea quæ sunt communia ad omnia problemata, secundo propria ad vnumquodq;.

2. topi. quasi p totum. *Loca cōmunia intrinseca, sunt in duplici differentia.* 14

Quædā.n. sunt q̄ pertinent ad sbam rei, vt cū sumit argumentū a diffinitiōe, vel a diffinito, aut a descriptiōe vel descripto, aut a nōis interpretatiōe vel interpretato quoꝝ maximę sunt hæ. Quicqd ppicatur de diffinitiōe, vel descriptiōe vel nōis interpretatione illud idē pdicat de diffinito, vel descripto, vel interpretato, & ecōuerso. Et oē de quo pdicatur, prima tria, & secūda tria eis corrñdētia pdicantur, & ecōuerso. Et a quocūq; remouent prima & secunda, & econuerso. Et qcquid remouet a primis, & a secūdis & econuerso. Quædā aūt cōcomitantur sbam, vt locus a toto. Et prio a toto vniuersali ad partē locus est, q remoto toto remouet pars eius & posita pte ponit totū. Hoc patet in hoie & aiali. In toto aūt integrali qđ ex partibus cōstat habētibus quātitatē, locus est, q posito toto ponit pars & remota parte remouet totū. Vt patet in domo & pariete. In toto āt vniuersali qđ ē vni-

uerſale vl'r ſumptū locus eſt. Quicqd p̄dicatur vel remouet̃ a toto, & a qualibet parte. Et qcqd p̄dicat̃ vel remouet̃ ab oībus ptibus ſimul ſumptis, & a toto. Hoc patet cōparādo partes ad totū & totū ad partes vt hoc totum, oīs hō, ad ſingulos hoīes particulares. In toto in mō, quod eſt vl'e ſinē determinatiōe locus eſt, ꝙ de quocūq; prædicatur pars in modo, & totum. Et a quocūq; remouetur totū, & pars. Hoc patet in hoc verbo currit & currit velociter. In toto aūt in loco q̄d eſt dictio cōprehendens oēm locū locus eſt. Cuicūq; cōuenit totū, & ps. Et a quocūq; remouet̃ pars, & totū. Et hoc patet in iis termi nis, vbiq; & in aliquo loco. In toto ēt in tpe, quod eſt dictio cōprehendēs oē tp̄s, idē eſt, vt patet in iis terminis ſemper, & in aliquo tpe. Similiter a cā efficiēti locus eſt. Poſita cā ponit̃ effectus, & ecōuerſo, ſi tñ effectus depen det ab ea ineſſe, & in fieri, aliter regula tm̄ eſt ꝓbabilis. A cā autē materiali ſic. Poſita cā materiali pōt poni eius effectus, & ea remota eius effectus remouet̃, vt patet in pane & farina. Et poſito effectu neceſſe eſt materiā p̄fuiſſe. In materia tñ q̄ permanet & non trāſit vt in ferro ſic, poſito effectu ponitur eius cā materialis. A cā formali ſic. Poſita cā ponit̃ effectus, & ea remota remouet̃, & ecō ueſſo, vt patet in aīa plātę & planta. A cā aūt finali ſic. Cuius finis eſt bonus vel malus & ipſum quoq; eſt bonum vel malū, & econuerſo. A gn̄atione aūt ſic. Cuius gn̄atio eſt bona vel mala, & ipſum quoq; eſt bonū vel malum, & ecōuerſo. A corruptiōe aūt cuius corruptio eſt bona, ipſum eſt malū & econuerſo. Et cuius corruptio eſt mala, ipſum eſt bonū, & econuerſo. Ab vſu ſic. Cuius vſus eſt bonus vel malus & ipſum quoq; eſt bonū vel malū. Ab accidentibus cōibus, q̄ ſeſe ſemper conſequuntur, vt penitet ad deliquiſſe ſic. Si poſterius ineſt & primum. Si aūt primum non ineſt, nec ēt poſterius. Quædam igitur horum pertinent ad ſbam, quædam vero ſubſtantiā conſequuntur, vel per ſe, vel per accidens.

Vbi sup. *Loca quoq; communia extrinseca multa sunt.* 15

Quædam sunt ab oppositis: In relatiue oppositis igitur sic. Posito vno: aut remoto vno: ponit̃ vel remouet̃ reliquum: & econuerso. In contrarijs mediatis & immediatis: posito vno remouetur & reliquũ. In imediatis solum remoto vno: ponitur reliquum stante subiecto. In priuatiue oppositis. Posito vno remouetur reliquum. Et in subiecto apto nato remoto vno ponitur reliquu3. A contradictorijs. Si vnum est verum: reliquum est falsum: & econuerso. A disperatis in abstracto. De quocũq; dicitur vnum ab eodem remouetur reliquũ: & econuerso. Dico autem in abstracto quia in concreto stat q̈ homo sit albus & etiam quantus. Quædam autem non ab oppositis sumuntur: sed alio modo: vt puta a maiori sic. Illud cui aliquid magis videtur inesse si non inest nec inerit q̃d minus ei videtur inesse vel quod magis videtur esse: si non est: nec q̃d minus. Vel de quo magis videtur esse aliquid: & non est illud: ergo nec de quo minus. A minori vero sic. Si cui aliquid minus videtur inesse: & inest: ergo & cui magis. Et sic de alijs affirmatiue. A simili. De similibus idem est iudicium. A proportione. De proportionatis idem est iudicium: vt si rector nauis est eligendus arte: non sorte: etiam magister scolarium est eligendus arte non sorte. Quia sicut rector se habet ad nauim: ita magister ad scolas. A transumptione. v3. quando nomen minus notum declaratur per nomen magis notum quodcũq; sit illud sic. Quod alicui conuenit sub nomine magis noto: eidem conuenit sub nomine minus noto. Ab auctoritate vnicuiq; experto in arte sua credendum est. 16

4. topi. *Loca media sunt maxime tria.*

Media ideo dicunt̃: quia nec oĩno extrinseca sũt: nec oĩno intrinseca. Et sunt primo sumpta a cõiugatis. Sunt autem coniugata ea quorũ vnum ab altero denominat̃. Locus sic sumitur. Q̃d vni coniugatorum inest: & reli-

quo. Et si vnū coniugato℞ inest & reliquum. Vt si iustitia est bona: & iustus est bonus. & econuerso. Secūdo a casibus. Dr̄ autē casus id qđ a noīe pricipali cadit in fine: vt a iustitia cadit iust⁹ & iuste. Vñ iuste dicit casus. Et locus est idē cum illo de coniugatis: vt si iustum est bonum: & iuste est bene, & ecōuerso. Tertio a diuisione. Sed de ijs sufficienter dictum est in secundo libro.

27 *Non oportet in his sumere propositiones in omnibus veras.*

Dialecticus enī non est demōstrator: sed ex probabilibus procedit. Probabiles antem propositiones non sunt semper vere in omnibus. 1. to. c. 8 1. post. t. 34.

78 *Problema de accidente multis regulis specialiter determinari potest.*

Sunt. n. regulę ad cōstruendū qđ hoc est accidens huius: & sunt regule ad destruendū. Sed facilius destruit vt dictum est. Ad cōstruendū sic. Si pōt adesse & abesse præter subiecti corruptioni: si neq; est genus: nec spēs: neq; differentia: neq; propriū & inest: si aliquid est & nō est sbā: si in altero est: & noo est pars eius: & si est: & non per se existit: neque est pars: dico ꝙ hoc tale est accidens: Similiter si est in aliquo prædicamēto accn̄tis. Si genus eius est accn̄s: si eius contrariū est accidens. Destructiue aūt sic. Non est accn̄s si illi non cōpetit diffinitio accidētis: si est pars alterius: si est per se: si nulla spēs eius est accn̄s: vel nullū indiuiduū ei sbm: si genus eius non est accn̄s: si idem assignat sibi ipsi accidens mutato noīe: si cōtrarium inest illi sbo cui assignat accn̄s: si dat esse simpliciter: si sbm non est susceptibile cōtrarii: si habet generationē vel corruptionē per se, si nihil est: si nō est illud qđ ex necessitate sequitur ex eo nec ipm est aliqd: si cōiugatū eius nō est: si ꝓrium nō est in ꝓrio: qa sicut oppositū in opposito: sic & propositū in proposito. Si enim iustitia est bona iniustitia est mala. Et sicut simpliciter se 2. to. c. 2

hȝ ad simplr:ita & magis ad magis: & maxime ad maxime. Si.n.albũ disgregat visum: & magis album disgregat: maxime album maxime.

Problema secundum comparationes potest etiam specialiter determinari. 29

2.10.c.3 Quæritur.n.vtrũ hoc sit melius altero, vel magis eligendũ eo vel nõ. Opȝ aũt tradere regulas: non in his q̃ nota sunt: sed in ijs quæ hñt difficultatẽ. Illud igitur est melius vel magis eligendũ altero: qđ diuturnius est: qđ certius: quod magis eligit prudens: vel bonus vir: vel lex recta: vel studiosus circa singula: vel magis sciens in illo genere: & quod est fm meliorẽ disciplinã: & qđ est ꝓpter se: q̃ȝ quod est pp aliud: & magis cã boni per se: & mali cã per accñs: q̃ȝ cã boni per accñs: & cã mali per se. Et quod est simpliciter bonũ: eo qđ est fm qd. Et qđ est honorabilibus: & qđ est finis. Et qđ est propinquius fini: & cuius finis est melior: & qđ est laudabilius: & cuius cõsequens est magis bonum: & plura bona paucioribus: & qđ est magis sine tristitia: & vnũquodq; in quo tempore magis valet: & id magis qđ omni tẽpore valet q̃ȝ id qđ aliquo tm̃: & id cuius corruptio est magis fugienda: & generatio magis desideranda: & qđ est ꝓximius optio: & qđ est similius meliori: & qđ est facilius obtineri: & cõseruari: & quo melius possumus amicis frui: & idem cuȝ bona circũstantia melius est q̃ȝ sine. Vt bñ viuere: q̃ȝ solũ viuere: & illud sine quo alterũ esse nõ põt q̃ȝ illud qđ nõ põt esse sine eo: & id quod vt videatur nobis inesse: alterum negamus vt studere multũ negamus vt videamur ingeniosi: est ergo magis eligendũ ingeniosum esse. Itẽ id cuius vsus est magis eligẽdus: vel actus: & qđ appositũ alteri facit magis bonũ: & quo remoto illud remanet minus bonũ: & qđ est pp se bonũ magis q̃ȝ qđ est ꝓpter gloriã: & qđ ad plura est vtile & qđ minus ĩpedit bonũ: ꝗđ indubitanter eligi põt q̃ȝ id qđ cũ formidine eligit.

Istæ auté oés regulæ & similes debét intelligi cũ hac cõditione. Si cętera sunt paria. Ná disperitas aliaru3 circũstantiarum variat regulam. Et aduerte q̃ ex ijs potes habere etiam qd est eligendu3 simplr̃ vel non. Quia si hoc est eligendum magis: etiá est eligendum.

30 *Problema quoq; de genere multis regulis determinari potest.*

Constructiue sic. Hoc est genus: si prædicatur de pluribus differentibus spẽ: in eo qd' qd: si vniuoce prædicatur in qd & non est spẽs spãlissima: si diuidit' per se i differẽtias cõtrarias: vel spẽs: si est relatiuũ speciei: si in vera diffinitione ponitur in primo loco. Item si vnum cõiugatorũ est genus alicuius: & reliquum erit genus cõiugati illius: si vnũ oppositũ priuatiue est in genere oppositũ illud qd' fuit assignatum pro genere alterius oppositi ẽst vere genus. Et si in contradictorijs. a. est genus. b. nõ b. erit genus non. a. Destructiue autẽ sic: si nõ prædicat' de pluribus differẽtibus spẽ: si non prædicat' in quid: si non prædicatur vniuoce: si prædicatur ẜm magis & minus: si prædicatur solum de differẽtibus numero: si non diuidit' per se: si non diuidit' in differentias vel spẽs: si in vera diffinitione nõ ponit' in prío loco: si nõ est genus alterũ coniugatorũ: nec alterũ erit genus: si ꝑticipat spẽm. i. si suscipit rõnẽ eius qd' assignat' ei ꝓ spẽ: si proprie de dñjs pręd icat': si nõ ꝑ̃dicat' in qd de cõtẽris sub spẽ: si solũ vná spẽm continet: si nõ est in eodẽ prędicamento cũ spẽ: si nec est gen̄ralissimũ nec subalternu3: si põt separari a spẽ: si non est prius spẽ: si non põt intelligi non intellecta spẽ: si ꝑ accñs de spẽ ꝑ̃dicat': si cõuertit' cũ spẽ si ipso destructo remanet spẽs. His & hmõi regulis vel locis determinat' problema de genere. 4.to. P totum.

31 *Problema de differentia etiam multis regulis determinatur.*

Constructiue sic. si ꝑ̃dicat' de pluribus differentibus 5.to.

spẽ in quale substantialiter, si diuidit per se genus, si con ducit spẽm ad esse, si coniuncta generi constituit spẽm, si facit aliud. si ponitur in vera diffinitione. Destructiue autem sic, si non facit differre, si non prædicatur, si non pdicatur in quale, si non prædicatur substantialiter, si nõ facit aliud, si non diuidit genus per se, si non cõducit ad esse, si non constituit spẽm coniuncta generi, si non ponitur in diffinitione, si ea nõ abũdat spẽs a genere, si nõ se habet vt forma determinans genus, si genus de ea pdicatur, si prædicatur ẽm magis & minus, si nõ pdicatur ẽm eandem rationem. Et hoc modo determinatur pblema de differentia quod computatur cum genere.

Problema de proprio multis regulis determinatur. 32

5. to. p totum. Per proprium autem nũc intelligimus illud, quod oĩ & soli & semper inest, siue per se acceptũ, siue in descriptiõe, vt propriũ dicamus esse descriptionẽ in qua est genus & propriũ. Cõstructiue ergo sic, si oi & soli, semper inest, si cã eius immediata est essentia rei cuius est propriũ, si demonstrari põt de subiecto, si per se inest, & conuertibiliter pdicatur & non est sba rei, si posito sbo ponitur ipsum, & econuerso, cũ non sit sba. Destructiue sic, si non conuenit omni, si non soli, si nõ semper, si non fluit ab essentia rei, si non põt de subiecto demonstrari, si est sba rei, si põt separari a subiecto, ẽt ẽm intellectũ. Itẽ si vnus casus est proprium alterius casus, & casus ei correspondens erit proprium corrñdentis. His igitur & similibus maximis determinatur problema de proprio.

Problema de diffinitiõe ẽt multis regulis determinat. 33

6. to. per totum. Constructiue sic, si est oratio indicans essentiam rei, si est oratio composita ex proprio genere, & propria differentia eius qđ diffinitur, si est mediũ in vera demõstratione. Destructiue aũt sic, si nõ est oratio, si nõ significat essentiã. Et breuiter si nõ seruat regulas quas posuimus in tertio libro. Volumus. n. nũc p breuitate illas sufficere ad

re ad determinandum problema de diffinitione. Multo enim plures regulæ possent poni ad determinandum hæc problemata, sed istę quas posui sunt communiores & faciliores.

34 *Problema quoque de eodem & diuerso multipliciter determinatur.* 7.to.per totum.

Idem autem tripliciter dicitur. Primo genere, nam ea sunt idem genere, quæ sunt sub eodem genere. Secundo spé, quia ea sunt idem spē quæ sunt sub eadem spé. Tertio numero, ea.n. sunt idem numero quorū res est vna. Et hæc etiam tripliciter dicuntur. Primo diffinitione. Nā diffinitio & diffinitum sunt eadem numero. Secūdo descriptione vel proprio, quia proprium, & id cuius est ꝑprium sunt eadem numero. Tertio accidente, vt Socrates, & philosophus sunt idem numero, vel Cicero & orator. Constructiue ergo sic. Ea sunt eadem genere vel specie, vel numero quæ sunt in eodem genere, vel in eadem specie, vel quorum vnum est diffinitum, vel descriptū, vel sбm, & alterum diffinitio, descriptio, vel accidens illius subiecti. Destructiue autem probantur ea esse diuersa quæ hoc modo non se habent. Item si casus est idem casui & correspondens casus correspōdenti. Item si duo sunt idem numero, eorum sunt eædem generationes & corruptiones, & si vnum alicui tertio accidit, & alterum, & si vnum suscipit magis & minus, & alterum, & si vnum est in vno ꝑdicamēto, & alterum, & qđ opponitur vni & alteri, & quod aufertur ab vno, & ab altero. His & similibus regulis vtimur in determinatione problematis de eodem, & diuerso qđ ad ꝑblema de diffinitiōe reducit.

35 *His & similibus locis abundare est valde vtile cuilibet disputanti.* 8.to.

Si enim tenet locum opponentis sciet inuenire multa argumenta ad propositum ostendendum. Non debet autem curare si semper propositiones non sunt in omni

ſenſu veræ cum ſit dialecticus & ex probabilibus proce/
dat. Et debet conari trahere reſpondentem ad eam partē
ad quam vel contra quam faciliter poteſt argumentari.
Si autem tenet locum reſpondentis erit per hæc loca ido
neus ad diſtinguendum propoſitiones, & ad determinā/
dum eas in ſenſu vero. Et erit cautus ne decipiatur in alle
gatione falſorum locorū, in qua re inde plenius inſtrue/
tur in ſequenti libro. De ſyllogiſmo igitur dialectico, &
de locis topicis hæc & tanta breuiter dicta ſint.

Explicit liber nonus.

Poſtilla in librum nonum.

Poſt ſyllogiſmum demonſtratiuū ſequitur ſyllogiſmus
dialecticus, qui. ſ. eſt probabilis, de quo volens auctor
determinare in hoc libro quatuor facit. primo præmit/
tit quædam de arte dialectica ſeu inuentiua qua verſa/
tur circa hunc ſyllogiſmum, ſecundo agit de inſtrumen
to eius. tertio de locis communibus a quibus ſumuntur
eius argumenta, quarto deſcendit ad ſpecialia problema
ta, oſtendens quomodo debent terminari. Quo ad pri/
mum, præmiſſa vtilitate huius artis in prima cōcluſio/
ne, primo oſtendit quid propoſitio dialectica in. 2. quid
problema dialecticum in. 3. & quomodo ex illis ſunt di/
ſputationes in. 4. horum enim cognitio facit ad cogni/
tionem ſyllogiſmi dialectici. ſecundo oſtēdit numerum
iſtorum, ſcilicet problematum in. 5. & propoſitionum in
6. ac reductionem ad vnum in. 7. & ne quis putaret in ſo
lis ſubſtantiis hæc inueniri, oſtendit in octaua, quomo/
do reperiuntur etiam in accidentibus. tertio oſtendere
volens communitatem huius artis, præmittit commu/
nitatem eius problematis in. 9. & deducit cōmunitatem
eius in. 10. & ne quis per hoc exiſtimaret eam ad omnē

positionem se extendere,id remouet in.11.Quo ad secundum primo remouet instrumenta quæ non faciunt ad propositum suum, quorum quædam sunt falsa instrumenta ad probandum,scilicet syllogismum falsigraphum,quem remouet in.12.& litigiosum quem remouet in.13.quędam sunt bona instrumenta sed non proprie huic arti, scilicet demonstratio ,exemplum,& entimema,quæ remouet in quartadecima quintadecima sextadecima, secundo assignat propria eius instrumenta, scilicet inductionem in decimaseptima, & syllogismum ex probabilibus in decimaoctaua.tertio vt possimus talibus syllogismis abūdare tradit quatuor media seu instrumenta ad hoc deseruientia in decimanona, & duas regulas,de modo procedendi,docens qua via vti oportet in vigesima,& quæ est facilior in vigesimaprima.Quo ad tertium,primo diffinit locum in vigesimasecunda,& in vigesimatertia,diuidit,per diffinitionem enim & diuisionem res facile cognoscuntur, secundo agit de locis communibus ad omnia problemata, quorum quædam sunt intrinseca de quibus in vigesimaquarta,quædam extrinseca de quibus in vigesimaquinta, & quædā media,de quibus,in vigesimasexta ,tertio subiungit regulam communem ad omnia ista loca, in vigesimaseptima. Quo ad quartum, iuxta numerum problematum in principio libri positorum, scilicet conclusione quinta,manifestat loca propria ad vnumquodq;, idest ad problema accidentis,quod est cōmunius, tam absolute in vigesimaoctaua,q; comparatiue in vigesimanona. ad problema generis in trigesima. Differentiæ, in trigesimaprima,proprii in trigesimasecunda, & diffinitionis,in trigesimatertia,& quia hæc problemata variantur per idem & diuersum, ostendit consequenter quomodo problema de eodem, & diuerso habet terminari, in trigesimaquarta,subiungēs in trigesimaquinta,q; sit vtile abundare his locis.

DE SYLLOGISMO SOPHY-STICO LIBER DECIMVS.

s.t.ō sal. c.2.  Isputatio est actus syllogisticus vnius ad alterū, ad propositū ostendendū. 1

Actus syllogisticus dicitur quia disputatio est quidam actus cuius instrumētū est syllogismus. Vnius ad alterū dr̄, qa ad seipm̄ nō ē ꝓprie disputatio.

vbi su. c.3. 1.elen. c.2. *Disputatio doctrinalis est quę procedit ex veris, & ꝑ se notis, ad scientiam generandam.* 2

Et hæc dicitur etiam disputatio demonstratiua cuius instrumentum est demonstratio. Et vertitur inter addiscentem & docentem cuius finis est scientia.

vbi su. *Disputatio dialectica est quæ procedit ex probabilibus ad opinionem generandam.* 3

Instrumentum enim eius est syllogismus dialecticus cuius finis est opinionem generare.

vbi su. *Disputatio tentatiua est quę procedit ex iis quę videntur respondenti ad experimentum sumendum de eo.* 4

Tentare enim est experimentum sumere de doctrina, vel voluntate, vel potentia alterius. Huius igitur disputationis finis est tentatio vel experimentum.

vbi su. *Disputatio sophystica est quę procedit ex iis quę apparent vera vel probabilia & non sunt, ad gloriam acquirendam.* 5

Arguit.n.ex falsis vel in virtute falsarū propositionū vel ēt verarū in syllogismo sophystico peccante in forma cuius finis est gloria. Sophista enim vult sapiēs videri, vnde quærit habere apparentem victoriam supra

aduersarium. Hoc aūt consequitur si apparenter ipsum deducat ad aliquod incōueniens quod vocatur meta seu terminus disputationis. Et sunt quinq; metæ ad quas conatur sophysta adducere respondentem.

6 *Quinque sunt metæ sophisticę.* Sā. tho. de fal. c.5. 1. elen. c.3.

Prima est redargutio.i.præconcessi negatio, siue p̄negati concessio. Redargutus.n.dicitur, qui vi argumentationis negat in eadē disputatione quod prius cōcesserat vel affirmat q̄ȯ prius negauerat. Secunda est falsum manifeste, quando.s. vi argumentationis cogitur manifeste falsum rn̄dens cōcedere. Tertia est inopinabile, qn̄.s. deducitur ad concedendū id q̄ȯ est contra cōem opinionē plurium, ēt si non sit falsum, vt ad concedendum aliquā stellam esse maiorē tota terra. Quarta est solecismus, q est vitiū in contextu partiū orationis, vt vir alba. Quinta est nugatio.i. eiusdē rei inutilis repetitio. Conatur.n. sophista deducere respondentem etiam ad solecismum, vel nugationem.

7 *Ad locum sophisticum duo concurrunt, scilicet apparentia, & defectus.* de fal. c.7.

Ideo.n. sophista dicitur, quia apparet & non existit. Apparentia autem dicitur principium motiuum, vel causa apparentiæ, quia mouet hominem vt assentiat syllogismo sophistico. Defectus aūt dicitur causa non existētiæ, siue principium defectus, quia.s. facit defectū necessitatis in syllogismo. Vnde etiam syllogismus sophisticus dicitur fallacia, quia est causa fallendi, vt in hoc syllogismo. Omnis canis currit, sydus cœleste est canis, ergo sydus cœleste currit. Causa apparentiæ vel principium motiuum ad assentiendum syllogismo est vnitas huius vocis canis. Causa vero non existentiæ seu principium defectus est multiplicitas significationis eius. Ista ergo apparentia aliquando est ex parte dictionis aliquando ex parte rei. Vnde q̄dam dicuntur fallaciæ in dictione quæ

dam extra dictionem. Sed hoc erit manifestũ in sequen-
vbi su. tibus incipiendo ab iis quæ sunt in dictione quæ sunt
c.8. sex. s. Æquiuocatio. Amphibologia. Accentus. Compo-
elé. c.3. sitio. Diuisio. Et figura dictionis.

vbi su. *Fallacia æquiuocationis est deceptio proueniens ex eo* a
c.6. *q̃ vnum nomen plura significat.*
de fal.
c.9.

Principium ergo motiuum est vnitas dictionis simpliciter. Dico autem simpliciter ad differentiam accẽtus, quia in eadem voce facit q̃ illa vox non sit eadem dictio simpliciter. Principium autẽ defectus est diuersitas rerum significatarũ. Et fit tripliciter. Primo quando vna dictio plura significat principaliter, vt hæc dictio canis. Et sic formatur paralogismus .i. apparens syllogismus. Omnis canis est latrabilis, sydus cœleste est canis, ergo sydus cœleste est latrabile. Secundo quando vna dictio vnum principaliter significat, & aliud metaphorice vel transumptiue, vel per posterius, & formatur sic. Quicquid ridet habet os, pratum ridet, ergo pratum habet os. Vel omne sanum habet vitam, vrina est sana, ergo vrina habet vitam. In præpositionibus quoque inuenitur hæc multiplicitas vt si dicitur. In quocunq; est sanitas ipsum est animal, sed in adæquatione humorum est sanitas, ergo adæquatio humoꝝ est animal. Nam hæc præpositio in, in prima significat habitudinem accidentis ad sbm, in secũda vero, habitudinem effectus ad causam. Tertio quando diuersitas significatiõis procedit ex accidentibus partium orationis. Vt s̃m tempus, vel s̃m numerũ, vel aliter, vt dicendo. Quicquid surgebat stat, sed sedens surgebat, ergo sedens stat. Non sequitur, q̃a in minore participium sumitur in præterito imperfecto vt intelligatur sedens idest ille qui erat sedens & in conclusione sumitur in præsenti. In omnibus ergo vnitas dictionis est causa apparentiæ, & diuersitas significatorum causa non existentiæ.

9 *Fallacia amphibologię, est decæptio proueniens ex eo q̃ vna oratio penitus eadem plura significat.* vbi su. de fal. c. 10.

Dicitur aũt penitus eadẽ ad differentiam orationis q̃ potest esse composita & diuisa, q̃ non est penitus eadẽ vt statim dicemus post hæc. Vnitas ergo dictionis est principium motiuum. Principium autem defectus est diuersitas significatorum. Et tripliciter fit. Primo quando vna oratio plura significat principaliter manente eadem constructione, vt quicquid est Aristotelis est possessum ab Aristotele, iste liber est Aristotelis, ergo iste liber est possessus ab Aristotele. Secundo quando plura significat oratio propter diuersam constructionem partium, scilicet transitiuam, vel intransitiuam. Vt quicunque sunt episcopi sunt homines, sed isti asini sunt episcopi, ergo, isti asini sunt homines. Tertio quãdo vna oratio vnum principaliter significat, & alterum transumptiue. Vt qñcunq; litus aratur terra scinditur, sed quando indocilis docetur litus aratur, ergo quando indocilis docetur terra scinditur. Nullus istorum syllogismorum est bonus, propter diuersitatem significatorum.

10 *Fallacia cõpositionis & diuisionis est decęptio proueniens ex multiplicitate potentiali vnius orationis.* vbi su. c. 11. 12. 13. 14.

Dicitur autem oratio multiplex potentialiter quãdo dictiões quæ sunt in ea possunt componi diuersimode ad inuicem. Vt quicquid viuit semper erit. Potest hæc dictio semper componi cum hoc verbo viuit, & põt ab eo diuidi & componi cum hoc verbo erit, & per hoc longe diuersam habebit significationem a prima. Causa ergo apparentię est vnitas orationis potentialis, causa vero non existentiæ est multiplicitas significationis. Et tũc est fallacia compositionis, quando oratio illa est falsa in sensu composito, quando autem est falsa in sensu diuiso est fallacia diuisionis, si autem in vtroq; sensu est falsa, nulla est fallacia. Et fit etiam tripliciter. Primo quãdo

aliquod dictū potest supponere verbo ratione sui ipsius & ratione suę partis. Et fit in propositiōibus modalibus. Vt quęcunq; est possibile esse album possibile est ꝙ sit albus, sed nigrum possibile est eē album, erg° possibile est ꝙ niger sit albus. Si enim in minore illud dictum nigrū esse album supponat ei ꝙ est esse possibile ratiōe subiecti, tunc est modalis de re, & est in sensu diuiso & vera, & sensus est: ꝙ ille qui est niger habet potentiā vt sit albus. Si autem supponat ratione sui. i. ratiōe totius, tūc est modalis de dicto, & composita & falsa, significat. n. ꝙ hoc dictum est possibile nigrum est albū, vnde hæc est fallacia cōpositionis. Secundo qn̄ prædicatum in quo per coniunctionem copulatiuam vel disiunctiuam plura adunātur, pōt attribui subiecto coniunctim vel diuisim, quia si coniunctim attribuitur, tunc est in sensu cōposito, si aūt diuisim tūc est in sensu diuiso. Vt q̄cūq; sunt duo & tria, sunt duo, sed qnq; sunt duo & tria, ergo qnq; sunt duo. Tertia qn̄ vna dictio pōt coniungi diuersis dictionibus in locutione positis. Et quando coniungitur cū dictione cui magis apparet apta coniungi, est cōposita, aliter est diuisa. Vt quicquid viuit semper erit, sed asinus viuit, ergo asinus semper erit. Et nota ꝙ obliqui & aduerbia magis videntur determinare verbum q̄ participium, & magis verbum principale q̄ secundariū. Igitur quando cōpositio est falsa, est fallacia cōpositionis. Qn̄ vero diuisio est falsa, est fallacia diuisionis sicut dictum est.

vbi su. c. 15. *Fallacia accentus est decæptio proueniens ex eo ꝙ aliqua dictio diuersimode pronūciata diuersa significat.* 11

Principium motiuū est vnitas materialis dictiōis, pn̄cipium autem defectus est diuersitas significatiōis ex diuersa pronunciatione procedens. Et fit quadrupliciter. Primo ſm diuersos accentus, qui sunt tres. s. acutus grauis, & circūflexus. Vt quoscunq; iustum est pendere iustū est pati pœnā. Sed iustum est bonos viros pēdere, ergo

iustum est bonos viros pati pœnam. Secũdo ex productione vel correptione syllabæ, vt omnis populus est arbor, aliqua gens est populus, ergo aliqua gens est arbor. Tertio ex lenitate vel asperitate syllabæ, vt quicquid hamatur hamo capitur sed vinum amatur, ergo vinum hamo capitur. Quarto ex eo ꝙ vna dictio potest pronũciari vt vna vel plures, vt tu es qui es, sed quies est requies, ergo tu es requies. Denominatur aũt hæc fallacia ab accentu tanq̃ a prima & principali specie eius.

12 *Fallacia figurę dictionis est deceptio proueniens ex eo ꝙ aliqua dictio similis alteri dictioni videtur habere eundem modum significãdi cum tamen nõ habeat.* vbi su. c.16.

Causa apparentię est similitudo vnius dictionis cum alia. Causa vero nõ existentię est diuersus modus significãdi. Et tripliciter fit. Primo ex eo ꝙ aliqua dictio quæ significat masculinum sumitur ad significandũm fœminum vel neutrũ, vel cõe, & econuerso, vt q̃cunq; colorantur albedine sunt alba, sed catilina coloratur albedine, ergo catilina est alba. Secundo ex eo ꝙ vna dictio q̃ significat per modũ vnius prædicamenti videtur significare per modum, alterius, vt quicquid heri vidisti hodie vides, sed heri vidisti albũ, ergo hodie vides album, mutatur.n.quid in quale. Tertio ex eo ꝙ dictio q̃ significat quale quid.i.naturam cõem videtur significare hoc aliquid propter similitudinẽ quam habet cõe cum singularibus, vt Sortes est alter ab hoĩe, sed Sortes est homo, ergo Sortes est, alter a seipso. Et ad hũc modum omnis deceptio reducitur quæ prouenit ex varia suppositione terminorum. Vt autem hoc melius cognoscatur aliquid in hoc loco de suppositionibus dicemus.

13 *Suppositio & significatio differunt.* 3.sen.d. 6.q.1. ar.3.

Significare.n.est aliqd intellectui repræsentare, vnaquęq; autem res seipsam repræsentat, & ideo vnaquæq; vox significatiua aliqualiter duo significat, videlicet se

ipſam & hoc ſignificatũ dicitur materiale, & illud ad qđ ſignificandum eſt impoſita, & hoc dicit̃ ſignificatum formale, quod aliqñ eſt principale, & aliqñ eſt ſecundarium. Vt hæc vox hō materialiter ſeipſam repręſentat, formaliter aũt ſignificat naturam humanam ſm ſe.i.hoīem, & hoc eſt eius ſignificatum principale, ex cōſequenti aũt & ſecundario ſignificat Sortē vel Platonē, quia hō nō poteſt eſſe niſi in ſingularibus hominibus. Hoc igit̃ eſt ſignificare. Supponere aũt eſt determinare dictionē ad aliquod iſtoꝝ ſignificatoꝝ, vel ēt ad plura, & hoc nō fit niſi in propoſitione. verbi gratia. hæc vox hō pōt determinari ad ſignificatum materiale, vt cum dicitur hō eſt nomen, & tunc ſtat vel ſupponit materialiter, vel ad ſignificatũ formale principale.i.ad naturam humanam, & ſi determinatur ad ipſam prout eſt in intellectu, vt cũ dico hō eſt ſpēs, tũc ſupponit pro ipſa natura humana inquãtum eſt intellecta quã ēt ſuppoſitionē quidã vocant materialē. Si aũt determinatur ad ipſam ſm ſe, vt cum dico hō eſt aīal rōnale, tunc ſupponit ꝓ natura humana ſimpliciter. Quã ſuppoſitionem qdã vocant ſimplicē. Si aũt determinatur ad ipſam ꝓut eſt in indiuiduis, vt cũ dico hō currit, hanc ſuppoſitionē quidam vocant perſonalē. Si aũt determinatur ad ipſam ꝓut eſt in vno determinato ſolo indiuiduo, tunc ſupponit pro illo tantum, vt cũ dicitur, iſte homo currit. Et dicitur hæc ſuppoſitio diſcreta. Si autem determinatur ad ipſam ꝓut eſt in aliquo indiuiduo nō determinando quod ſit illud, tunc ſupponit ꝓ aliquo particulari, vt aliquis hō eſt albus, & hanc vocant quidam ſuppoſitionē determinatam. Si aũt determinatur ad ipſam ꝓut eſt in omnibus indiuiduis negando vel affirmando, tũc ſupponit ꝓ omnibus, vt oīs hō currit, & ſuppoſitio hæc dicitur diſtributiua. Si autē determinatur ad ipſam, prout eſt in indiuiduis, nō explicando an ſit in omnibus vel in pluribus, vel in aliquo determinate, tunc ſupponit ꝓ indiuiduis cōfuſe accę-

ptis, vt cum dico, homines morientur in bello, & dicitur suppositio cõfusa. Et si possumus ab illa confusione ad aliquod determinatum suppositum descendere, tunc dicitur supponere confuse & mobiliter, vt in prædicto exemplo. Nam vel isti morientur in bello, vel illi. Si autem nõ possumus descendere, tunc supponit immobiliter, vt isti homines sunt duodecim. Nõ n. licet descendere ad aliquem ipsorũ & dicere vel iste est. 12. vel iste. Ecce ergo patet quid est supponere, & qualiter differunt supponere & significare. Nam in oĩbus ꝓpositiõibus descriptis homo semper idem significat, nõ enim variat significatum terminus cum ponitur in ꝓpositiõe, immo vt dicit Aristoteles in libro perihermenias, nomina & verba transposita idem significant. Sed tamen homo nõ eodẽ modo supponit in omnibus.

14 *Suppositio cognoscitur ex cõi mõ loquendi hominũ.* 2.topi. c.5.

Loqui. n. debemus vt plures loquuntur teste Aristotele in secundo topicorum. Sicut ergo voces significãt ad placitum, ita etiam ad placitum supponunt in ꝓpositionibus. Et ideo sicut conformes debemus esse in significato si volumus inuicem nobis exprimere concæptus nostros, ita debemus esse conformes in suppositione terminorum. Aliter non poterimus inuicem disputare. Regula ergo generalis erit, ꝙ terminus in propositione supponit, & determinatur ad illud significatum, vel ad illum modum significandi quem sequuntur communiter homines, vel si sumus in aliqua scientia, quem sequunt̃ cõiter sapiẽtes in illa. Quod si æqualiter duos sensus sequantur, vel plures, propositio tunc erit multiplex & distinguenda. Verbi gratia, cũ dicitur, denarium tibi ꝓmitto, quia intentio loquentium non respicit aliquem denarium particularem, sed in cõfuso de denario loquuntur, idcirco ille terminus denarium in hac ꝓpositione siue præponatur verbo siue postponatur suppo-

nit formaliter & confuse. Si quis ergo hanc regulam tenuerit nō obligando se ad regulas sophistarū quas ponunt & nunq̃ probant, euadet multas terminorū inuolutiones, & argumenta eorū sophistica faciliter soluet.

de fal. vbi su. *Ex varia suppositione terminorum, frequenter fit fallacia figurę dictionis.* 15

Vt cum dicitur hō est spēs, Sortes est hō, ergo Sortes est spēs, homo.n. in prima determinatur ad naturam humanam prout est in intellectu, in secunda vero ad naturam humanā prout est in singulari.i. in sorte. Similiter si dicatur. Mus rodit caseū, sed mus est syllaba, ergo syllaba rodit caseū. Hæc.n. fallacia fit maxime ex variatiōe suppositiōis materialis & personalis. Solent ēt sophistæ ex diuersa expositione terminorū multas decæptiones formare, idcirco anteq̃ transeamus ad fallacias extra dictionem aliquid de probationibus vel expositionibus terminorum subiungendum puto.

2.topi. c.5. *In expositionibus vel declarationibus terminorum sequendus est vsus loquentium.* 16

Non est.n. inconueniens immo est necessariū si volumus cum aliis hominibus sociari sequi cōem vsum loquēdi, verum debemus sapere vt pauciores. Igitur ꝓpositione quacunq; proposita, si non intelligimus qd significat quærendū erit a grāmaticis potiusq̃ a logicis quid ipsa significet. Si aūt intelligimus eam non erit aliter exponenda q̃ significet ſm cōem loquendi vsum hoīum. Si ergo vnum significat inuestigādum erit si est vera vel falsa. Si autem plura, distinguenda erit in quo sensu accipiatur. Et si sit paralogismus soluendus erit vt dictū est in fallaciis præcedentibus. Si quis igitur teneat hunc modum, non indigebit tot regulis quot multi fecerūt, & nō probauerunt, nec inuoluetur in obscuritate infinitorum terminorum q̃ magis confundit intellectum q̃ ędificet. Nec cogetur concedere multa inconuenientia, vt nō di-

tam impossibilia & absurda, q̃ quidā adeo venerantur vt putent e cœlo ea descendisse, vt est, ego sum scientior te & deo, Sortes q nō est melior deo, melior est oī ente. Et tu es calidissimus oium hominū & frigidissimus oium hoium. Et alia multa similia q̃ coguntur concedere propter hoc ꝙ se obligauerunt ad quasdam regulas expositionum absq; vlla ratione, sequentes vel propriam voluntatem, vel peruersam consuetudinem sophistarum, & importunitatem, qui eos qui hæc non sequūtur reputant rudes, non intelligentes sese esse magis insipientes qui sequuntur doctrinam vanam absq; nulla ratiōe inuentam. Item etiam sophistę solent decipere ex obligatione quorundam casuum, de qua etiam quid sit sentiendum dicamus.

17 *Omnis casus possibilis factus in principio disputationis est admittendus.*

Quia nō est timendū de impossibili, eo q̄d ex possibili, ideo seqtur impossibile vt dictū fuit in cōclusione. 12. sexti libri. Cū igit̃ ad hoc possibile fueris obligatus, tunc a te ēt concedēdū erit quodcunq; sequitur ex illo qa etiā illud quod sequitur nō poterit esse impossibile per regulam dictam. Si aūt non sequitur, sed videatur sequi per aliquem paralogismum vel litigiosum syllogismū, tunc soluere debes per regulas quas tradimus de fallaciis. Caue aūt ne concesso vel admisso possibili infra tp̄s obligationis tue aliquod sibi repugnans iterū cōcedas, etiam si ꝼm se sit possibile, quia nō est possibile stante casu immo impossibile, cum duo cōtradictoria nō possint eē simul. Si aūt ꝑponitur post casum admissum aliquod impertinens ad ipsum r̄ndendum erit ꝼm exigentiam impertinentis. Vt si est falsum negandum est, si verum vel necessarium cōcedendum, si possibile est admittendū. Et breuiter facto casu debes r̄ndere ac si ita eēt in re sicut casus ponit. Vt si ponat̃ tibi casus quod tu es in cœlo beatus,

admittatur libenter. Deinde si proponatur qđ tu es immortalis: concedatur stante casu: quia sequitur ex posito. Si postea proponatur: tu non vides deum vel tu morieris: negetur. Si dicitur: hoc est verum: dicendum est ꝙ stante casu est falsum: & impossibile. Si autem ponatur: rex est in solio: admittatur quia est impertinens & possibile: & non repugnat posito. Hoc igitur modo respondendo in casu: ac si ita se res haberet sicut casus possibilis ponit: nullum impossibile cogeris concedere: & solues paralogismos sophistarum. Et quia etiã ex insolubilibus quibusdam propositionibus multos decipiũt: de ipsis quoq; aliquid tractandum est breuiter.

Insolubile propositum, nec est concedendum, nec negandum. 18

Insolubile est propositio seipsam destruens. Quia si dicitur ꝙ est vera: sequitur ꝙ sit falsa: & si dicitur ꝙ est falsa: sequitur ꝙ est vera. Vt si ponatur: ꝙ solum sit in mundo ista propositio. Omnis propositio est falsa. Si. n. dicitur ꝙ est vera: ergo verum est qđ ipsa pronunciat. Igitur verum est ꝙ oĩs propositio est falsa: sed non est alia in mundo nisi ista: ergo ista est falsa: qđ est contra positum: quia dicebatur ꝙ erat vera. Si autem dicitur ꝙ est falsa: ergo falsum pronunciat: falsum est ergo ꝙ omnis propositio sit falsa. Igitur aliqua est vera. Sed nulla est in mundo nisi ista: ergo ista est vera qđ est contra positum. Hoc igitur dicimus insolubile. Quia ergo destruit seipsam non potest concedi nec negari. Similiter si fiat hæc propositio hoc est falsum: posito ꝙ per subiectum demonstretur ipsamet propositio. Si ergo ponatur ꝙ est vera: ergo pronunciat verum: sed pronunciat ꝙ ipsa est falsa: igitur ipsa est falsa: qđ est contra positum. Si autem ponatur ꝙ est falsa: igitur pronunciat falsum sed ipsa pronunciat seipsam esse falsam: non est igitur verũ ꝙ ipsa sit falsa: est ergo vera: qđ est contra positum. Itaq;

nō pōt cōcedi ꝙ sit vera nec ꝙ sit falsa. His igitur & huiusmodi propositionibus: si volumus faciliter euadere importunitates sophisticarum rñdendum est cum proponuntur ꝙ nec sunt verę nec sunt falsę. Et si dicitur omnis propositio est vera vel falsa: dicendum est ꝙ non sunt propositiones. Nam diffinitio propositionis quæ est oratio vera vel falsa: non competit eis in veritate. Habent tamen figuram ꝓpositionum. Sicut homo mortuus habet figuram & similitudinē hoīs: non tamen est homo. Ita ergo & hę dicuntur propositiones destruētes seipsas: vel insolubiles: nō tamē propositiones simpliciter: sicut nec hō mortuus est hō. Cum ꝓponitur igiť casus ꝙ illa sit sola in mundo. Oīs propositio est falsa. Vel ꝙ sēm illius: hoc est falsum: demonstret ipsamet propositionem vel aliqd huiusmodi: admittať. Sed cū postea queritur: an sit vera vel falsa rñdeatur ꝙ nec est vera nec falsa: nec propositio: sed est propositio insolubilis. Et puto ꝙ nihil amplius poterūt efficaciter argumētari: & sic faciliter claudenť linguę iportūę. Et de fallacijs ī dictione tanta sint dicta. Nūc igiť ꝓcedamus ad determinādū de fallacijs extra dictionē, in qbus cā apparētię est ex eo ꝙ aliquę res aliquo mō cōuenientes & aliquo mō differentes accipiunť vt eędē simplr: vel diuersę: vt patebit in processu. Sunt autē septem quas ponemus p ordinē.

19 *Fallacia accidentis est decæptio proueniens ex eo ꝙ aliquid significatur similiter inesse subiecto & accidenti, vel similiter vtrisq; eorum quæ aliqualiter sunt per accidens vnum.* 2. elen. c.4. De fal. c.19.

Quædam enim sunt vnum per se: & nullo modo per accidens: vt vestis & indumentū: quædā autē per accñs & nullo mō per se: vt album & hō: quædā vero medio mō se hñt: quia vnum est in rōne alterius: sed tñ nō sunt oīno eadē: vt superius & inferius: sicut est homo & animal: & similiter spēs & ꝓpriū. Fallacia ergo accidentis

contingit in iis q̃ sunt per accidẽs siue oĩno, siue aliqualiter. Causa aũt apparentiæ est vnitas vel identitas quædam eorũ quæ per accidens coniunguntur. Cã aũt non existentiæ est diuersitas eorundẽ, quia attribuit vni aliquid ſm quod est diuersum ab altero, & non ſm q̃ est idẽ illi. Et tripliciter fit. Primo ex eo ꝙ procedit ab accidente ad ſbm, vel econuerso. Vt cognosco corriscum & corriscus est veniẽs, ergo cognosco venientem. Non.n. corriscus subiacet cognitiõi ſm ꝙ est idem venienti. Similiter si dicatur. Hic canis est pater, & est tuus, ergo est pater tuus. Secũdo ex eo ꝙ illud quod conuenit superiori cõcluditur etiam de inferiori vel econuerso. Vt hõ est animal & aĩal est genus ergo hõ est genus. Quod.n. verificatur de inferiori vel de superiori ſm ꝙ vnũ est idẽ alteri, necesse est de altero ẽt verificari, nõ autem si verificetur ſm ꝙ sunt diuersa. Tertio qñ proceditur a ſpẽ ad proprium, & ecõuerso. Vt risibile est ꝓprium, risibile aũt est hõ, ergo hõ est proprium. De risibili.n. verificatur ꝓprium ſm ꝙ risibile differt ab hoĩe. Non est autem inconueniens si isti paralogismi peccant per fallaciam figuræ dictionis, quia per eam peccant ſm q̃ deceptio ꝓuenit a similitudine dictionis, ſm vero ꝙ peccant ex cõuenientia rerum sunt in hac fallacia. In propositionibus quoq; hypotheticis fiũt paralogismi si mediũ diuersimode capiatur. Vt si nullũ tp̃s est, dies non est, & si dies non est nox est, per locũ a contrariis immediatis. Si autẽ nox est, aliquod tp̃s est. Ergo a primo ad vltimum, si nullum tp̃s est, aliquod tp̃s est. Non sequitur, quia mediũ diuersimode capitur. Hæc.n. propositio nox est, supposito ꝙ nullum tp̃s sit non sequitur ex hac, dies non est, sed solum sequitur ex ea supposito ꝙ aliquod tempus sit. Hęc ergo ꝓpositio dies non est prout est consequens primæ consequentiæ, nullam habet habitudinem ad istam, nox est nec infert eam. Si aũt ex ipsa vis illam inferre, vt fit in secunda cõsequẽtia, iam oportet supponere aliquod tp̃s esse. Et

esse. Et

esse. Et sic non erit eadē in antecedente secundæ conditionalis quæ fuit in cōsequēte primæ. Oportet igiť subtiliter intueri diuersitatem rerum quia hæc fallacia decipit etiam sapientes & exercitatos in dialectica.

20 *Fallacia secundū quid & simpliciter est deceptio proueniens ex eo ꝙ dictum secundum quid sumitur ac si esset dictum simpliciter.* 2. elen. c. 5. de fal. c. 21.

Simpliciter hic sumitur qꝺ nullo addito dicitur, vt cū dicitur, Sortes est albus. Secūdum quid vero qꝺ aliquo addito dicitur, vt Sortes est albus dente. Verū ad faciendum fallaciā requiritur ꝙ hoc additū diminuat de rōne eius cui additur. Nā nulla est fallacia si diciť, Sortes currit bene ergo currit. Cā apparentiæ est cōuenientia dicti ꝭm quid ad dictū simpliciter. Cā vero non existētiæ est diuersitas eorundē. Et fit quinq; modis. Primo qñ determinatio addita habet oppositionē ad id cui additur, vt Sortes est hō mortuus, ergo est hō. Secūdo qñ determinatio pertinet ad aliquē actū aīæ, vt Cæsar est in memoria hoīum, ergo est. Tertio qñ significat aliquid eē in potentia, vt ouum est animal in potentia, ergo est animal. Quarto qñ significat partem. Vt æthiops est albus dente, ergo est albus, nisi forte illa pars denominaret totū, vt crispitudo in capillis. Quinto quando cogit terminū stare materialiter cui additur, vt sapiens vult permittere malum, ergo vult malum.

21 *Fallacia secundum ignorantiam elenchi, est deceptio proueniens ex eo ꝙ non obseruantur ea quę sunt necessaria ad diffinitionem elenchi & pręcipue in partibus contradictionis.* vbi su. de fal. c. 23.

Elenchus. n. est syllogismus cōtradictionis, quia concludit contradictorium propositiōis primo datę, vel primo propositæ. Ad cōtradictionē autem requiritur ꝙ sit oppositio, vnius & eiusdem, ad idem, ꝭm idē similiter,

oīa singularia petuntur ad probationem vl̄is. Quarto quādo diuisim petitur q̄ð debet probari coniunctīꝫ. Vt medicina est scientia sani: & est scientia ęgri: ergo est sciētia sani: & ęgri. Quinto qn̄ vnum relatiuum sumitur ad probandum alterum. Ergo hæc fallacia non est contra illationem: sed quia idem petitur ad sui ipsius probationē fit fallacia.

23 *Fallacia consequentis est decęptio proueniens ex eo q̄ consequens ęstimatur omnino idem antecedenti.* Vbi sup. de fal. c. 26.

Principium motiuum est conuenientia antecedentis cum consequente. Principium autem defectus est diuersitas eorundem. Et dupliciter fit. Primo ex consecutione magis communis ad minus commune: vt si arguatur. Si aliquis est asinus ille est animal: sed tu es animal: ergo tu es asinus. Secundo quando proceditur a consequentia vnius oppositi: ad consequentiam similem in alio opposito: vt si quid est generatum habet principiū: sed anima non est generata quia est creata: ergo anima non hꝫ principium. Hæc. n. argumētatio cōmuniter vocatur consequentia in ipso. Dico autē consequentiam in ipso quādo ab opposito antecedentis proceditur ad oppositum consequentis: quæ quidēꝫ consequentia nihil valet in contradictorijs. id est qn̄ sumitur cōtradictoriū tam antecedentis q̄ꝫ cōsequentis: & procedit̄ ab opposito antecedentis ad oppositū consequentis. Consequentia autē in cōtrario dr̄: qn̄ proceditur ab opposito cōsequentis ad oppositū antecedentis & hæc tenet. Si aūt hi paralogismi fierent in ꝓpositionibus cathegoricis: esset fallacia accidētis. Vt si dicatur. Asinus est aīal: tu es aīal: ergo tu es asinus. Vel oē generatū hꝫ principium: sed anima non est generata: ergo anima non habet principiuꝫ. Et hoc patet per. xix. conclusionem quia est fallacia in secundo modo fallacię accidentis.

24 *Fallacia secundum non causam vt causam est decæptio* Vbi sup. ð fal. 28

proueniens ex eo q in premissis ex quibus conclusio sequitur ponitur aliqua propositio quę nihil ad conclusionem operatur.

Causa hic dicitur id quod est cā in inferendo, sicut p̄missæ sunt cā cōclusionis. Et nō fit hęc fallacia nisi in syllogismis ducētibus ad impossibile ex eo. s. q in p̄missis assumit aliqua propositio q̄ non est causa conclusionis deductæ, & postea a falsitate conclusiōis conuersio fit ad illam propositionem impertinentē, & concluditur q est falsa, quia cōclusio est falsa. Sed hoc nō sequitur si ex illa propositiōe non sequebatur cōclusio. In syllogismis. n. ostensiuis ex impertinētibus propositiōibus cum p̄missis acceptis nō deducitur ad incōueniens rñdens, si con clusio ex premissis sequatur, nisi fiat illa reflexio q̄ dicta est. Et formatur vno mō solū sic paralogismus. Putas ne anima & vita sint idem? Quo dato sic proceditur. Vita & mors sunt contraria, sed generatio & corruptio sunt cōtraria, & mors est corruptio, ergo vita est generatio, ergo viuere est gñari. Sed hoc est impossibile quia q̄ viuūt non generantur, sed generata sunt. ergo primū est impossibile quod est. Aia & vita sunt idē. Sed hoc nō sequitur, qa ex illa prima non fuit deducta conclusio. Nā ea ēt remota sequeretur cōclusio, sed debuerat dicere. Ergo ista est falsa, mors & vita sunt cōtraria, ex q̄ sequuta est. Nō n. sunt cōtraria, sed priuatiue opposita. Cā ergo apparētię est cōueniētia propositionis q̄ non est cā cōclusionis cū illis q̄ sunt cā. Cā aūt non existētiæ est defectus habitudinis debitæ inter propositionē inferentē & illatam.

vbi su. fal. c. 29 *Fallacia secundum plures interrogationes vt vnam, est deceptio proueniens ex eo q ad interrogationem quę est plures, quia sub vno modo interrogandi proponitur, datur vna responsio.* 29

Interrogatio. n. & enunciatio, & propositio, & cōclu-

ſto, ſolū differunt rōne. Igitur enunciatio plures eſt illa in qua vnū de pluribus vel plura de vno enunciantᷣ ex quibus pluribus non fit vnū per ſe. Et hoc mō etiam dicitur interrogatio plures. Principium motiuū eſt vnitas ex parte modi interrogandi. Principiū defectus eſt pluralitas interrogationis. Et fit dupliciter. Primo in ſingulari numero ſic. Putas ne hō & aſinus eſt animal rōnale, ſi dicitur eſt, poſtea ſubinfertur. Ergo aſinus eſt aīal rōnale. Si dicitur nō, ſubiungitur. Ergo hō non eſt aīal rationale. Secūdo in plurali ſic. Putas ne mel & fel ſunt dulcia. Si dicitur ſunt, ſubinfertur. Ergo fel eſt dulce. Si dicitur nō, ſubiungitᷣ. Ergo mel non eſt dulce. Nō ergo iſtis interrogatiōibus eſt danda vna rñſio. De ſyllogiſmis ergo tā cathegoricis q̄ hypotheticis & ſophyſticis, & de pn cipiis eorū quātū pertinet ad introductionē incipientiū ſatis dictū puto. Regi ſæculorum īmortali inuiſibili ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Explicit liber decimus & vltimus.

Poſtilla in decimum librum, qui eſt de ſyl. ſophiſtico.


Quia non ſufficit ſcire modum arguēdi pro veritate inquirenda, qui fit per ſyllogiſmum demonſtratium, & ſophiſticum, niſi, & ſophiſtarum fallacias vitare ſciamus, conuenienter agit auctor de ſyllogiſmo ſophiſtico poſt demōſtratiuum & dialecticum, hoc ordine. Quia primo præmittit quædā quaſi preambula, ſecundo agit de fallaciis in dictiōe, q̄ ſunt primæ fallaciæ, tertio agit de fallaciis extra dictionē, ad has. n. oēs fallaciæ reducuntur. Quo ad primū, oſtendit primo quid ſit diſputatio in cōl in. 1. concluſione. ſecūdo ſuppoſita eius diuiſione declarat ſingulas eius ſpēs vſq; ad ſophiſticā de qua intēdit, in. 2. 3. 4. &. 5. & quia diſputatio ſophiſtica intendit duce

re rñdentem ad aliquã metam, ostendit tertio quot sunt hmõi metæ in.6.subiungens in.7.quæ requiruntur ad locum sophisticum, a quo sumit argumenta. Quo ad secundum agit primo de fallaciis in dictione q̃ sunt qnq; ab octaua, vsq; ad.12.quæ patent in litera. secundo quia ad vltimam dictarũ reducuntur fallaciæ ex varia suppositione peruenientes, agit breuiter de suppositione, declarando quid sit per comparationem ad significationẽ, in 13.qũo cognoscitur in.14.& q̃ fallacia fit ex varia suppositione in.15.tertio subiungit tres regulas circa declarationẽ terminorum ex quorum varia expositione solent sophistæ multas decæptiões formare, prima est qũo exponendi sunt termini in.16.secunda de casu possibili in 17.tertia de insolubili in.18.Quo ad tertiũ agit de fallaciis extra dictionem quæ sunt septem, a.19.vsq; ad finẽ libri. nec refert quomodo ordinentur.

Index cartarum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z & A B C D E F G a b c Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii. Omnes sunt quaterniones præter Ii qui est duernio.

Venetiis in officina Aurelii pincii Veneti Anno domini. M.D.XXXIIII.
Mense Ianuario.


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE


A. PANDIMIGLIO - ROMA - LEGATORIA
1971